BARBOS
De
Pensionib.

A
16-69

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A

№ 1
13-69

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
16
69

12 ∞ 3-4

N. 1
13-69

AVGVSTINI

BARBOSÆ

V. I. D.

PRAXIS

EXIGENDI PENSIONES,

CVM VOTIS ALIQVOT DECISIVIS,
& consultiuis Canonicis.

i 11819066

AVGVSTINI

BARBOSÆ

V. I. D.

PRAXIS

EXIGENDI PENSIONES,

CVM VOTIS ALIQVOT DECISIVIS,

& conclusionibus Canonicis.

R/6640
(1)

AVGVSTINI

BARBOSÆ

I. V. D. LVSITANI,

PROTONOTARII APOSTOLICI,

& insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarij Maioris,

PRAXIS

EXIGENDI PENSIONES,

ADVERSVS

CALVMNIANTES, ET DIFFERENTES ILLAS SOLVERE,

PARTES DVÆ.

Quibus accesserunt

Vota aliquot decisiua, & consultiua Canonica.

Omnia nunc demum ab ipso Auctore recognita, & plus altero tanto locupletata.

EDITIO NOVISSIMA.

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. C. N.

LVGDVNI,
Sumptibus LAVRENTII DVRAND.

M. D C. XLIII.

CVM PRIVILEGIO.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

CAM PRIVILEGIO

M D C X X I I I

PARERGI PARMENSIS

PARTES PRIMAE

EDITIO NOVISSIMA

BARBOSAE

IVRISCONSVLTI CELEBERRIMI

PRAXIS

EXERCENDI FACILIS

ATQVE

PRONOTARII APOSTOLICI

IVRIS CANONICI

TRACTATVS



ILLVSTR^MO ET EXCELLENT^MO D.

D. STANISLAO MAKOSKI,

ABBATI LVBINENSI,

CANTORI GNESNENSI, ET SERENISSIMI
D. VLADISLAI IV. Poloniæ & Sueciæ Regis apud
Sereniſſimum D. PHILIPPVM IV. Hiſpaniarum
Regem Catholicum Oratori, ſiue
Nuntio Ordinario, &c.

Doctor AVGVSTINVS BARBOSA Luſitanus.

CVM mihi de fortunæ inſidiis, plerumque inconſtanti curſu, Dignitates, beneficiorumque ſuſtentacula deficerent, patentem, Excellentiſſime Domine, tuæ generoſitatis magnitudinem comperi, de cuius benignitate ſingularem amorem, affectum, & beneuolentiam cognoui,

eam dico, quæ Viris illustribus, atque eruditis à Principibus demonstrari solita est. At non mirum, Maiorum tuorum vestigia insectatus Magnitudinis tuæ termino diminui non poteris; cùm generositatis ea sit natura, vt quod suæ est liberalitatis exerceat, non quod diminuendo obumbret, sed vt accrescendo propalet: hac tu clarescis, hac commendaris, hanc quasi innatam comparasti, vt cæterarum virtutum viam aperirent, honorem patriæ, familiæque ornamentum attrahentes. Tu enim postquam vigesimum secundum annum compleueris, à studijsque cessaueris, te comitem præbuisti patruo tuo excellentißimo in Hißpaniam missо à Sigismundo III. Poloniæ & Sueciæ Rege, felicis recordationis, condolendi gratia mortem Philippi III. & gratulandi Philippo IV. Regni succeßionem, regnandique felicitatem; vbi ille functus legationis munere Poloniam rediens in itineris profectu Galliæ vitam cum morte commutauit: quo Tu ductus honore, lustrata Italia, Hißpania, alijsque peragratis Regnis Poloniam versùs te contulisti, Aulam secutus Regalibus te mancipasti obsequijs, virtutum clarescens commendatione ab eodem serenißimo Sigismundo III. Belgium mitteris ad serenißimam Infantem Isabellam Archiducem Austriæ, penes quam negotiis optimi valoris ad effectum feliciter perductis, illinc in Hißpaniam tuam prosequuturus mißionem, deinde in Poloniam reditu facto, paulò post Serenißimi D. Vladislai IV. Poloniæ & Sueciæ Regis coronationem iterum in Hißpaniam mitteris Internuncius, & post hæc Orator ordinarius creatus summa diligentia, & vigilantia munus tuum felicißimè adimpleuisti, & nunc adimplere non relinquis. In tuis referendis laudibus silere potius duco, quàm pauca dicere: nescio quidem quà verborum ipsemet veritatis amor ob inopiam sermonis silere cogitur, & si dum fandi facultas deficit, gaudet quodammodo inuidia, quòd veritas ipsa dum minus dicitur, sibimet detrahere videatur. Sed nihil inuidia proficit; nam (si verba S. Leonis mutua accipere fas est) inde oritur difficultas fandi, vnde adest ratio tacendi, neque atque ideo nunquam deficit materia laudis, quia nunquam sufficit copia laudatoris. Ergo cùm ad eloquendum tantæ gloriæ celsitudinem impares simus, nec promere valeamus, glorioßum est tibi quòd vincimur. Maiora enim tua sunt, Excellentißime Domine, in Deum, in Regem, inque patriam merita, quàm vt epistolæ angustijs valeant coërceri; supereßt nunc vt Deus Opt. Max. te diuturno æuo seruet incolumem. VALE.

APPRO

APPROBATIO DOCTORVM.

PRAXIM hanc exigendi pensiones contra calumniantes & differentes eas soluere, Domini AVGVSTINI BARBOSÆ, tam quoad primam, quàm secundam partem: & vota decisiua Iuris canonici, eiusdem authoris, Nos infrà signati Magistri in Theologia Parisiensis facultatis lustrauimus, & in omnibus nihil nisi rectè & vtiliter dicta, & laude digna agnouimus. Lugduni die 14. Ianuarij 1643.

FR. STEPHANVS MOLIN,
Carmelita.

FR. M. MICARD, Gardianus Conuentus
Sancti Bonauenturæ.

AD PRAXIM EXIGENDI PENSIONES,

AB ERVDITISSIMO, ET CLARISSIMO VIRO D. AVGVSTINO BARBOSA conſcriptam,

CARMEN

D. AVGVSTINI TERSAGI, Sacræ Theologiæ Doctoris, Protonotarij Apoſtolici oblati, & Canonici Mediolanenſis.

A Stræa, & Themidi dum promere ſcita laboras,
Vendicat Auctorem quælibet ora ſuum.
Luſitana nouum iactat tumefacta nepotem,
Atque ait, è noſtro ſemine natus hic eſt.
Bætica Regna ſuum non ceſſant dicere alumnum,
Heſperium ſcriptis quòd bene ſchema probas.
Romula conſcriptum ſuſpirat Curia ciuem,
Sedas clamoſi iurgia quando fori.
Iam tua ſepoſitas peruadit gloria partes,
Et calami, & linguæ nomen vbique ſonat.
Fama per immenſi tractus ſpatiabitur Orbis,
Ibit, & Auctori poſthuma facta ſuo.

AD EVNDEM

EIVSDEM CARMEN.

Viuere Neſtoream debes BARBOSA ſenectam,
Vel precibus viuum te tua Roma vocat.
Mentis opes, animi fœtus arcana loquentes,
Laurigeram capiti compoſuere comam.
Scriptor inacceſſum Cœlo caput arduus infers,
Ingenio famam pandis ad aſtra tuo.
Pyramides Rhodium ſuperat ſpectanda Coloſſum,
Icarias ſpectat, nil tepefacta vias.
Quando reluctantem compeſcis dogmate turbam,
Et duce te fixa penſio luce datur.
Aulica Dædaleas tibi Curia fabricat alas,
Queis Labyrinthæo carcere tutus abis.
Romula ſed moles ſeptem te collibus addit.
BARBOSAM Petri iuris Atlanta vocat.

AD

AD DOCTISSIMVM, SAPIENTISSIMVMQVE virum D. AVGVSTINVM BARBOSAM I. V. D. præclariſſimum, &c.

HIERONYMI FONT PRESBYTERI, S. TH. D. olimque in Cathedrali Eccleſia Barcinonen. S. Scripturæ Lectoris, nunc verò in eadem Sacrarum Cæremoniarum magiſtri,

EPIGRAMMA.

QViſquis in occultos voluit penetrare receſſus,
Arcanique Noui Iuris inire vias.
Ancipites timuit docta caligine noctes,
Sudauitque vagos ire redire ſinas.
Sed BARBOSA facem poſtquam intulit, omnis abeſto.
Hinc pudor, inde timor, peruia facta via eſt.
Scripſit: & infuſæ patuerunt luce tenebræ,
Et dedit obſcura nocte micare diem.
Effulſit calamo Phœbus, non ille colorem
Reddidit, ac tenebris ſydera mille dedit.

EIVSDEM AD EVNDEM.

VIderat ex alto legeſque, & Iura iacere,
Aſtræa in ſuperis contemerata locis.
Ecquis ait lachrymans, nam flent quoque ſydera noſtrum,
Reſtituet ſacræ Paonis arte decus.
Audiit atque pium BARBOSA aduertit amorem,
Diuitis ingenij pandit amicus opes.
Mox laceros artus, atque oſſa iacentia nectit,
Diſſita vitali membra tenore ligat.
Inde animam mentis ſpirantibus ingerit auris,
Legibus vnde nouus ſpiritus, vnde vigor.
Tunc Aſtræa oculos faciemque abſterſa relictis
Nunc ait, ô ſuperis terra habitanda mihi eſt.

IN LAVDEM PERILLVSTRIS D. D. AVGVSTINI BARBOSÆ Iuriſconſultorum peritiſſimi, & Iuriſperitorum conſultiſſimi, ob inſignia opera à ſe edita, & Praxim nouiſſimam exigendi Penſiones contra calumniantes, & differentes eas ſoluere,

EPIGRAMMA.

BARBOSÆ in multis Iuris prudentia libris
Emicat: hos toto mandat & Orbe legi.
Hic tamen excellit, quo penſio grata per annum
Currit, & hæc domino, lite ſilente datur.
Iudicij ambages, anfractus tollit, & omnes,
Quos auidus lucri ſæpe patronus amat.
Vt labyrinthæis ſit penſio tuta periclis,
BARBOSÆ hæc praxis Gnoſia fila dabit.

ALIVD.

HEſperidum male tuta domus, cuſtode Dracone,
Perdidit Herculea poma beata manu.
Hunc BARBOSA malis purgas culteribus hortum,
Dum facis vt proprio penſio cedat hero.
Penſio poma refert, eſt hortus Curia, ſerpens
Debitor, & Rabula hic, qui bona poma vorat.
Eiicis hos horto, & domino ſua poma rependis,
Iam nouus in terris Amphytrioniades.

Deditiſſimus nomini, & virtutibus tanti viri,

Jacobus Valerius IC. Mediolanenſis.

DOCTORIS D. SANCTII BRAVO DE LAGVNAS, Collegij Maioris Hiſpalenſis alumni, de opere ad Lectorem

O D E.

SIſte, BARBOSAM legito parumper
Vindicem ſæcli miſerè labantis
In tot anfractus, variique caſus
Iurgia tanta.
Arboris fructus legito virentis
Penſiles, quorum renouauit hortos
Nomen antiquos ſuperatque cingens
Tempore lauro.
In vias cauſæ latebras forenſis
Per vias redit radiis acutus
Artifex, maiorque ope Dedalea
Sydera calcat.
Præſtat exactas ſua Penſiones
Dextra directam ſtatuendo normam
Conſona vt iudex faciat, negatis
Nomina rebus.
Fronte felices hilari labores
Creditor carpat, capite atque cenſus
Soluat ingratus, careatque cenſu
Pendat, & agrum.

Eminen

Eminentiſſimo Doctori

AVGVSTINO BARBOSÆ,

IVRECONSVLTO MAXIMO, MVLTIPLICI

ingenij fœtu perilluſtri.

DOCTOR DON FRANCISCVS DE ALARCON
Coronado Mexicanus gratulatur.

Fama **B**Reuis **B**Landè miracula **B**Arbara Memphis
Cantet,& **A**Sſiduis **A**Rtibus **A**Vctor ouans.
Hoc vnum **R**Eferat **R**Aro de **R**Obore mentis
Heſperia, hoc iactet quàm **B**Abylona magis.

Vnum pro cunctis **O**Pus hoc nunc fama loquatur,
Hoc vno **S**Ileant iam **S**Imulachra **S**Atis.
Aſtra petat, **S**Vrgat **S**Olito pro munere **S**Olum,
Vt nouus **A**Lcides **A**Rdua iuris **A**Gat.

IDEM DIGNVM LAVDE PRÆDICAT
beneficij prædonem.

QVisquis ades fælix prædo, fæliciter adſis,
Iudice me, ☞eniæ nomine dignus eris.
Nam niſi prædaſſes, Doctor BARBOSA taceret,
Materiam præda ſcribere iure dedit.
Contigit hoc noſtra fælici ſorte, libelli
Orbis ☞terque tibi debitor huius erit.
Materiam ſuperauit opus, ſic ſæpe, quid ergo?
Tu dignus ☞enia, ☞ictor at ille canat.

CLARISSIMI, ET ERVDITISSIMI D. D. FERDINANDI DE HOIEDA, in ſummo Dominicæ Rei Catholici Regis prætorio Senatoris integerrimi, de hoc opere, & aliis libris Auctoris iudicium ad Lectorem.

CVm vir clariſſimus, & de noſtro Iure ſi quis alius, hoc præſertim tempore, optimè meritus AVGVSTINVS BARBOSA pro eo quòd litterarum cultores amore proſequitur, me vt ſuorum ſcriptorum admiratorem ſæpius conuenerit meum Muſeum doctrinæ, qua pollet, maximè radiis illuſtrauerit, inter alios de communibus ſtudiis ſermones, quibus vterque noſtrum inter nos oblectari ſolitus eſt, ille præcipuus occurrit, quo Praxis exigendi penſiones, & tractatus de regreſſu Dignitatis Theſaurariæ inſignis Eccleſiæ Vimaranenſis aduerſus neſcio quem ingratum quidem, & inciuilem beneficij in ſe collati malè memorem continetur; placuit mihi pro noſtra amicitia, & vt ex tantæ diligentiæ, & doctrinæ theſauro aliquid, vt ſoleo, ex eiuſdem Auctoris operibus exciperem, illum diligenter euoluere, quod quidem cum magno meo fructu effeci: nam in eo admirari ſubiit quot quantaſque ad penſiones pertinentes quæſtiones ſelegerit, & non difficiles, ſed penè inacceſſas enodauerit, atque ex inſtituto ad eum nitorem reddiderit, vt nihil amplius adiici deinde poſſit, præſertim cum tot de illarum exactione abdita, ac ferè noua protulerit argumenta. Vnde magnum me operæ pretium facturum ſum arbitratus ſi in communem vtilitatem Auctori optimo, & doctiſſimo perſuaſerim, vt quamprimum in lucem vtiliſſimum, & eruditiſſimum tractatum emitteret. Eſt enim hoc ſcribendi genus vtpotè abſolutum in ampliſſima Iuriſprudentiæ ſegete difficillimum, quodque hominem in Iure apprime verſatum multarum rerum cognitione eruditum, digeſtione exquiſita prudentem, laboréque indefeſſo inſiſtentem requirit. Vnde effectum eſt, vt qui excelluerint in Iuriſprudentia viri, hi ſolum tractatus eiuſcemodi ſcribendi animum appulerint, quibus apud optimos rerum Italium æſtimatores magnum ſibi decus, atque ornamentum aliis profectum paſtoris admiratione pepererunt, & meritò; nam quis non noſcat quàm peruium omnibus ſemper fuerit variarum quæſtionum, controuerſiarum, conſiliorum, diſceptationum, obſeruationum, aliorúmque id genus molem oggerere, atque agmina multiplicare: nam certè, vt ait Ariſtoteles, in Elenchis. Facillimè de multis agitur, de re vna difficillimum eſt ſermonem inſtituere ſi accuratius res agatur. Non certè illos non probo, qui vtiliter de multis ſcripſerunt; ſed vtilius de ſingulis tractare ſemper iudicaui: nam verè inter illos Scriptor, ſeu materia non arctatur, ſeu ſtylo adſtringitur, vtque omnia accumulare non debet, ſicque profecto bona methodo duci adamuſſim non tenetur: inter hos tamen in ea ſcribendi ratione, quæ ſingularium rerum tractationem ſpectat, BARBOSA noſter inſigniores Hiſpaniæ Iureconſultos, non ſolum æquare, ſed prope videtur antecellere. Si multitudinem voluminum conſideres, quem illi parem inuenies? ſi varietatem rerum, quas enucleat, quem illi comparabis? Si Scriptorum, quos euoluit, numerum, nulli ſecundum dices? Et quod maiori admirationi eſt, ab ipſis infantiæ annis, ea publicauit, quæ vix prouecta ætate alij elucubraſſent. Omnium itaque Catalogum texere Bibliotheca inſtruentis eſſet, non eius, qui vt tot ſcripta admiratur tam anguſtis ſtyli limitibus eorum cupit numeroſitatem coarctare. Nam cui non doctè, & ampliſſimè *Collectanea in vniuerſum Ius Canonicum* elaborata? quem *Paſtoralis ſolicitudinis opus*, tam dignitate, quàm doctrina commendatum non rapuit in admirationem? *Epiſcopale formularium* quem non inſtruxit? labor ille de *Canonicis, & Dignitatibus* à quo non laudatus? *Vniuerſi Iuris Eccleſiaſtici theſaurus*, quem non ditauit? Et ne ſingula proſequar, in cuius manibus non verſantur alia tanta viri monimenta, quæ vir doctiſſimus Leo Alatius, vt *Apes ſuas Vrbanas* mellitiores redderet, Anno 1633. de Viris illuſtribus, qui Romæ ſcripſerunt fol. 52. ſigillatim nuper enumerauit. Verùm cum hic tot Scriptorum numerus tanta omnes afficiat admiratione, magis admirabitur illorum artificis pietas, doctrinæ admirabili non par ſolum, ſed ſuperior: ex qua affectus ille emanauit, quo Scriptor noſter motus ea ſolum aggreditur, quem non vanæ oſtentationi, ac gloriolæ inani deſeruiant, ſed publicæ vtilitati, & rei litterariæ commodo omnino conducant. Semper enim inoffenſo pede eas opiniones proſequitur, quæ & veritati, & Religioni Catholicæ magis ſemper viſæ ſunt conſentaneæ; vnde effectum eſt, vt Pij IV. Pontificis Max.

Max. decreto cautum fuerit ne quis in posterum Commentaria scribere, aut notationibus illustrare Sacrosanctum Concilium Tridentinum auderet, sed ex ipsius Pontificiæ Sedis fontibus illustrationis vndam vnusquisque hauriret: cum noster BARBOSA remissiones olim, modo Collectanea Doctorum in illum non tantum scripserit, sed etiam sæpius recuderit, tanto omnium plausu lectæ vbique, & acceptæ fuerint, vt de illis nil vnquam censuerit ipsa librorum expurgandorum censio, & sanctum Tribunal, sed pene approbauerit. Accedit his alia non minoris æstimationis prærogatiua, nam cum, admirante ipsa Roma, sua ibidem noster Auctor scripserit, ediderit que, nil ex Italiorum Iureconsultorum moribus in suis scriptis irrepserit. Sunt enim illi etiamsi doctissimi ita aliorum opinionibus inhærentes, vt nil aliud in suis litterariis monimentis curare videantur quàm nomina Scriptorum adminatim coaceruare, & integras paginas citationibus ad nauseam vsque repetitis opplere, de quibus falsum illud Cornelij Crossi distichon adaptabo,

In libris aliena tuis si nomina demas,
Nil præter nomen vix erit ante tuum.

Nam certè quid Auctores sentiant vix in ipsis reperies. Quantum ab his noster distet, passim videre est, cum non solum sententias, quas vel proponit, vel tuetur vniuersa Scriptorum numenclatura, vt alij, locupletatur: sed talibus rationum monimentis distinguit, vt inter aliorum sensus, quid ipse sentiat facilè cognoscamus. Hinc nata illi inter præcipuas laudes ea laus est, quæ ex virorum maximè laudabilium ore profecta est, nam quis à recentioribus BARBOSAM non dilaudat, & ab eo fatetur accepisse multa, quibus doctior extiterit: multos posse in testimonium adducere, sed paucos recensebo magni quidem nominis, & auctoritatis, eorum omnium familiam ducit Illustrissimus, & Reuerendissimus D.D. Rodericus à Cuña Archiepiscopus, & dominus Bracharæ Augustæ singulare Præsulum ornamentum *in Comment. in Gratiani decretum*, quem sequuti sunt Martinus Bonacina, Iulianus Viuianus, Sebastianus Cæsar, Michaël Ioannes Vimbodinus, Ioannes Franciscus Ferentillius, Ascanius Tamburinius, Franciscus Ripa, Hieronymus Rodericus, Melchior Lotterius, atque alij quamplurimi,

Quos ager pena, aut metuente solui
Fama superstes.

Quorum si quas laudes BARBOSÆ attribuunt officiosè vellem enumerare in libri molem scriptiuncula hæc tenuis excresceret, præsertim cum nullum in Europa Ecclesiasticum Tribunal reperiri queat, in quo BARBOSÆ doctrina tanquam speculum Iudicibus non ante oculos obuersetur, tanta cum ipsius nominis acclamatione, vt amico liceat verè non amicè deinceps ominari. AVGVSTINE BARBOSA,

Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt.

Sicque raptim scripsi in meo Museo ipsis Kalendis Aprilis, Anno à Christo nato M. DC. XXXV.

DOCTOR D. PETRVS ARIAS DE LA HOZ
Complutenſis Academiæ Magiſter, Regiuſque Collega,
Capellanus Catholicæ Maieſtatis, & Theſaurarius
Sanctæ Eccleſiæ Granatenſis, doctiſſimo Doctori
ſuo Auguſtino Barboſa ſalutem.

AD manus noſtras (neſcio quo fato) peruenit Praxis iſta tua exigendi penſiones aduerſus calumniantes, & differentes illas ſoluere, & cum legiſſem perlegi, miratus equidem vnde haurires quas doctrinas erutas verbis bonis, & elegantibus non ſolum commoditati tyronum vtiles, verùm & præceptoribus è ſuggeſtu docentibus, quin & cauſidicis admodum neceſſarias, & quod vtilius eſt, maxime Iudicibus diſcernere cauſas, & ius ſuum vnicuique tribuere cupientibus plenas, & planas. Videor mihi videbaris cum ſugeres è Codicibus tot volumina (Iuriſprudentiæ miracula) exhauſtos illos reliquiſſe, neque in illis inueniri iam poſſe quidquam prætermiſſum, aut deſiderabile, qui nunquam deſides. Tot ſcripſiſti volumina Doctor doctiſſime, quibus mirabilis facta eſt ſcientia tua ex te: video namque non aliunde, niſi ex te hauſiſſe. Memini legiſſe me apud Sabellicum lib. 1. cap. 7. *diuum Hieronymum affirmaſſe ſe vidiſſe librorum ſex millia Origenis propria manu, ac arte conſcriptos, ſed non dicit Codices: at tu Iuriſperitorum doctiſſime tot Codices prodis in lucem, quot faces accendis. Latebat hæc tua doctrina præ modeſtia tua, ſed Charitas, qua ardes in proximum, quæ non eſt otioſa, & agit non perperam, eos nobis communicat, qui tenebamur vinculis ignorantiæ detenti. Perge quod agis, externi te videant, potiantur tui, dent tibi nomen, qui nouerint nomen tuum. Vale feliciter. Matriti Kalend. Maij* 1635.

D. MARIVS

D. MARIVS CVTELLI IC. SICVLVS,
potentissimi Hispaniarum Regis à Consiliis, ad eundem
à Prorege Siciliæ Legatus,

DOMINO AVGVSTINO BARBOSÆ, VIMARANENSIS
Ecclesiæ Thesaurario Maiori, sacrarum humanarumque legum
illustratori, scriptorique præclarissimo, salutem.

QVantum tibi vniuersa Iurisprudentia debeat, facile diiudicabit, qui numerosam illam, atque ingentem operum tuorum supellectilem conspiciet, sed multò facilius is, cui contentam in eis doctrinam introspicere, ac comprehendere licebit, laudatis nempe viris, ac legalis huius disciplinæ coryphæis: vniuersi verò illud in primis admirantur, te cum annum quadragesimum quartum adhuc non attigeris tot tantaque scripsisse, quæ æuum integrum hominem curis omnibus vacantem requirerent, pluraque insuper edidisses, nisi temporis vsuram iniquissimæ litis molestia distractus amisisses; vt meritò studiosis omnibus dolendum sit illam animi quietem, qua pro Republica monimentis hisce in dies magis ornanda fruebaris perditi, ac ingratissimi hominis causa nunc tibi deesse, dum quod ob præstitum à te cessæ dignitatis beneficium pendere fuerat pollicitus, contumax præstare nunc recusat. In quo rerum, ac litium turbine intellexi, dignum tua officina libellum in lucem quotidie proditurum fuisse, quo omnem exigendarum pensionum materiam nobis proponis absolutissimam, adeo ad sedandas quotidianas ea de re controuersias necessarium, vt gratiæ referendæ ingrato illi videantur, qui nobis bonum hoc tantúmve peperit. Te autem in tot tantisque laboribus, ac ærumnis ea, qua polles animi magnitudine vti semper cupio, ac vt confidas, exopto, Lusitanicum Senatum, cuius in iuredicundo integritatem, summamque sapientiam spectatam habes, quicquid calumniæ per sycophantarum nequitiam perpessus es, è vestigio discussurum: optatæque te paci, nostro, ac Reip. bono restituturum imploraturumque falso ab aduersario Manus Regiæ auxilium, vt priuatæ vtilitati consuleretur, ne præstetur curaturum: sanctius enim hoc consilium in nihilo à Diis discrepat, vt verbis Taciti vtar, sed neque à Diis, nisi iustæ supplicum preces audiuntur, quod & Sophocles cecinit in Ionæ,

——— *Non enim tangi decet*
Manu nocente numina, at iustum fuit
Piis patere templa contra iniurias.

Tu interea bono animo esto, bene vale, ac tibi, Reipubl. & mihi diu viue. Matriti Kalendis Nouembris 1634.

MICHAEL

MICHAEL IOANNES VIMBODINVS,
Hiſpanus, S. Th. D. Eminentiſſimo D. Cardin.
Spinolæ Archiepiſcopo, & Domino
Compoſtellano à ſecretis,

A D

V. CL. IOSEPHVM RIPAMONTIVM THEOLOGVM
ex Doctoribus Collegij Ambroſiani Mediolanenſis.

VBI DE AVGVSTINO BARBOSA
aliiſque viris Hiſpaniæ doctis.

TAndem Cardinalis meus poſt emenſa quatuor annorum curricula, annuente Rege, Hiſpaniam tenet. Placida, ſed lenta nauigatione Barcinonem appulſi, Aulam ineunte Octobri ingreſſi fuimus. Bone Deus, quàm alia rerum facies! quanta breui tempore mutatio! Amiſſis amicis, cuiuſdam dictum in mentem venit, qui abſentiam peſtem amicorum vocitabat, ex ſuperſtitibus Barboſa, Tamaius, ac Marinerius, qua præſtant humanitate primi ſalutatum acceſſere. D. Placidus Mirtus viuit, valetque ſemper idem, admirandus, totam vrbem ad audiendum effuſam concutere de ſublimi videtur, rarum in Italo apud Hiſpanos. Tribaldum ſacro oleo perunctum animam agentem inueni; ſenſibus pene deſtitutus me pio alloquio ad brauium adhortantem, fixis in me oculis, manu apprehenſa optimus ſenex agnouit. Priſci moris virum, varia ad miraculum eruditione, ac ſolida amiſit Hiſpania noſtra. Teſtis erit Ophirica Salomonis nauigatio, Tarteſſiacis oris aſſerta, aliaque ipſius opera propediem, vt audio, euulganda. Res Indicas ad Occidentem ſtylo proſequendi prouinciam ſuſtinebat Regius hiſtoricus poſt Herreram deſignatus. Succeſſionem ambiunt multi. O vtinam hæc Tibi Sparta crederetur! non eſſet cur Luſitanis inuideremus Maffæum. Tuum opus Mediolanenſe Genuæ legendum obtuli Cardinali, auideque feruenti canicula percurrit, miratus verborum pondus, & acumina, atque decoram in narrando ſublimitatem. Nullus apud nos, qui poſt Marianam res Hiſpanas Latino eloquio proſequatur, vernaculo contenti, an quia pereuntem aſſequi deſperent! Humanarum certè litterarum cultus poſt Viues, Pintianos, Nunneſios, atque Ciacconios, clariſſima noſtrorum lumina, paſſim hîc deſideratur, ſine iniuria tamen aliarum diſciplinarum. Theologi enim præclari qui Fidei dogmata pro ambone aut ſcripto luculenter exponant, non pauci occurrunt. Philoſophorum, ac Medicorum cum antiquis de doctrina, ac celebritate certantium magna vbique ſeges. Legum interpretes ad miraculum doctos fœcunda mittit Salmantica, ex qua, ceu ex equo Troiano productos, ſacra, ac prophana ſubſellia ſuſpiciendos proponunt, vt non iam Couarruuias Toletanus, & Auguſtinus Iberus, ſacra nomina, deſiderentur. Vnus adeſt Avgvstinvs Barbosa nobis dulci amicitia, & frequenti alloquio Romæ notus, librorum fœtura inexhauſtus, vir noſtro ſæculo maximus, ſiue probitatem morum, ſiue ingenium excellens, tenacem memoriam, Iuris variam, ac incredibilem cognitionem ab omni liuore purum iudicium ad veritatis trutinam examinaris. De quo ſi pauca attigero, operæ pretium me facturum

facturum putem, vt tanti viri nomen in opere Miræano, *de Theologis, & Iurisconsultis Hispanis* iam affecto, Romæ nobis retulit Simon Staronolscius Nobilis Polonus simul,& doctus,ac penè confecto,immortalitati consecretur. Simul tuo voto ibimus satisfactum, qui demandata opera, nostrum de illo iudicium scripto conceptum Mediolani exquirebas. Breuiter delibabo, ne tædio longiori Epistola sim Tibi præsertim viro assiduis, & maioris momenti litterariis lucubrationibus semper distento.

Vimaranum oppidum insigne,& frequens Diœcesis Bracharensis in Lusitania in lucem dedit ex celebri, notaque familia Barbosarum, quæ Emmanuelem Augustini nostri patrem Aduocatum Regium, ac Petrum Regni Lusitaniæ Cancellarium Maximum viros superioris sæculi magnos iure deprædicat. Puerulo non alia fuere chariora quàm pietatis cultus, librorumque peruolutatio ad nomen futuræ rei, quam nunc videmus, miramurque. Hic flos præcursor micantis indolis. Prima Grammaticæ rudimenta in patrio didicit solo, tum in politiori litteratura erudiendus Bracharam mittitur, deinde his litteris abundè instructus Conimbricam petit, nostra ætate in paucis celebrem scholam, vbi Iuri Ciuili, ac Canonico, in quæ studia natura ferebatur, per decem ferè annos strenuam operam dedit, actis in stuporem Magistris D. Cido Almeida primariæ doctrinæ viro, qui nunc ad Lusitaniæ gubernacula cum laude sedet supremi Auditor Consilij, D. D. Luysio ad Leiua, Ioanne Pinnario, & Francisco de Andrade Leirano Regiis nunc Senatoribus. Ita enim in illo addiscendo, ac enucleando, nec dum tot annorum adolescens profecit, sicque postea toto vitæ hucusque decursæ spatio versatus est, vt assidue exquirendo, vel scrutando Bibliothecas nullo tempore non aliquid moueret, ac promoueret. Omnes Auctores ad vnum legit, atque concoxit, flores delibauit vt pertinaci labore perfectam sibi Iuris notitiam compararet. Hinc Angustis Hispaniæ finibus non contentus, velut carceribus egressus, relicto summo sui apud suos desiderio in Italiam concessit, ætatis anno trigesimo, vbi in Vrbis, & Orbis luce amplissimum theatrum nactus, magnum miraculum sui præbuit. Paulo V. Pontif. Maxim. Purpuratis Patribus, Romanæ Rotæ, atque vtriusque Ordinis proceribus vnicè carus. Hic eandem viam iterum emensus tanta auiditate simul ac felicitate litteris se tradidit noctu diu assiduus, accubuus, vt Iuris interpretum imitatione, atque adeo æmulatione varios ingenij fœtus animo conceperit, quod probauit euentus, vasta monumentorum mole identidem Orbi proposita, vt librorum helluo merito dici possit, Iurisque diuini, ac Romani locuples penu. Emiserat in patria castigationes, & additamenta ad Commentaria parentis in Ordinationes Regias Lusitanorum, tum in varia Concilij Tridentini loca Remissiones quasdam, aliaque ab eruditis, & doctis viris in pretio habita. Fuit hoc illi famæ surgentis auspicium, quam Romæ de potestate Episcopi commentariis, variis Iuris tractatibus, ac de Parochorum officio, de Canonicis ac Dignitatibus, Collectaneis in Ius Canonicum vniuersum, in Romanorum Pontificum Constitutiones, ac sacrarum congregationum Eminentissimorum Cardinalium Sacræ Romanæ Ecclesiæ Romæ existentium decisiones, & decreta; necnon in Concilium Tridentinum,aliisque voluminibus (quorum Indicem texit Allatius in apibus Vrbanis) publicatis, abunde confirmauit, auxitque. Testes in celebrioribus Europæ Typographiis torcularia, quæ hisce operibus recudendis perpetuò gemunt, sudantque. Spissis quidem his omnibus, & operosis, atque ad immortalitatem victuris

monumentis, Pontificij Iuris mare vaſtum, interpretum, ac legum fontibus indicatis, ceu ſacra Cynoſura nauigabile reddidit: nec ceſſat vir impiger noua identidem in Ius Ciuile Doctorum Collectanea, vt vocat, in ordinem redigere, ſtudioſorum vſui (quæ auide expectant) quàm maximè profutura. Paulus V. optimus ingeniorum æſtimator indefeſſos viri labores, ac incredibile Reipublicæ litterariæ iuuando ſtudium præmio allicere cupiens, vt animum faceret ad altiora, lauto in patria Sacerdotio cohoneſtauit, quod poſtea reſeruata penſione, vt procul ab ambitu, & curis liberius litteris vacaret, annuente Pontifice Vrbano VIII. rogatus dimiſit in Diazij cuiuſdam gratiam. Audi cataſtrophem. Perbellus hic homo tali beneficio deuinctus, ingrati notam, nihil veritus, pro gratia ſcelus rependens, Barboſam inexplicabilibus litium nexibus implicuit, non ſoluta an verius pernegata penſione, Eccleſiæ fulmina variis artibus eludere tentans. Ad ſeuera Tribunalia Romæ, & in Hiſpania res traducta, in eiſque ad fauorem Barboſæ latis ſemper ſententiis, ob varios ad Regia Tribunalia recurſus octo annis tenuit, nec finis. Flagitium immane! Tricæ comperendinationes, longiſſimæ litis tædia virum optimum immerito vexant. Similem calamitatem auorum ætate in ſe expertus Andreas Reſendius, Luſitanus & ipſe, præſtanti vir eruditione, expoſtulatoria, cedro quidem digna, ad Iulium III. Papam, quam originalem apud me ſeruo, epiſtola deplorabat. Subit memoriam admirari excellentium doctrina virorum viciſſitudines, & caſus. Fato certè inſcrutabili Dei prouidentia Heroes quoſdam iniurios nemini, bono quia publico natos, vertenti fortunæ tribui, imperitorum telis appeti, variis iniuriarum procellis agitari, ac tantùm non obrui! quod olim in Petro Soto, ac Luyſio Legionenſi, nuper (vt de te ſileam) in Ioanne Mariana (quibus viris?) dolenter vidimus, ſed non eſt mirandum, cum ea ferè ſit eruditorum conditio, aut potius infœlicitas. Habet quæque ſua aduerſa, & obſtantia vitia, & quo altiores ſunt turres, maioribus ventorum flatibus concutiuntur, &, vt rectè protulit ille, Horatius libr. 2. Carminum, oda 10.

Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus, & celſæ grauiore caſu
Decidunt turres, feriuntque ſummos
Fulmina montes.

Stante vultu Barboſa contra omnium irruentium malorum impetum armatum conſtantia pectus opponit. Illatam contumeliam cominus verbo apud Iudices, neruoſiſque ex intimo Iuris penu petitis rationibus; eminus docto volumine propediem edendo, cui titulum fecit, *Praxim exigendi penſiones*, propellere nititur. Nunc in Hiſpania degit ab Illuſtriſſimis Campegio Epiſcopo Senogalliæ, Pontificio Legato, & Sotomaiore Archiepiſcopo Damaſceno Regio Confeſſario, ac generali Inquiſitore, viriſque primariis, ſeriis conſultationibus adhibitus, magnique habitus. Cui certo raro exemplo contigit gloriæ ſuæ ſuperuiuere, & ſcripta de eo grauia Doctorum hominum teſtimonia audire, & lectitare. Quod mirere magis in tanta doctrina, in plauſu tanto, nihil in illo elatum, aut tumidum, rara viri modeſtia, ſuauiſſima conſuetudo. Nihil de ſe ſuperbe ſenſit vnquam, loquutus eſt nihil. Non pauci Barboſam vident, & admirabundi requirunt. Annum agit ætatis quadrageſimum quartum cum dimidio. Valetudo contigit firma, ſtatura æqualis, & congrua, grata frontis hilaritas, color candidus, rutila coma,

cæſij

cæsij oculi, quorum aciem lectione hebetatam vitreis roborat. Hæc habui, Ioſephe optime, quæ de Barboſa meo dicerem, non ex incerta vulgi fama, inanique rumore conficta, ſed à nobis metipſis cognita incorruptis teſtibus, & oculatis. Properantis calami epiſtolam ſi tuis verbis loquentem ad Miræum miſeris, beneficium B M. conferes, contingetque denuo Achilli ſuus Homerus. Vale. Nunc ad alios Hiſpanos ſermo, ſi prius de te vigiliarum illiberali, & paruo præmittam. In Vrbe frequenti, ac negotioſa ſeceſſum litterarium, ac ſolitudinem nactus ſemper meditans vir gnauus, & nunquam ceſſans immerito lucubrationes inuides Orbi. Auctarium tuæ Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ auide expectat Philippum II. Hiſpaniæ Regem cur præmiis? Fragmentum de bello Granatenſi amicis legendum tradidi. Ex illo integro opere coniecturam faciunt. Narro tibi, luminibus ingenij, ac neruoſæ elocutionis acumine ingenium contemplantur grande, perfectum ſtudio, ac labore. Ego certè ſæculo noſtro gratulatus ſum (nihil auribus do) extare quem in hoc genere conferre cum optimis antiquorum poſſimus. Solorzanum noſtrum de Iure Indiarum accipies, opus ſpiſſum, eruditum, ac varium, vt ad Sepuluedæ, Caſauſiique rixas Iudex arbiter ſedeas, Theologuſque, ſi potes, concilies. Salgadus non ceſſat difficultatibus luctare. Poſt libros de *Regia protectione* ſeueriori Romanorum cenſura notatos alios molitur, *de retentione Bullarum*, periculoſæ plenum opus aleæ, ſic eſt homini ingenium viam nullius veſtigiis tritam aperire, primus atque calcare. Videbis cum foras prodierint. Interim ſalebroſas concertationes condire iuuat amœniori, & arguta iſtorum operum lectione, quæ Munnoſius poſt veſtrum Carolum ſyrmate indutum Hiſpano de rebus Ioannis Auilæ, & Luiſiæ Caruajaliæ ſeparatis commentariis publici iuris fecit. Par Hiſpanorum editis pro Republ. Chriſtiana egregiis facinoribus clarum cum primis, ac præſtans. Luiſia imperterritum periculis nomen in Anglia, veterem exorientis Eccleſiæ Pudentianam æmulata, ærumnis confecta euolauit ad palmam in ea Inſula, cuius exuuiæ iubente Philippo III. Rege in Hiſpaniam aduectæ in Virginum Parthenone ſacræ incarnationis Madriti conditæ aſſeruantur. Auilam credo, fando audiſti, igneum ſuperioris ſæculi Hiſpanum Eccleſiaſtem, multorum filiorum in Chriſto patrem, qui Ignatio Loiolæ ſynchronos illi idem ſaxum voluenti volens, & lubens lampada tradidit. Opera cultiori Hiſpanorum lingua edita Latinè reddere erat in animo, vt egregia facta volitent per ora virum, pares modo votis nobis vires, otiumque contingat. Iterum vale amicorum optime, meque radamantem amare perge, R. P. D. Sfondratum meis verbis ſalutes velim. Madriti XV. Kal. Ianuarij labente anno M.DC.XXXIV.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

PRÆCLARO D. D. AVGVSTINO BARBOSÆ, *Iuris vtriusque consultissimo, salutem.*

LÆtissima mihi fama iampridem à multis, doctissime Barbosa, de pensionibus tractatum in prælum festinare, tum id certius ex te ipso didici. Quod si non mihi gaudendi peculiares essent rationes, tamen ob vitæ professionem exultare debebam cum publicum augeri quotidie scriptis tuis, bonum seriò animaduertam: non enim Tu de eorum numero es, de quibus olim Claudianus Mamercus: *Si qua illis dicendi copia est* (inquit) *neglectis rerum causis rationis animam spernunt, & verborum corpora diligunt.* Sed cum maxima præstes vbertate, & facile quæcunque scribas; maius tamen ab eruditione, & scientia commendari: quod quidem eò in te sublimioris gloriæ est, quod non vnum, alterúmve libellulum ediderís, sed ab exacta adolescentia paucis transactis annis, iustæ magnitudinis tot exprompseris volumina, non solum vtriusque Iuris selectis perfusa luminibus, sed Patrum, & Theologorum arcanis respersa sententiis cum humanarum pariter disciplinarum cognitione, quantis vix sufficiat longissima ætas, quorum laborum encomio, etsi consecutus es, vt merito rude donandus sis, quia tamen in vitæ optima versaris periodo, & communi interest vtilitati pergas in stadio, sine cum Hieronymo adhorter. *Accingere quæso te, accingere, dum viget ætas, dum non dum canis, spargitur caput, antequam subeant morbi, tristisque senectus, & labor, & diræ rapiat inclementia mortis.* Est quoque quod in te eueham nouisse cui lucubrationes consecrare oporteret: plerique mortalium, aut generis circunspectant nobilitatem, aut officiorum eminentiam, quibus licet abundet titulis perillustris Laurentius Ramires de Prado, Ordinis S. Iacobi nimirum Eques, & Indiarum amplissimo in Senatu Regius Consiliarius; verùm non idcirco à te delectus, sed ob castigatissimi ingenij præclaras dotes: non enim is est solum, qui authoritate defendere possit, sed qui legendi corrigere, & laudare valeat: reliquum est vt Synesij verbis bene tibi optem. Ergo longa te, & fœlix senectus maneat, vir sapientissime; nam vita tua ingens lucrum eris, & maxima scholæ Christi accessio solemnium librorum numerus vnà cum annis excrescendi. Vale: ex Madrito Nonas Kalendas Decembris anni 1634.

Lib. 1. Exordio.

Epist. ad Paulinū.

Epist. 9. ad Theophilum Archiepiscop.

Tuus in Christo seruus

Paulus Sherlogus.

AL

AL DOCTOR

AGVSTIN BARBOSA

CONSVLTOR DE LOS EMINENTISSIMOS, y Reuerendiſſimos Señores Cardenales de la S. Congregacion de Index, y Prothonotario Apoſtolico,

EL DOCTOR DON IVAN DE CESPEDES, y Zuñiga Cauallero del habito de Santiago.

GRANDES alientos dà a la empreſa el premio que ſe eſpera, y la remuneracion deſpierta al valor, y al ingenio, y por eſto dezia vn Politico que no ſe han de diferir los premios, aſſi para la ſatisfacion de los ſeruicios, como para la diſpoſicion de los animos con los de la partida, y ordenamiento, [a] y ſegun Seneca el tragico [b] la verdad aborrece la dilacion, porque en ella ſe pierde lo precioſo del tiempo, que es el caudal proprio del hombre, [c] y lo eſtimable de la voluntad, que es la promptitud del beneficio. [d] De mas ſe deſacredita la virtud quando le falta el premio, [e] y lo miſmo es quitarſelo que ſuſpenderlo por lo que dixo Auſonio [f] que la merced que tarda tiene ſu pedaço de ingratitud.

No ſe deſalienta, ni deſmaya v. m. con la falta del premio deuido a ſus grandes eſtudios, ni la dilacion del ha podido impedir el nacimiento de ſus heroicas obras, que cada año nos da como frutos de ſu fecundo ingenio, y eſtos ſeruicios proprios que ſon meritos perſonales tienen mayor eſtimacion, y aprecio, que los heredados; y aſſi el ſeñor Rey don Alonſo de glorioſa memoria, [g] mas atendiò en los galardones a la calidad de los ſeruicios, que a la ſuerte de las calidades. Ciceron [h] ſe precia mucho de auer ſido el principio y origen de la nobleza de ſu linage, y aſſi funda ſu eſtimacion en el merito de ſus virtudes, y no en la gloria de ſus paſſados. [i] Periandro encomendò a los generoſos en ſangre que ſe hizieſſen dignos por ſus hazañas de los timbres illuſtres de ſus

a l. 32. tit. 26. part. 2. & l. 1. tit. 85. eadem part. ibi, *porque en fecho de guerra no auian meneſter tardança ninguna*, l. 12. tit. 2. lib. 7. ordin. ibi: *Naturalmente la eſperança del galardon deſpierta a los hombres à trabajar.*

b Seneca in OEdipo, ibi: *Quid verba quaris, veritas odit moras.*

c Seneca epiſt. 1. *Omnia, mi Lucilli, aliena ſunt, tempus tantùm noſtrũ eſt.*

d Idem lib. 2. de benef. cap. 5. ibi: *Qui tardè, & diem de die extrahens profuit, non ex animo fecit. Ita duas res maximas perdidit, & tempus, & argumentum amicæ voluntatis.*

e Iuxta vulgare dictum, *Non creditur virtus, quæ ſequeſtratur à præmio*, Platea in l. 1. C. de conſulib. lib. 2. Greg. Lop. l. 5. gloſ. verbo *por bondad*, tit. 18. part. 3.

f Auſonius ex ſententia Lucani, ibi: *Gratia quæ tarda eſt ingrata eſt gratia, namque cum fieri properat gratia grata magis.* g l. 6. tit. 27. part. 2. ibi: *Que a tales fechos como eſtos fueſſen galardonados a los omes que los fizieſſen, maguer ouieſſe algunos dellos que no lo mereciеſſen por linage, ni por otra bondad que en ellos ouieſſe.* h Cicero in orat. contra Caium Saluſt. ibi: *Ego meis Maioribus virtute mea præluxi, vt ſi prius noti non fuerint, à me accipiunt initium memoriæ ſuæ.* i Ibidem. *Satius eſt enim me meis rebus florere, quàm*

Maiorum opinione niti, & ita viuere, vt ego sim posteris meis nobilitatis initium, & virtutis exemplum.

l Volaterran. lib. 28. in philolog. apophthegm. sapientium, ibi: *Fac te dignum Maioribus tuis.*

m Seneca in Hercule furente, ibi: *Nobiles non sunt mihi aui, nec aliis inclytum titulis genus, sed clara virtus. Qui genus iactat suum, aliena iactat.*

n Cassad. lib. 8. epist. 19. sic scribens Senatui Vrbis Romæ sub persona Regis Athalarici, ibi: *Quid enim generosius quàm tot litterarum proceres habuisse maiores? nam si inueteratæ, & per genus ductæ diuitiæ nobiles faciunt, multo magis præstantior est, cuius origo thesauris prudentiæ locuples inuenitur.*

o l. 5. tit. 1. part. 2. & ibi glos. 1.

p S. Thom. lib. 1. de regimine Princip. cap. 12. ibi: *Hoc igitur officium Rex suscepisse cognoscat, vt sit in Regno sicut in corpore anima, & sicut Deus in mundo.*

q Cœli. Rhodigin. lib. 24. lect. antiq. c. 30. ibi: *Vt Regno ita demum sibi præsidendum opinetur, sicuti corpori præsidet anima, & amplius velut, vt mundo Deus.*

r Idem d. cap. 30. ibi: *Talem se ciuibus suis præstare Princeps debet, cuiusmodi deposcat Princeps sibi.*

s l. 5. tit. 1. part. 2. ibi: *E porem lo llamaron coraçon è alma del pueblo, &c.*

t Refert Volaterran. lib. 3. in philolog. Principum, ibi. *Præstat Regem gratiarum, quàm trophæorum hæreditatem relinquere.*

antecessores. [l] Seneca dize, que la nobleſsa adquirida con virtud propria es mas lustrosa que la heredada a caso de su progenie. [m] V. m. por si es aquel que este seculo reconoce por el mas eminente que oy viue, por su origen tan noble como sabemos por padre, y abuelos (que han enriquecido el mundo con el tesoro de tantas obras) digno de grande veneracion. [n]

El Principe tiene en la tierra por definicion de las leyes [o] nombre de Vicario de Dios, Teniente de su poder, y Administrador de iusticia, y ha de regir el Reyno, segun dotrina de santo Thomas, [p] y opinion de Cœlio Rodigino, [q] como Dios gouierna el mundo, y ha de presidir en su Republica de la suerte que el alma preside al cuerpo, y ha de querer para sus vassallos lo mismo que pide a Dios para si, [r] que como es coraçon y cabeça de su pueblo, no puede apartarse del, ni dexar de communicarles las virtudes, y propriedades de su ser. [s] Porque si el Rey tiene descanso, y los vassallos padecen miserias, o ellos gozan riquesas, y su Rey passa necessidades, o el alma desampara el coraçon, y la cabeça a los miembros; o ellos huyen de la cabeça, y dexan del coraçon, y de qualquier manera se deshaze la armonia deste cuerpo mistico; porque para su conseruacion todos han de assistir a su officio, el Principe a dar vida a su vassallo con mercedes, y honras, y esso es ser alma, y coraçon que comunican virtud; y alientan, y corroboran las flaquezas de la necessidad, y los desmayos de las infelicidades, y el subdito deue seruirle con su persona, defenderle con la vida, y socorrerle con la hazienda. Dezia Zenophonte, [t] que el mas seguro patrimonio de vn Monarcha no era el caudal de sus trofeos, sino el tesoro de los agradecimientos, que se funda en la magnificencia, que es la mas noble perfecion de vn Principe; y assi al Magno Alexandro que en tan corto tiempo logrò tantas vitorias, y sugetò el mundo, no le dieron el nombre de inuencible por su valor, sino de grande por su liberalidad. [u]

Reprehenden muchos la cortedad y miseria de Antigono, que pidiendo le Cynico vn talento, respondiò, que era mas de lo que deuia pedir: pidiò luego vna moneda, y dixo, que era menos de lo que vn Rey auia de dar. Exclama Seneca [x] gran Padre de la erudicion

u Idem d. lib. 30. ibi: *Alexander interrogatus quo nam modo, tam breui tempore orbem subegisset, consilio, inquit, viribus, & arte, vbi opus esset, noua.*

x Seneca lib. 2. de benefic. cap. 17. ibi: *Ab Antigono Cynicus petiit talentum, respondit plus esse, quàm quod Cynicus petere deberet; repulsus petiit denarium, respondit minus*

dicion Romana, y noble hijo de la lealtad Cordoueſa. O indigna cauilacion, y aſtucia necia! hallaſte eſcuſas para negarle todo, a la humildad de Cynico el talento, a la Mageſtad de Rey la moneda. Puede v. m. ſin duda eſperar de nueſtro Rey, y ſeñor tan magnanimo el premio de ſus bien logrados trabajos, ſin que le obligue la deſgracia del tiempo a romper quexoſamente el ſilencio de ſu modeſtia, aunque el eſtimulo de la ignominia, que ſe adquiere con la falta del premio, ſiempre penetra lo interior del ſentimiento. [y]

minus eſſe quàm quod Regem deceret dare. Turpiſſima eſt eiuſmodi cauillatio, inuenit quomodo neutrum daret, in denario Regem talento Cynicum reſpexit, cum poſſet, & denarium tanquam Cynico dare, & talentum tanquam Rex.

y Cicer. 5. act. in Verrem, ibi: *Habet quendam aculeum contumelia, quem prudentes, ac boni viri difficillimè poſſunt.*

Los que mas importa es, no enojarſe v. m. con los tiros de ſus inuidioſos emulos, è ingratos competidores, porque antigua es la ingratitud, y no es menos anciana la embidia, y ambas exercitan ſiempre la crueldad de ſu condicion. Licurgo hizo leyes a los de Lacedemonia, y como nota Eliano, [z] fueron tan ingratos, que en lugar de premios, le pagaron con iniurias. Beliſario alcanço grandes vitorias de los Perſas, y librò a Roma de muchas amenaças de ſus enemigos, y como aduierte Pedro Criñito, [a] la embidia le ſacò los ojos. Anacarſis Scita deſeò mudar las leyes de ſu patria, porque no eran iuſtas, y procurò introduzir las de Grecia, donde eſtuuo muchos años para aprenderlas, y quando quiſo publicarlos, arrojò la embidia ſus ſaetas, y le quitò la vida. [b] O madraſta cruel a quantos perſigues en ſu patria, y quantos deſtierras della.

z Elian. de varia hiſtoria lib. 13. cap. 23.

a Petr. Crinit. lib. 9. de honeſta diſciplina c. 6.

b Diogen. lib. 1. in vita Anacharſis.

Eſcriue Natal Comite [c] con autoridad de Pierio, que aquellos que la antiguedad dio nombre iniuſto de dioſes, viendoſe ya muy pocos en numero, atemorizados de los hombres por la crueldad que con ellos vſauan, fueron a Egipto, y ſe fingieron animales, porque con los brutos a las vezes ay mas ſeguridad que entre los hombres. Muchos por huyr de los embidioſos anduuieron voluntariamente deſterrados, que es menor mal padecer las incomodidades de la peregrinacion, que ſufrir la ponçoña de la inuidia, que es la hydra feroz, y venenoſa, [d] que haze compañia con las calumnias, y aſſechanças, que ſon las fieras inexpugnables de la Republica. [e] Iphicrates dexò ſu caſa, y habitò en Tracia, Canon en Chipre, Timotheo en Lesbos, Cabrias en Egypto, y Cares en Sigeo, y Pompeyo auiendo præſentado tantos trofeos, y vitorias al Pueblo Romano, por temor de la embidia huyò a la ſoledad del campo, [f] que quiſo mas tratar con la ferocidad de los animales, que con la ingratitud de los hombres. Las memorias deſtos varones no ſe han eſcurecido con las nieblas de ſu deſdicha, porque ella no ſepulta en las vrnas lugubres

c Natal. Com. lib 5. Metamorph. in Ouid. fabul. 5. ibi: *Deos cum adhuc numero pauci eſſent, impietate, & crudelitate hominum territos confugiſſe in Ægyptum, ibique ſimiles ſe quibuſdam animalibus finxiſſe, quo tutiores eſſent ab iniuria.*

d Ex Horatio Natalis Comes lib. 9. Metam. fabul. 1. in Ouid.

—— *Diram, qui contulit Hydram*
Comperit inuidiam ſupremo fine domandam.

e Ouid. lib. 2. Metamor. *Per inſidias iter eſt formaſque ferarum.*

f Volaterran. lib. 31. in philolog. de inuid.

lugubres del oluido las luzes claras de las virtudes, que fueron las que dieron a v. m. el lugar, è insigne nombre que siempre tu uo en Italia, y la mucha estimacion que siempre se hizo allà de su persona, sin embargo que la fortuna enemiga de la virtud [g] no le fauoresca.

Con grande confiança puede v. m. esperar el fruto de sus merecimientos, y la remuneracion del seruicio que hizo a la Republica literaria, teniendo ministros para esto tan graues, y prudentes, tan atentos, y iustificados, que les puedo dezir seguramente vna sentencia de Arcesilao, que hablando de Crates, y Polemon, los llamò dioses del mundo, o reliquias del siglo dorado, [h] epitetos proprios para los ministros de aquel supremo, y Real Consejo.

g Seneca in Hercule furente.

O fortuna viris inuidia fortibus,
Quàm non æqua bonis præmia diuidis.

Idem tragœd. 4.

Res humanas ordine nullo
Fortuna regit spargitque manu
Munera cæca peiora fouens.

Et Aristotel. in Orlando furioso, canto 16.

Fortuna anco piu bisogna assai,
Che senza val virtu razo, o non mai.

h Diogen. in vita Crater. lib. 4. ibi: *Hinc & Arcesilaum cum ad eos à Theophrasto diuerteret, dixisse ferunt illos deos esse quospiam, aut aurei sæculi reliquias.*



MEMORIAL A LA CATOLICA Y REAL MAGESTAD DE FELIPE QVARTO.

POR EL DOCTOR AGVSTIN BARBOSA, PROTONOTARIO Apostolico, Abad de Mentrestido, y Tesorero Mayor de la Santa Iglesia de Guimaraens, sobre la remuneracion de sus estudios, tan bien logrados en vtilidad publica, con la impression de veinte y vn Tomos, en las Facultades de Canones, y Leyes, muchas vezes sacados à luz en diuersas partes de Europa.

SEÑOR.

EL Doctor Agustin Barbosa, Protonotario Apostolico, Abad de Mentrestido, y Tesorero Mayor de la insigne y Real Iglesia de Guimaraens, en el Reyno de Portugal, dize: Que es hijo mayor del Licenciado Manuel Barbosa, à quien por sus muchas Lettras, suficiencia, buenas costumbres, y demas partes, el señor Rey Don Sebastian hizo merced de la Plaça de Procurador de la Real hazienda, en las Tierras que auian vacado por fin y muerte del señor Infante don Duarte, como consta por su Real Cedula, y siruiendo siempre en aquella ã Plaça

1 Cedula Real del señor Rey Don Sebastian, dada en Lisboa a 6. de Mayo de 1578.

Eu el Rey faço saber aos que este Aluara viren, que auendo respeito à boa informaçan, que se ouue em minha fazenda do Licenceado Manoel Barbosa, morador na villa de Guimaraẽs, que ategora seruio de Procurador das causas tocantes aos Reguengos, è direitos Reaes, que vagarã por falecimiento

do dici odiosam, immo semel in esse deductã fauorabilem censeri tenent Gig. *de pension. q. 96. n. 5.* Cabed. *decis. 149. n. 1. cum seqq. p. 1.* Valenzuela *cons. 185. n. 9. tom. 2.* iustum enim, & sanctum est ex superfluis ab vno auferri, vt detur egenti per eum, cui redditum Ecclesiasticorũ absoluta est administratio, præcipuè vbi concurrit consensus eius, qui videtur grauari, in quod perpetuò Papa defigit oculos, Cassad. *decis. 11. sub num. 8. de rescript.* ac certè pẽsio nõ est odiosa, quia nõ reseruatur in odiũ in Titularis, sed fauorẽ tertij, habetque admixtã illã publicæ vtilitatis rationẽ, vt scilicet ex pingui beneficio plures Clerici alantur, Burs. *cons. 126. n. 90. lib. 2.* Mandos. *super reg. 19. q. 11. n. 1. cum seq.* Gonzal. *§. proœm. 6. n. 21.* quos refert Rota 10
corã Duran. decis. 67. n. 1. Quare patet iniustissimè cõqueri Titulares, quos acerrimè increpãt, viuisque rationibus conuincunt Mandos. *ad reg. 19. q. 11. & n. 4.* & Gambar. *de officio Legati à latere lib. 6. ex n. 11.*

Impulsiuæ causæ, quibus impellitur Papa ad reseruandam pensionem, duæ principales sunt, ad quas omnes aliæ reducuntur, videlicet resignatio, seu cessio, siue simplex, siue pro concordia; & contingens noua vacatio, vt aduertit Lotter. *dict. lib. 1. quæst. 35. num. 45.* Potest enim quilibet beneficiarius suum beneficium cum pensione, accessu, & regressu coram Papa tantùm resignare, cùm à simonia, quia prohibita, illa scilicet, quæ à Iure communi inducta est, auctoritas, & sententia Summi

Pont.

Pont. excuſet, gloſ. *verb. illicitè, cap. cùm pridem, de pactis*, vbi Imol. *num.* 8. Caſſad. *deciſ.* 2. *de ſimon. num.* 3. Rodoan. *in tract. de ſimonia, part.* 2. *cap.* 2. *num.* 18. Rot. *in Oſcen. penſionis* 27. *Iunij* 1601. *coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino Decano, & in Balneoregien. ſimoniæ* 17. *Maij* 1624. *coram eodem*, & ita de ſtylo Curiæ obſeruari teſtantur Nau. *in man. c.* 23. *num.* 107. *verſ. Ad decimum*, & Flamin. Pariſ. *de reſignat. beneſic. lib.* 14. *quæſt.* 3. *num.* 14.

11 Materialis cauſa eſt certa pecuniarum ſumma: nam quamuis penſio imponatur ſuper fructibus, & emolumentis omnibus beneficij, Rot. *deciſ.* 508. *ſub num.* 3. *par.* 2. *recentior.* Vſus tamen Sedis Apoſtol.

12 non eſt reſeruare penſiones ſuper fructibus, ſed de certa quantitate pecuniæ, Couar. *var. lib.* 1. *c.* 15. *ſub num.* 13. *verſ. Tertio*, Hippol. Riminald. *conſ.* 634. *num.* 4. Lotter. *d. lib.* 1. *q.* 35. *num.* 54. vbi *num.* 55. obſeruat ex magna cauſa, & intuitu perſonæ alicuius eximiæ concedi quandoque gratia reſeruationis fructuum, vel quotæ illorum; quæ tamen non dicitur penſio, ſed eſt quid penitus diuerſum ab illa. Reſeruata penſione in certa monetæ ſpecie, quæ reperitur, tam de tempore reſeruationis, quàm de tempore ſolutionis, non poſſe liberari debitorem, niſi ſoluendo in illa ipſa ſpecie, ex reg. *l.* 2. *§. mutui datio, ff. ſi certum pet.* reſoluit Lotter. *d. lib.* 1. *q.* 39. *num.* 165. Verùm illud in hoc loco aduertendũ duxi quòd licèt vt plurimũ reſeruatio penſionis non ſit in quota fructuũ, ſed in pecunia reſeruanda, habet tamen reſpectũ ad fructus non demonſtratiuè, ſed taxatiuè, cùm in vna, eadéque oratione onus penſionis cum adiectione fructuũ in Bullis exprimatur, vt diſtinguit Gig. quẽ omnes ſequuntur, *de penſion. q.* 62. *per tot.* atque ideo quòd illa cenſetur affecta ſub tacita conditione, ſi fructus naſcantur, refert Rota *corã Duran. deciſ.* 468. *n.* 39. & quòd pẽſionarus non poſſit petere penſionẽ ab eo, qui beneficij fructus nõ percepit, videtur tenere eadem Rota *deciſ.* 407. *n.* 4. *p.* 1. *recentiſſim.*

Formalis denique cauſa huius penſionis eſt cõcur-
13 ſus conſenſus titularis, & auctoritas Papæ, nã neque ſine illo Papa gratiam hanc facit, Caſſad. *deciſ.* 4. *n.* 6. *de pẽſionib.* Burſ. *conſ.* 395. *n.* 28. Valẽzuel. *conſ.* 48. *n.* 1. quia de poteſtate ordinaria conſensũ Titularis non poteſt ſupplere. Sarnen. *in compendio vtriuſque ſignat. n.* 71. *verſ. item eſt in conſenſu*, Rota *deciſ.* 458. *n.* 11. *q.* 3 *diuerſ. & coram Duran. deciſ.* 314. *n.* 21. bene tamen ex plenitudine poteſtatis derogando regulæ de præſtãdo cõſenſu, vt reſoluunt Caccialup. *de penſionib. q.* 19. *n.* 28. Gig. *in ſimili tract. q.* 6. *n.* 17. Garc. *de benefic. par.* 1. *c.* 5. *n.* 278. Lotter. *d. lib.* 1. *q.* 36. *n.* 116. *&* 117. Papa enim vti dominus beneficiorũ, ſicut potuit ſuper beneficio penſionem imponere, potuit pariter Titularem, ratione eiuſdem beneficij, prout voluit, prægrauare, ad tex. *in c.* 2. *de præben. lib.* 6. Rota apud Nicol. Garc *d. p.* 1. *c.* 5. *n.* 247. *verſ. nec obſtare dixerunt*, & corã Duran. *d. deciſ.* 324. *n.* 23. Neque conſenſus partium ſine auctoritate Papæ aliquid præſtat, Ferret. *conſ.* 319. *n.* 4. Lotter. *d. lib.* 1. *q.* 35. *n.* 65. *&* 66.

Cauſas huiuſmodi, quas in reſeruanda penſione
14 interuenire debere hucuſque diximus, in hac mea nõ defuiſſe ſatis cõſtat, vt patet ex litteris Apoſtol. reſeruationis, in quibus Papa eſt efficiẽs illius cauſa, ſicut ex procemialibus verbis videre eſt, ibi: *Vrbanus Epiſcopus*, &c. Adeſt quoque in ea reſeruanda finalis cauſa, hoc eſt, alimẽtorũ ſuppeditatio, ibi: *Nos tibi ne ex ceſſione huiuſmodi nimiũ diſpendium patiaris de alicuius ſubuentionis auxilio prouidere*, &c. Nõ abeſt impulſiua, vidilicet ceſſio de beneficio facta in manibus Papæ, ibi: *Omni, & cuicunque Iuri, & actioni tibi in dicta Theſauraria, vel ad illam quomodolibet competẽti*, &c. *In manibus noſtris ſponte, & liberè ceſſeris*, &c. *nos tibi ne ex ceſſione huiuſmodi*, &c. Nec quoque materialis deſideratur, ideſt, certa pecuniarum quãtitas, ibi, *ac penſionem annuam ab omni decima*, &c. *liberam, immunem, & exemptam ducentorum ducatorum auri de Camera ſuper dicta Theſauraria fructibus*, &c. Nec denique deficit conſenſus Titularis, vt patet ibi, *per dictum Balthaſarem, cuius ad hoc expreſſus accedit aſſenſus*, &c. & ibi, *præſentibus Balthaſari, qui illas pro ſibi legitimè intimatas habet*, &c.

Nihilominus tamen cùm dictus Balthaſar mi- 15
nus legitimè penſionem huiuſmodi purè reſeruatam, ſoluere recuſauerit, & exceptiones ad illam intricandam, & eius ſolutionem procraſtinandã oppoſuiſſet, non potui quicquam ſpatio octo annorum exigere, quod videtur penè incredibile, niſi tragœdia huiuſmodi attentè audiatur.

Inſignis Eccleſiæ Vimaranenſis Theſaurariã maio- 16
rem lõgiſſimis, iiſdemque aſſiduis ſtudiorum meorũ vigiliis ſanctæ Sedis Apoſt. munere aſſequutus, & ad eã accedere multis, potiſſimũ autem librorũ, quos eram elucubraturus, impreſſionis negotiis præpeditus, ne propter meam abſentiam aliquod amplius in Diuinis pateretur incommodum, illi renunciare decreueram, quãdo Antonius Diaz de Fonſeca Curialis occurrit, cum quo egi, & tractatũ abſolui ad fauorẽ Balthaſaris Diaz eius fratris. Supplicatione hac de re meo, & eius nomine Sanctiſſimo Domino noſtro Vrbano VIII. porrecta, & per illum ſignata, iuxta eius formam, & tenorem Balthaſar præfatus per dictum Antonium Diaz eius legitimum, & ſufficientem procuratorẽ conſenſit, & ſponte, &c. promiſit, ac ſolẽniter ſe obligauit ſoluere mihi annuã penſionem ducatorum ducentorum auri de Camera annis ſingulis quoad vixerim, vel Procuratori meo Romæ, aut alibi vbi pro tẽpore ad voluntatis meæ libitum commorari, & reſidere contigerit, in terminis, & temporibus, ac cum libertatibus, & immunitatibus, &c. In reſeruatione, & illius ſupplicatione latius expreſſi, ſub conſuetis ſententiis, cenſuris, & pœnis; necnon cum expreſſo decreto, *quod ſi dictus Balthaſar, ſeu aliquis ex ſucceſſoribus in ſolutione dictæ penſionis in toto, vel in parte ceſſauerit, vel defecerit, vel illam ad minorem ſummam reduci, annullari, vel inualidari petierit, vel procurauerit, liceret mihi ad dictam Theſaurariam liberos habere acceſſum, & ingreſſum, illiuſque corporalem poſſeſſionem, &c. propria auctoritate liberè apprehendere, tam mei prioris tituli, quàm ſuper præſentibus conficiendarum litterarum vigore, quas vim validæ, & efficacis prouiſionis mihi de illa ex nunc prout ex tunc habere ſua Sanctitas decreuit.* Pro quibus omnibus, & ſingulis in ampliori forma Cameræ Apoſtol. dictus Balthaſar ſe ipſum obligauit, ſuoſque hæredes, & ſucceſſores, ac bona iuriſdictioni, compulſioni, condemnationi, ſententiis, & cenſuris, ac mero examini D. N. Papæ ipſiuſque Camerarij, necnon Curiæ cauſarum Cameræ Apoſt. & generalis Auditoris, Viceauditoris, Locũtenentis, aliorũque Iudicum, &c. totaliter ſubiecit, & ſubmiſit. Per quarũ quidem Curiarum Iudices, & Officiales, Viceauditores, Locũtenentes earũ præfatus Balthaſar voluit poſſe conueniri, cogi, cõpelli, coarctari, condẽnari, excõmunicari, aggrauari, & reaggrauari, ac realiter, & perſonaliter capi, & detineri etiam cum inuocatione brachij ſecularis, vſque ad integram ſatisfactionem omnium, & ſingulorum contentorum, &c. Et exceptioni-

nibus doli mali,vis,metus,fraudis, non sic celebrati contractus,rei non sic gestæ,necnon priuilegiis fori, feriis messium, & vindemiarum,beneficio cessionis omnium bonorum, & dilationis quinquennalis, *c. Odoardus, & c.peruenit, & c. renuntiauit*,&c. Et demum consensit relaxationi mandati executiui vnica citatione, & intimatione præcedente in Romana Curia contra se ipsum exequenda in domo suæ solitæ habitationis,si eam illic habuerit:sin autem, suo legitimo Procuratori quatenus adsit:sin autem per diligentias,siue edictum publicum, quæ sic facta ita arctent,& afficiant, ac si solemniter, & personaliter facta fuerint, executionem contra dictum Balthasarem Diaz habeant, liberè, &c. Et sic tactis Scripturis ad sacrosancta Dei Euãgelia iurauit, &c.prout latiùs continetur in instrumento rogato per Ioannem Baptistam Cennum R. Cameræ Apostol.Notarium *die 2. Ianuarij* 1624. quod adest in fine praxis inter scripturas n. 1. & attestatur eundem Antonium Diaz omnibus supradictis consensisse, & iurasse procuratorio nomine dicti Balthasaris Diaz, prout ex mandato publico procuræ in actis demisso constabat, quod fuerat rogatum in oppido de Thomar per Notarium Antonium Diaz Nogueira *sub die 2.Iunij* 1622. cum speciali facultate ad acceptandum omnes,& quascumque beneficiorum, dignitatum, & Abbatiarum renunciationes,cum quibuscumque pensionibus sibi bene visis,& præstatione cedulæ bancharię pro illarum securitate, & obligandi se ad complementum, & solutione dictæ pensionis,& pensionum, cum quibuscunque obligationibus,cautelis, proprij fori renunciatione, & aliis, quæ per resignantes petita fuerint,&c.

17 In executione prædictorum omnium,dictus Balthasar ex eademmet supplicatione litteras suæ prouisionis,necnon reseruationis meæ pensionis expedire fecit, & suarum vigore possessionem dictæ Thesaurariæ accepit, non enim Papa prouidet sub vna, & reseruat sub altera supplicatione, vel data sed sub eisdem supplicatione, & data vni confert beneficum, & alteri pensionem reseruat, vt tenet Romanæ Curiæ stylus,de quo testatur Lotter. *de re benef.lib.1.q.35.n.73.* Vnde Romæ per annum cum dimidio exegi à campsore, & dicto Antonio Diaz procuratore, tres terminos huius pensionis, prout constare feci ex instrumento testium,qui in eadem Curia Romana examinati fuerunt.

18 Alios deinde huius pensionis subsequentes terminos dictus Balthasar soluere recusauit: pro quorum exactione, ac renouatione cedulæ banchatiæ, iuxta formam suæ obligationis,& præstiti consensus agere cœpi coram Auditore Cameræ, & obtinui mandatum executiuum, ac declaratorias litteras contra eundem Balthasarem relaxari, quarum vigore Cedulones per loca consueta Curiæ affixi fuerunt,& ipse in dicta insigni Ecclesia semel, & iterũ publicè denuntiatus excommunicatus,& tanquam talis ab eadem Ecclesia,& diuinis Officiis expulsus fuit.

19 Institit tunc fortiter pro reuocatione mandatorum relaxatorum dictus Antonius Diaz procurator in Vrbe degens coram eodem Auditore Cameræ;& postquam me audito ipse Auditor Cameræ, siue eius Locumtenens in ciuilibus reiecit iniustam eius petitionem, & mandauit, matura præhabita consideratione, exequi, quibuscunque non obstantibus; idem Antonius Diaz, qui tanquam procurator sui fratris consenserat cum iuramento reseruationi pensionis huiusmodi, per Thomam Lutiolum in Romana Curia causarum patronum, quem vigore mandati à fratre Balthasare etiam ad lites motas,& mouendas in ampliſſima forma habiti substituit, & loco sui posuit, & appellauit ad Sanctissimum, & causa in plena signatura iustitiæ me citato per illum acerrimè ventilata super assertæ nullitate mandatorum relaxatorum, tandem obtinuit causam committi in Rota coram R.P.D.Pirouano, & ad dicendum contra commissionem per illum factam, & in actis præsentatam, me statim citare,& inhibere fecit,ac ad partes litteras inhibitorias transmisit; quas illicò idem R. P.D. Pirouanus de voto Rotæ pronunciauit non impedire executionem mandatorum relaxatorum ab Auditore Cameræ;& demum citato dicto Thoma Lutiolo procuratore substituto ad transportanda acta; ipsisque eo negligente per me & expensis meis transportatis,idem R.P.D.Pirouanus suam in omnibus,& per omnia moderauit inhibitionem.

Cùm in Romana Curia repulsam habuerit dictus Antonius Diaz, videretque nullam sibi esse viam differendi debitam pensionis solutionem,impediendique mandatorum relaxatorum executionem,ab Vrbe discedere,insalutato,vt aiunt,hospite, non erubuit,& in Lusitaniam se transferens, cùm ibi nec à Cantore sanctæ Ecclesiæ Bracharensis Iudice executore ab Auditore Cameræ deputato, nec ab Archiepiscopo Metropolitano Iudice quicquam extorquere posset, sed semper contrariam reportasset sententiam, tandem appellauit ad Illustrissimum,& Reuerẽdissimum Collectorem Vlyssipone degentem,in cuius Tribunali dictus Balthasar comparens, & se excommunicatum dicens,obtinuit ab eo sæpe sæpiùs absolutiones ad reincidentiam, sed cùm fuissent propter eius insordescentiam, & obstinatum animum postmodum denegaræ, nec daretur spes aliqua litteris Apostolicis, & Superiorum mandatis obsequendi, repulsam ab illo quoque Tribunali habuit; sed adhuc durus persistens,tanquam reprobus Cain à facie Domini,& hominum communione fugit, nec ad dictam Ecclesiam ampliùs rediens, nec in oppido Vimaranensi, aut cognito loco habitationem faciens,sic profugus quatuor ferè consumpsit annos;quibus transactis comparui, & vigore mandati à quodam Iudice laico obtenti,me non citato,& penitus inaudito, absolutionem excommunicationis, aliàs ipsi Auditori Cameræ reseruatæ,à quodam prætenso clerico extorsit, sequestra per eundem Audit.Cam. relaxata violauit,fructus omnes sequestratos, & iam penes tertium depositos pro huiusmodi pensione soluenda,exegit, & ad participationem fructuum subsequentium,& quotidianarum distributionum, ac ad Officia diuina admitti obtinuit, &,quod peius est, eiusdem Iudicis laici mandato distributiones, quas illo tempore, quo fuit excommunicatus, lucrari non potuit,integrè à Capitulo,seu eius œconomo violenter extorsit. 20

Violentiam huiusmodi admiratus quid hac in re mihi faciendum foret, cœpi cogitare; regredi ad Thesaurariam vigore decreti tentaui, præhabita commissione propria manu Sanctissimi signata, qui iuxta generales prioris commissionis clausulas mandauit eidem R.P.D. Pirouano, vt in causa, & causis emergentis quæstionis super regressu, ingressu, & accessu huiusmodi, & illius canonizatione procederet, &c. & seruatis de Iure seruandis sententiam regressus, & accessus canonizatoriam reportaui;sed cùm adhuc dictus Balthasar acquiescere noluisset, ac propterea eadem S.Rota excommunicatus 21

municatus declaratus,aggrauatus, reaggrauatus, & interdictus esset, nihilominus tamen eiusdem Iudicis laici mandato, & imperio sententiam aspernans huiusmodi,& censuras paruipendens vt priùs, experiri cœpi nec hoc modo me posse ad beneficium saltem reintegrari.

22 Denique sine præiudicio præfatarum sententiarum, censurarum, & mandatorum relaxatorum, & non aliàs,&c. proprias, & originales litteras Apost. reseruationis pensionis huiusmodi præsentaui coram dictæ insignis Ecclesiæ Cantore in illis Iudice executore deputato, qui iuxta Romanæ Curiæ stylum in tota Hispania communi vsu receptum,monitorium contra dictum Balthasarem Diaz cum clausula iustificatiua relaxauit, vt scilicet intra sex dies tot terminos dictæ pensionis debitos, & non solutos solueret, seu intra eosdem coram eo venisset allegaturus exceptiones legitimas,quare non deberet condemnari, & excommunicari; transacto illo termino cùm nihil allegasset, nec contra litteras Apost. exceptiones aliquas opposuisset,fuit ab eodem exequutore declaratus excommunicatus;sed cùm postmodum apud eundem Iudicem laicum querimonias finxisset, & sibi vim inferri asseruisset, nihilominus tamen illi deferre noluit,tacitè annuens præfatam excommunicationem fuisse à dicto executore titè,& rectè relaxatam. Rediit iterum idem Balthasar coram eo, & quasdam friuolas,ac calumnioſas simulans exceptiones ad differendam, & procrastinandam pensionis solutionem, petiit ne ad vlteriora procederet, sed illas suo Ordinario via ordinaria discutiendas remitteret; quas cùm nec admittere, nec remittere Iure potuisset,apud eundem Iudicem laicum tertiò conquestus est;ille verò iurisdictionem alienam sibi vsurpans, mandauit ne ampliùs dictum Balthasarem ad pensionis huiusmodi exactionem compelleret præfatus exequutor,neve eius sententiæ, censuræ,& mandata exequerentur; illumque deprecatus est iuxta stylum vt præfatas exceptiones iudicio Ordinarij ordinariè discutiendas remitteret, qua de re litteras styli contra eundem exequutorem relaxatæ fuerunt.

23 Verùm,quia qualitates exceptionum, quæ contra litteras Apostolicas opponi possunt, & earum exequutionem impedire, & retardare valent, dignoscere difficile est, & nonnunquam admittuntur, quæ reiici debent, & reiiciuntur, quæ recipiendæ erant, ideò exceptiones, quas dictus Balthasar opposuit, referre operæ pretium duxi, ex quibus decem quæstiones pro earum resolutione disputandas assumam; pensionum exactionem qualiter faciendam demonstrando,& cauillationes, ac calumnias soluere nolentium aperiendo.

24 Primò igitur opponit dictus B. nullo modo ad consentiendum mandatum procuræ dedisse, & litteras reseruationis meæ pensionis de eo mentionem facientes ex assertione Papæ, esse subreptitias, & falsas,eo maximè,quia ipse B. in suis litteris prouisiuis non grauatur aliqua pensione ad meum fauorem.Ex qua oppositione prima venit disputanda quæstio,An, & quale mandatum speciale requiratur ad consentiendum reseruationi pensionis, & qualiter illud probetur, & quomodo interuenisse præsumatur.

25 Secundò opponit, quòd nunquam exegi dictam meã pensionem,nec ille ad eam soluendam mandatum procuræ dedit, & quòd à multis annis reperitur in libertate non soluendi illam,qua de causa ait me non posse probare quasi possessionem exigendi. Vnde secunda oritur quæstio discutienda, Vtrùm,& quando existens in quasi possessione exigendi pensionem sit in ea manutenendus, & quomodo illa acquiratur,& probetur?

26 Tertiò opponit,quòd in obligatione, & consensu Romæ præstito per Antonium Diaz eius fratrẽ, & Procuratorem, & rogato in Tribunali Reuer. Cameræ Apost.nõ poterat se submittere correctioni, & censuris Auditoris Cameræ sine consensu proprij Episcopi, vnde tertia insurgit disputatio, Vtrùm Clericus ex contractu possit ad soluendam pensionem auctoritate Apost. reseruatam se submittere correctioni, & censuris alieni Iudicis in Romana Curia existentis sine consensu proprij Ordinarij?

27 Quartò opponit, quòd nec in actu resignationis potuit Romæ per viã contractus se submittere iurisdictioni Auditoris Cameræ,in cuius Tribunali contractum celebrauit. Vnde prouenit quarta dissertatio, Vtrùm Clericus Lusitanus in actu resignationis,seu iurium cessionis possit Romæ per viam contractus se submittere iurisdictioni Auditoris Cameræ,in cuius Tribunali contraxit, & se obligauit de soluenda ibi pensione?

28 Quintò opponit,quòd etsi cõtraxerit Romæ etiã cum expressa proprij fori renuntiatione, & procuratore ad id constituto in Curia,pro pensionis solutione illic destinata, non poterat in propria, vel procuratoris persona inibi conueniri cùm eodem in loco minimè fuerit inuentus. Vnde oritur quinta quæstio, Vtrùm Clericus Romæ pensionem soluere promittens per viam contractus cum expressa proprij fori renunciatione, possit pro eius solutione illic destinata in propria, vel procuratoris persona conueniri,quamuis ibi non inueniatur?

29 Sextò opponit,quòd visus sum contrauenire dispositioni Concil. Trid.& Ordinationum Lusita. ac priuilegiis ab Apostol. Sede Regibus nostris concessis, obligando ipsum in prima instantia respondere Romæ pro solutione pensionis inibi facienda iuxta formam contractus ibi celebrati,& solutionis eo in loco destinatæ. Vnde sexta subsequitur disceptatio,Vtrùm obligans Clericum in prima instãtia respondere Romæ pro solutione pensionis ibi facienda iuxta formam obligationis Cameralis eo loci celebratæ,& Apostolica auctoritate confirmatæ,dicatur contrauenire dispositioni Concilij Tridentini,& Ordinationibus, ac Priuilegiis Regibus nostris concessis?

30 Septimò opponit, quòd Iudex executor litterarũ Apostol. in Regno deputatus tenebatur exceptiones oppositas contra illarum executionem iudicio ordinario discutiendas remittere, & quòd omnia exinde sequuta ante remissionem huiusmodi nulla sint,& inualida. Vnde septima se se offert dissertatio,Vtrùm,& quando executor litterarum Apostol. pensionis in Regno deputatus,teneatur exceptiones oppositas per Titularem contra earum executionem admittere, vel reiicere, seu iudicio Ordinari discutiendas remittere?

31 Octauò opponit litteras declaratorias Auditoris Cameræ, & sacræ Rotæ, ac Iudicis exequutoris in partibus deputati fuisse nulliter relaxatas, proindeque non ligari censuris earum vigore promulgatis, potuisseque Iudicem secularem ita declarare, prout declarauit, & acquiescendo eius sententiæ, & declarationi posse nunc tuta conscientia absque alicuius censuræ,seu pœnæ incursu Officiis diuinis assistere,Ordines sacros accipere, celebrare, fructus, & distributiones lucrari. Vnde venit discutienda

octaua quæst. Vtrùm, & quando Iudex laicus possit declarare censuras esse nullas, & iniustas, ac proinde minimè ligare personas contra quas promulgatæ fuerunt?

32 Nonò opponit, quòd propter allegatam nullitatem contra Bullas reseruationis meæ pensionis, ac cessationem in solutione illius, non possum regredi ad dictam Thesaurariam. Vnde suboritur nona dubitatio, Vtrùm, & quando pensionem non soluens, vel eius validitatem impugnans, possit vigore decreti cogi beneficium resignatum restituere resignanti?

33 Decimò opponit, quòd non possum petere pensiones decursas, & simul regressum ad Thesaurariam, propter quarum cessationem illius successit canonizatio, cùm eas recipiens vilus sim illi renuntiare. Vnde prouenit decima disceptatio, Vtrùm regressarius recipiendo pensiones decursas videatur regressui renunciare.

An, & quale mandatum requiratur ad consentiendum reseruationi pensionis, & qualiter illud probetur, & quomodo interuenisse præsumatur?

QVÆSTIO PRIMA.

1 *Procuratoris factum censetur factum principalis fictè, & interpretatiuè, declarando, vt num.* 3.

2 *Ecclesia, quæ per aliam acquirit, per se ipsam acquirere dicitur.*

4 *Mandans Procuratori, vt aliquid faciat, tenetur ac si id quod gestum est cum Procuratore, fuisset gestum cum ipso mandante.*

5 *Mandatum quomodo speciale requiratur ad consentiendum reseruationi pensionis.*

6 *Mandatum procuræ præsumptionibus, & coniecturis probari potest.*

7 *Mandatum sufficiens præsumitur interuenisse ad illum actum, in quo Princeps illud enuntiat.*

8 *Verba Papæ factum secum gestum narrantis plenam fidem faciunt.*

9 *Clauſ.* Cuius ad hoc expressus accedit assensus, *probat consensum interuenisse.*

10 *Titularem consensisse reseruationi pensionis quando ex Bullis constat, non potest opponi de nullitate ex defectu consensus*

11 *Bullæ nunquam expediuntur sine consensu.*

12 *Papa prohibet expeditoribus litteras super resignationibus, & pensionibus expedire sine consensu.*

13 *Notarij non recipiunt supplicationes, nisi primum eis constiterit de sufficienti mandato procuræ.*

14 *Procurator, qui promisit exhibere mandatum magis sufficiens, si non exhibeat, ad quid teneatur, ostenditur.*

15 *Notarius nullus consensum notat in Bullis pensionis, nisi prius constiterit de sufficienti mandato procuræ.*

16 *Mandatum præsumitur ex impensa, etiamsi de eo minimè constaret.*

17 *Ratificatio, quæ actis fit validius confirmat actum, quàm illa, quæ fit verbis.*

18 *Supplicatione vtens ad prouisionem expediendam tacitè videtur consentire reseruationi pensionis contentæ in eadem supplicatione.*

19 *Scripturam recipiens, & multo magis illa vtens, censetur omnia in ea contenta approbasse.*

20 *Prouisionem facto acceptans visus consentire omnibus in prouisione contentis.*

21 *In gratiosis non est meræ facultatis partem acceptare, & partem impugnare.*

22 *Vnum qui admittit repudiare ei non licet, quod amisso connectitur, ab eoque necessariò decurrit.*

23 *Vnum, qui vult, censetur etiam velle aliud, sine quo illud quod vult, stare non potest.*

24 *Obligationem non debet quisquam ex parte comprobare, & ex parte tanquam de iniqua queri.*

25 *Contractus est indiuiduus eo respectu, vt vel in totum debeat approbari, vel reprobari.*

26 *Pensione ex causa resignationis reseruata nulla existente non acquiretur per eam aliquod ius resignatario, nec abdicatur à resignante.*

27 *Conditione deficiente, contractus celebratus censetur resolutus ab ipso initio.*

28 *Clauſ.* Non aliàs, &c. *inducit formam, & præcisam necessitatem, & secum trahit conditionem.*

29 *Clausulæ, siue per obitum dicti defuncti, intellectus.*

30 *Pensiones propter consensum æquiparantur contractui.*

31 *Clausulæ appositæ in contractu sequuntur naturam contractus principalis.*

32 *Clausulæ omnes appositæ in concessione subreptitia sunt quoque subreptitiæ.*

33 *Contractus quando est simulatus, tales quoque sunt clausulæ in eo insertæ.*

34 *Pensionis mentio non fit in Bullis prouisiuis, nisi illa esset antiqua.*

35 *Pensionis reseruatio admittitur infra biduũ post collationem.*

36 *Forma,* prouidimus, *ponitur pro prouisionibus eodem instanti factis.*

37 *Vacatio prima per aliam in forma gratiosa à Papa facta quando dicatur consumpta, [illegible]ur.*

Licèt

1 LICET regula sit, quòd factum Procuratoris, censeatur factum principalis fictè, & interpretatiuè, nõ autẽ realiter, & verè, iuxta doctrinã Bart. *inl. siis, qui pro emptore n. 56. cũ segq. vers. Venio adsecundũ, col. 15. ff. de vsucapiõ.* Alex. *cons. 65. n. 13. vol. 4.* tamẽ fallit quando agitur de acquirendo, & de lucro captando, quia cùm acquisitio fiat realiter principali, censetur etiam factum eiusdem propriè, & verè, iuxta tex. *in l. certè, §. si procurator, ff. de precario*, ibi, *procurator meus me mãdante, vel ratum habente precarium rogauit, ego precario propriè habere dicor*, quem tex. ad hoc vnicum, & singularem in Iure reputat Bald. *in l. vnica, §. ne autem, num. 9. & num. 19. vers. Item nota, C. de caduc. tollen.* vbi quòd in omnibus factis, in quibus vertitur adminiculum acquisiti onis, qui per aliũ facit, ipse propriè facit, & mirabilem appellat Ias. *in §. 1. in fine, num. 114. Instit. de*
2 *actionib.* Vbi magis ad casum nostrum quòd Ecclesia, quæ per alium acquirit, per se ipsam acquirere dicitur, quos etiam *in d. §. si Procurator*, allegat glos. marginal. & priùs idem per illum text. dixerunt Domin. *in cap. qui per alium, de regul. iuris in 6.* & Bart. *vbi suprà num. 57.*

3 Ego verò existimo non videri posse firmari regulam, quòd faciens per procuratorem dicatur fictè, & interpretatiuè facere, sed potiùs esse distinguendum, prout magistraliter distinguunt Bart. *in l. sed si vnius, § seruus meus, ff. de iniur.* & Alex. *d. cons. 65. num. 16.* quos Doctores communiter sequuntur, videlicet inter mandatum rei licitæ, & honestæ, & de genere permissorum; & mandatum rei licitæ, & de genere prohibitorum, vt primo casu factum procuratoris indistinctè dicatur factum principalis realiter, & verè, dum procurator post susceptum mandatum necessitate ciuili illum exequi tenetur; secus autem esse in secundo casu, cùm etiam post susceptum mandatum procurator liberum habeat arbitrium exequendi, aut non exequendi, quia rei turpis nullum est mandatum, *l. si non remunerandi, §. rei turpis, ff. mandati, l. si à reo, §. fin. ff. de fideiusson.* Bald. & Salicet. *in l. non ideo minus, C. de accusat.* Cùm igitur Antonius mandatum procuræ habuerit à fratre B. ad acceptandam renunciationem, & consentiendum reseruationi pensionis sub beneplacito Sedis Apostol. &c. & sic fuerit mandatũ rei licitæ, & quod post illud susceptum necessitate ciuili exequi tenebatur, propterea consensus per illum præstitus dicitur verè, & realiter per B. præstari, nec hoc patitur aliquã
4 difficultatem. † Accedit quia mandans Procuratori, vt aliquid faciat, tenetur ac si id, quod gestum est cum procuratore, fuisset gestum cum ipso mandãte, *§. fin. Instit. quod cum eo*, Alban. *cons. 104. num. 5.* Surd. *cons. 326. num. 3.* Rot. *decis. 857. n. 3. in fine, par. 1. recentiss.* quia regulatiter quod quis facit per alium, per se ipsũ facere videtur, *l. 2. C. de veteri iure enucl.* ibi, *omnia enim meritò nostra facimus, quia ex nobis omnis impartietur auctoritas, cap. vt famæ, ad fin. de sent. excom.* ibi, *cùm hoc non ipsi, sed illi, quorum auctoritate id faciunt, facere videantur*, cum aliis citatis à Valenzuela *tom. 2. cons. 155. n. 23.*

5 Vnde potest quis per alium acceptare beneficium, & pensioni super illud consentire, interueniente tamen suo speciali mandato, ad notata per Couar. *lib. 3. var. cap. 16. num. 4. & 5.* Villalob. *tom. 1. commun. opinion. lib. 4. tit. 14. n. 15. pag. 611.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. mandatum n. 14.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 10. q. 6. n. 13. & q. 8. num. 34.* Camill. Borrell. *in sum. omnium decis. tom. 1. tit. 66. n. 165.* Massobr. *in sua praxi habendi concursum ad Parochiales Ecclesias vacantes, prælud. 25. dub. 8. secundùm Romanam impress.* Prout etiam ad capiendã beneficij possessionem requiritur speciale mandatum, vt ex multis Rotæ decisionibus colligit Theodos. de Rubeis *in singularib. Rot. p. 2. verb. mandatũ §. 1. pag. 69.* Ea enim, quæ sunt magni præiudicij, non potest facere Procurator etiam cum libera, & generali administratione, nisi speciale interueniat mandatum, Menoch. *cons. 331. n. 90. & cons. 400. n. 4.* Quæ quidem specialitas non debet esse de aliquo beneficio in specie, sed sufficiens est generale mandatum ad acceptanda quæcunque beneficia, quæ in constituentem fuerint resignata. Cou. *d. cap. 16. n. 4.* Bursat. *cons. 395. n. 27.* Flamin. Paris. *d. tract. lib. 9. q. 7. num. 21.* Cùm ergo dictus B. mandatum procuræ dedisset in personam eius fratris ad acceptanda quæcunque beneficia, & consentiendum cuicunque reseruationi pensionis super illis impetitæ, cum quibuscunque conditionibus & cautelis, quæ per partes resignantes petitæ fuerint, & eius frater reseruationi meæ pensionis consensum præstitisset in forma solita vigore præfati mandati, quod produxit, nihil est quòd de legitimo consensu dubitari possit.

Verùm hæc omnia locum habent quando de 6
mandato procuræ expresè constat, & illius tenor in actis legi potest: at vbi de eo legitimè constare nõ potest, tunc præsumptionibus, & coniecturis probabitur, sicut ad hoc propositum firmauit Rot. *decis. 174. n. 3. in fine, & decis. 722. n. 3. p. 1. recentiss. & decis. 445. n. 2 ead. p. 1. & decis. 166. n. 3. p. 2. etiam recentiss.* & coram Gregor. XV. *decis. 111. num. 1.* Vnde si de mandato non constaret prout constat, & dictus B. penitus negaret illud vnquam dedisse, prout ausus est negare; nihilominus tamen abundè probatum remaneret ex coniecturis infrà referendis, & absque dubio præsumi deberet.

Coniecturæ autem, & præsumptiones, ex quibus 7
elicitur cum mandato sufficienti fuisse expeditam renunciationem, & præstitum consensum reseruationi pensionis huiusmodi, plures sunt.

Prima, & principalis est quando Princeps enuntiat mandatum, quia tunc ad illum actu præsumitur interuenisse sufficiens, vt resoluunt Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præs. 33. n. 10.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 9. q. 22. n. 2.* Enunciatio autem Papæ in hoc casu euidenter apparet ex Bullis reseruatiuis, ibi, *per dictum Balthasarem, cuius ad hoc expressus accedi tassensus.* quæ † verba cùm sint Papæ factum secum gestũ 8
narrrantis, plenam fidem faciunt, vt est text. expressus *in Clem. 1. de probat.* & tenent Anton. Gabr. *commun. opinion. tit. de probation. concl. 2. num. 2. & 13* Mascard. *de probat. concl. 139. & concluf. 621. num. 2.* Caputaq. *decis. 120. par. 1.* Verall. *decis. 186. p. 2.* Pute. *decis. 829. in fin. p. 1. in correctis*, Farin. *in praxi crimin. q. 63. n. 92. & seq.* Cardin. Tusch. *pract. concl. tom. 6. lit. P. concluf. 62. ex num. 2.* Caual. *decis. 533. n. 1.* Rot. *decis. 405. sub n. 1. p. 1. recentior. & decis. 191. n. 2. p. 2. recentiss. & in Farfen. seu nullius Monasterij 26. Aprilis 1624. coram bonæ memor. Vbaldo*, vt refert nouissimè Ferentil. *in annot. ad decis. 621. Buratti num. 17.* Quod adeò verum est, vt in contrarium probatio non admittatur; sicut expresè tenent Mascar. *d. concluf. 139. num. 1.* Cardin. Tusch. *dict. litt. P. concluf 62. n. 10.*

Et in terminis illius clausulæ hoc idem expresè 9
firmauit Rot. *in Bergomen. Capellaniæ 18. Maij 1629. coram R. P. D. Merlino*, his verbis: *Vt apparet ex attestatione Clementis VII. quorum expressus ad hoc accedit assensus, quæ cùm sit præcisa de actu coram se gesto, non autem simplex enuntiatiua de facto alieno, in quo forsasse error potest aliquando cadere, probat omnino consensum fuisse præstitum ante litterarum expeditionem, &c.* Eandem

dem opinionem in his terminis eleganter tenet Melch.Lotter. primarius Romanæ Curiæ Aduocatus,*in tract.de re benefic.tom.1.lib.1.quæst.35. num.73.* ibi, *Quando Papa reseruat pensionem super fructibus beneficij de Iure, & de facto vacantis, secundùm terminos in quibus versatur hæc nostra disputatio, non prouidet sub vna, & reseruat sub altera supplicatione, vel data, sed sub eisdem supplicatione, & data vni confert beneficium, & alteri pensionem reseruat; & in ea parte supplicationis, in qua petitur reseruatio, adiicitur dicta clausula, cuius, scilicet Titularis, ad hoc expressus accedit assensus, quæ postmodum in litteris repetitur, quo fit vt semper Papa supponat huiusmodi consensum casualem, illius verò probatio eo ipso iustificetur, quo Titularis velit, nolit, cogitur sub eadem supplicatione litteras expedire; nam rescij tum Principis est indiuiduum,* l.1.C. de diuersis rescript. *in indiuiduis autem non potest dari consensus pro parte, & pro parte dissensus*, l.cùm quæreretur 17.ff.de admin. tutor. *Angel.*cons.304.num.5.vers.quinimo.

10 Secunda est,quando ex eisdem Bullis constat Titularem consensisse reseruationi pensionis; tunc enim non potest opponi de nullitate ex defectu consensus; vt per Nicol.Garc.*de benefic.p.6.cap. 3. num.*

11 91 † Quia Bullæ huiusmodi nunquam expediuntur sine consensu, Matt.*de clauſ.part. 1. clauſ.22.num.2.* Flamin.Paris.*de resignat.benefic.lib.8. quæst.8. num.55.*

12 † Cùm prohibeat Papa expeditoribus litteras super resignationibus, & pensionibus expedire sine consensu formali in Camera, vel Cancellaria præstito, vt attestantur Cassador. *decis. 1.num. 6. de renunciat.* Caputaq.*decis.179.num. 4.p.2.*Mohed. *decis.5. in fine, de renunciat.*Rot.*decis. 396 num.8. part.1.diuers. & in Firmana pensionis 26. Februarij 1625. coram bonæ memor. Remboldo in vers.Non obstat.*

13 Tertia resultat ex admissione renunciationis per Papam,quia statim illa describitur in libris Notariorum Cameræ,aut Cancellariæ Apostol. quo casu non potest dubitari de existentia sufficientis mandati, quia dicti Notarij nunquam recipiunt supplicationes,vt per illas expediantur Bullæ, nisi primum eis constiterit de sufficienti mandato procuræ,prout

14 attestatur Flamin.Paris.*dict. q. 22.n. 5.* Et solent esse adeò cauti,vt quamuis mandatum coram eis producatur sufficiens,pro maiori assecuratione,cùm abundans cautela non noceat,faciunt vt Procurator, qui consentit, non amplius vt Procurator, sed nomine proprio promittat exhibere mandatum magis sufficiens,aliàs teneri ad omnia damna, &c. quo casu si non exhibuerit magis sufficiens mandatum, consensum, & ratificationem iuxta formam suæ obligationis,clarum est intrare ipsius obligationem, & sic loco damnorum,ad quæ se obligauit,teneri ad solutionem pensionis annuæ,Ruin.*cons.141.num.9.pro. pè fin.lib.1.*Rimin.sen.*cons.297. num. 10. cum duobus seqq.lib.2.*Rot.*decis.741.n.1.p.1. diuers.* & fuit dictum *in Perusina dotis 5.Decemb.1607. coram Ortembergo,* apud Marches.*de commiss.tom.2.fol.* 588. Nec excusaretur sic obligatus demonstrando sufficientiam primi mandati,quia nihilominus pro maiori securitate conuentum fuerat de ratificatione obtinenda per obligatum huiusmodi, in quo euentu mandatum illud primum qualecumque fuerit, & quantumcumque sufficiens, non suffragatur, nec releuat ipsum obligatum à dicta ratificatione obtinenda,vt fuit resolutum à Rota *in Bononien.bonorum de Sauonantiis 15.Decembris 1600.coram recolendæ mem.Cardin. Millino,* & nouissimè *in Romana,seu Carthaginen. pensionis 24.Ianuarij 1628.coram R.P.D.Dunozetto in vers. Non obstant.*

15 Quarta in nostro casu euidenter apparet ex eo, quia Notarium Cameræ Ioannes Baptista Cennus à tergo litterarum Apostol. reseruationis pensionis, testificatur Antonium Diaz Procuratorem Balthasaris consensisse, & iurasse his verbis: *Anno à Natiuitate Domini 1624.die verò secunda mensis Ianuarij retroscriptus Balthasar Diaz da Fonseca per Antonium Diaz da Fonseca Romanam Curiam sequentem eius Procuratorem,retroscriptæ pensionis annuæ reseruationi, ac litterarum expeditioni consensit,iurauit, &c. Ioannes Baptista Cennus.* Et est stylus Romanæ Curiæ, quòd nullus Notarius consensum notat in Bullis pensionum,nisi sibi prius constiterit de sufficienti mandato procuræ, vt attestatur Flamin.Paris. etiam in eadem Romana Curia Aduocatus suo tempore, & practicus, *in tractat. de resignat, benefic lib. 9. quæst. 6. num.*8.

Quinta elicitur ex maximis pecuniis expensis 16
in renignationis huiusmodi expeditione, quia tunc præsumitur facta de mandato illius, cuius interest, vt resoluunt Flamin. Paris. *dict.tract.lib 10. quæst. 8. num.54.*Seraph.*decis.856.à princip.* Rot.*decis. 206.n. 2.par.2.recentior.*mandatum enim præsumitur ex impensa considerabili, Cassad.*decis.3.num.4. de Procurator.*Cæs.de Grassis *decis.3.eodem tit.*Mohedan.*decis. 3.de præsumpt.*Verall.*decis.190.num.4.par.1.*Stephan. Gratian.*disceptat. forens.tom. 2.cap.296. num.22.* Valenzuel.*tom.2.cons.185.num.38.*Coccin.*decis.155.n.5.* Cardin.Caualer.*decis. 590.num.10.*Rot.*decis. 174. n. 2.part.1.recentissim.& in Corduben. portionis 14. Ianu. 1635.coram R.P.D.Panzirolo.*

Sexta irrefragabiliter colligitur ex eo, quòd di- 17
ctus B. vsus fuerit supplicatione, in qua præfatus aderat consensus,ac propterea per eas suæ prouisionis litteras expedierit,possessionemque acceperit,vt est omnibus notum, visus fuit dictæ reseruationi consensisse,quamuis de alio eius mandato non constaret,quia ratificatio, quæ actis fit, validius confirmat actum,quàm illa, quæ fit verbis, Menoch.*remed.15.recuper.num.118. cum seqq.* cùm plus sit aliquid ratificare facto, quàm verbo.*cap.dilecti filij il 1. de appellat.*Roman.*cons.291.num.4.vers Quinimo,*cum aliis citatis per me,*de Axiomat. Iuris vsufreq. Axiom. 93.num.9. cum seqq.* tum,quia ita in his terminis firmauit Rot.*in Casalen.pensionis 13. Iunij 1608. coram Cardin.Caualerio,*inter eius impressas, *decis.26.* quæ sic cantat:

Fuit à Sanctissimo Domino nostro Paulo V. prouisus 18
*D. Franciscus Surdus de Archidiaconatu Ecclesiæ Casalen. & in supplicatione fuit reseruata pensio scutorum 30.ad fauorem D.Octauij Sannazarij cum clausula,quòd Franciscei titularis ad reseruationem pensionis, & infrascripta omnia expressus accedit assensus: verùm,quia prouisus negabat se vnquam tali reseruationi consensisse,causa in Rota commissa dubitaui, an in reseruatione de qua agitur,esset necessarius consensus, & si sic, an probaretur? Et Domini censuerunt constare de cõsensu sufficienti:cùm enim ab initio talis consensus tanquam casualis videretur fuisse necessarius,quia Papa ex eo videbatur fuisse motus saltem facilius ad reseruandam pensionem,vt colligitur ex verbis dictæ clausulæ,propterea tanquam pars gratiæ debebat iustificari,*cap.2. de rescript. *Cas. de Grassis* decis.12.num.1.& 4. de probat.*Et licèt adesset derogatio regulæ de præstando consensu, tamen illa derogatio intelligebatur de formali consensu,qui præstatur in Cancellaria pro expeditione litterarum, non autem de consensu casuali ad perfectionem reseruationis,* Mohedan.decis.5. de renunciat. circa fin.*Sarnen.* in reg. de impetran. benefic.per obitum famil.*Cardin.*quæst.11.num.3.*& fuit dictum in Cremonen.pensionis 5.Nouembris 1578. coram bonæ memor. Rubeo. De hoc autem consensu sufficienti*

ficienti Domini satis constare dixerunt, quia cùm prouisto Francisci, & reseruatio pensionis legatur in eadem supplicatione, Franciscus eo ipso, quod vsus est dicta supplicatione, & secundùm illas expediuit litteras prouisionis Archidiaconatus ad sui fauorem, consensit etiam dictæ reseruationi pensionis, talis enim consensus vndecumque colligi potest, Cassador. decis.1.n.3.de renunciat.*& habetur* in d.decis. Cremonen. pensionis. *Recipiens enim scripturam, & multo magis illa vtens, censetur omnia in ea contenta approbasse,* l. filiusfamilias, *vbi notatur,* ff. ad Macedon. *Bart.* in l. cùm tabernam, §. idem quæsiuit, in fine, ff. de pignorib. *Matheſil.* sing.22. *Et talis acceptatio se extendit etiam ad ea, quæ propter alia prolata fuerunt, Anchar.* in Clem. 1. in 5. notab. de iureiur. & in terminis nostris, *Puteus* decis.100. lib. 2. *Vbi clarè dicit, quòd acceptans beneficium in vim certæ supplicationis, debet illud acceptare cum omnibus qualitatibus dictæ supplicationis. Nec dicebant obstare, quòd supplicatio non fuerit porrecta ab ipso Francisco, sed ab eius fratre, quia cùm hodie obtineat Archidiaconatum vigore dictæ supplicationis, censetur ratificare illius impetrationem, Caputaq.* decis. 193. part. 1. *& sic cum omnibus qualitatibus, vt* in d. decis. *Putei* 100. in fine, & per tot. lib. 2. &c. Hactenus Rota.

Vnde negari non potest dictum B. acceptasse prouisionem à Sanctissimo sibi factam de Thesauraria huiusmodi vacante per resignationem, siue cessionem meam, vt cantant litteræ Apost. suæ prouisionis: cessio autem in eadem supplicatione prouisionis ea conditione facta reperitur, vt mihi validè reseruarentur ducenta ducata de Camera, & non aliàs, aliter, nec alio modo, quo casu non potest dictus B. prouisionem acceptare, & reseruationem in eadem supplicatione contentam reiicere, iuxta doctrinam Melch. Lotterij in his terminis loquentis, quem suprà citaui *num.* 9. quia facto prouisionem acceptans visus est consentire omnibus in prouisione contentis, in puncto Puteus *decis. 369. aliàs 359. incip. In vna Hispalen.lib.* 2. eleganter Rot. *in Elboren.pensionis* 19. *Nouemb.* 1614. *coram R. P. D. Pirouano,* ibi, *Tamen cùm in præsenti Bernardus fuerit prouisus cum narratiua pensionis* 300. *ducatorum ad fauorem Michaelis annuatim percipientis, satis visum est constare de consensu Bernardi eo ipso, quòd dictas litteras expediuit, & gratia vsus est per octo annos, & vltrà, quo stetit in possessione beneficij, quia † in gratiosis non est meræ facultatis partem acceptare, & partem impugnare, diuidendo in hac parte iudicium concedentis,* l. nam absurdum, ff. de bonis libert. l. si ita stipulatur, in fine, ff. de operis libert. *latissimè Surd.* cons.107. num. 1. cum seqq. *dicens, quòd huiusmodi qualitates sunt indiuiduæ ab ipsa concessione, idem affirmauit* in decis.288.n.7. &c.

Non enim potest stare vnum sine alio, nec consensus, & dissensus vnà in re considerari valet, qui enim vnum admittit, repudiare ei non licet quod admisso connectitur, ab eoque necessariò decurrit, *glos. fin.in l.Lucius, ff.depositi,* Paul. de Castro *cons.* 286. *Quoniam fundamentum,col.3.lib.*1. Aym. Crauet. *cons.*356.*num.*5. Et † qui vult vnum, censetur etiam velle aliud sine quo illud, quod vult, stare non potest, Castr. *cons.*306.*col.* 1.*vers. Qui autem,lib.*2. Abb. *cons.*101.*col.*2.*n.*3.*vers. Moueor primò,lib.*2. Rot.*in Sabinen.Castri montis Rotundi* 8. *Februarij* 1627. *coram R. D. meo Coccino Decano.* † Nec quisquam debet ex parte obligationem comprobare, & ex parte tãquam de iniqua conqueri, *l.si ita stipulatus, in fine, ff.de operis libert.* Et enim † contractus est indiuiduus eo respectu, vt vel in totum debeat approbari, vel reprobari, *l.si quis aliam, ff.de solut.l.quòd si vno pretio, ff.de in diem addict.* Bec.*cons.*169.*num.*1.*lib.*2. Cald. Pereira *quæst. forens. cons.* 39. Fachin. *cons.* 59. *num.* 10. *lib.* 1. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 301. *num.*57.

Confirmatur hæc resolutio ea ratione, quia quandocunque pensio reseruata ex causa renunciationis fuerit nulla, siue subreptitia, aut quia non potuit verificari conditio, seu modus sub quo à principio facta fuit reseruatio, tunc isto casu non potuit per talem resignationem acquiri ius aliquod resignatario, nec conditionibus minimè seruatis abdicari à resignante, qui noluit aliter consentire, prout bene resoluunt Caputaq.*decis.*216.*n.*3.*p.*1. Flamin.Paris.*d.lib.*1.*q.*3.*ex n.*95.*&* 117.*q.*14.*n.*7. Seraph. *decis.* 25.*n.* 1.Rot.*decis.*419. *& decis.*699.*n.*4.*p.*1. *diuers. & decis.*92.*n.*5.*p.*1.*recentior. & decis.*4.*n.*2. *& decis.* 432. *num.*2.*p.*2.*recentior. & in Leodien. Canonicatus sancti Dionysij* 25. *Maij* 1626. *coram R. P. D. meo Pirouano, & in Verdunen. Abbatiæ* 5. *Maij* 1614. *coram bonæ memor. Buratto,* inter eius impressas, *decis.*48.*num.* 9. Et tunc optimo iure potest redire ad beneficium si fortè resignatarius eius possessionem occupauit, Rot. *decis.*286.*n.*2.*p.*2.*recentior.* Vnde Ioan. Honor. *in sum. Decretal. tit.*12.*num.*63. ait, quòd si resignatio facta fuerit sub conditione, id est, *reseruata sibi valida pensione,* quæ fuerit nulliter reseruata, non conualidatur resignatio, quia ius remansit in resignante, quod ab ipso abdicari non potuit sine facto Papæ. in terminis Lotter. *de re benefic.lib.*3.*q.*14.*n.*74. vbi quòd in hoc casu Papa accommodat suam auctoritatẽ consensui ipsius resignantis. Conditione enim deficiente, contractus celebratus censetur resolutus ab ipso initio, *l.necessariò,* §. 1. *ff.de peric. & commodo rei vend. l.pecuniam,* vbi Alex.*num.*4.*ff.si certum pet.* Tiraquel. *in l.si vnquam, verb.reuertatur num,* 277. vbi quòd defectus conditionis habet oculos retro ad tempus dispositionis, Flamin. Paris. *dict. lib.* 1. *quæst.* 3. *num.*27.

Et maximè stante clausula, *Non aliàs, aliter, nec alio modo,* in dicta supplicatione inserta, quæ inducit formam, & præcisam necessitatem, vt tenent Doctores, quos plena manu retuli *in tractat. de clausul. vsufreq. claus.* 81. *num.* 6. *cum seqq.* & secum trahit conditionem, qua deficiente perindè est, ac si nihil actum fuisset, Seraph. *decis.* 838. *num.* 7. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 803. *num.* 38. *& cap.* 949. *num.* 7. *& cap.* 971. *num.* 2. Rot. *in Illerden. Canonicatus* 2. *Decembris* 1624. *coram bonæ memor. Buratto,* & sic actum contra eam factum ipso iure esse nullum, resoluunt Cephal. *cons.* 80. *num.* 2. *vol.* 1. Osasc. *Pedem. decis.* 163. *num.* 13. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 53. Farin. *fragm. crimi. part.* 2. *lit. D.n.*105.

Non obstat clausula, *Siue alio quouis modo,* neque alia, *siue per obitum dicti defuncti,* quasi velit, quòd dictus B. possit capere beneficium alio modo, quàm vigore resignationis, siue cessionis, quia dictæ clausulæ sunt accessoriæ ad resignationem narratam, & non possunt aliquid operari, nec vim habent vllam, subreptitia, siue nulla existente resignatione, vt optimè in his terminis voluit Pute. *decis.* 267. *in antiquiis aliàs decis.* 267. *in correctis lib.* 3. ibi, *Non obstat clausula,* siue per obitum, *quæ videbatur æquè principaliter in supplicatione apposita, quia non facit, cùm accessoria esset ad resigna-*

tionem narratam,&c.clariùs Rot.*in Meſſanen.regreſſus*
30 *24.Ianuary* 1622. *coram bonæ mem. Vbaldo.* † Clauſulæ enim appoſitæ in contractu (cui æquiparantur penſiones propter conſenſum, vt reſoluunt Gig. *de penſion. quæſt. 99. num.*10. Achil.*deciſ.* 13.*num.*8.
31 *de penſionib.*) ſequuntur naturam contractus principalis;itavt ſi contractus annulletur, clauſulæ quoque in eo inſertæ annullantur, iuxta gloſſ. *verb.Fabiana, in l.ſi patronus*, §. *patronum, ff.ſi quid in fraudem patron.* cum multis aliis citatis à Valaſc. *tom.*1. *conſult.*85.*num.*3. quibus addo Decian.*reſp.*104.*num.* 34.*vol.*2. Surd.*deciſ.*7. *num.*19. Reinoſo *obſeruat.*45. *num.*25.Caſtagn.*in tract.de benef. deductione egeat q.*1. *fallent.*1.*à num.*40. D. Noguerol. poſt hæc ſcripta
32 viſum *allegat.Iuris tom.*1. *alleg.*26. *num.* 373. Et ideò omnes clauſulæ appoſitæ in conceſſione ſubreptitia, ſunt quoque ſubreptitiæ, & nullum producunt effectum,Decian.*reſp.*23.*num.*47.*vol.*1. Rei-
33 noſo *d.obſeruat.*45.*num.* 30. † Et quando contractus eſt ſimulatus, tales quoque ſunt clauſulæ in eo inſertæ, Pariſ.*conſ.*53.*num.*3. *vol.*1. Reinoſo *d.obſeruat.* 45.*num.* 30. *verſ. Item.* Sic ſimiliter quando contractus principalis, & inſtrumentum ab eo confectum eſt nullum,tunc omnis obligatio, & omne pactum in eo appoſitum redditur nullum,ex Bald.*in l.ex teſtamento.C.de fideicom.* quem ſequuntur Alex. *in l.*1. §.*ſi vir vxori,col.*1. *& in l.quod meo,in princ. ff. de acquir.poſſeſſ.* Iaſ.*conſ.*133. *num.*20. *lib.* 4. Galganet. *de condit.& demonſtrat.part.*2 *cap.*5. *quæſ.*25. *num.*1. Et annullato, ſeu reuocato contractu annullantur omnia alia promiſſa in eodem contractu, Menoch. *conſ.*888. Pontan.*de ſpolio lib.*3. *cap.*132. Carol. de Graſſis *de except.*31.*num.*2. Et omnes effectus ab eo prouenientes reuocati cenſentur, *l. nam origo, ff.quod vi,aut clam, l. hactenus, in fine, cum l. ſeq. ff. de aqua pluu.arc.* Crauet. *conſ.* 182. *num.*2. Caualc. *deciſ.*14. *num.*18.*part.*3.
34 Nec obſtat, quòd in Bulla prouiſionis dicti B. nulla fit mentio de penſione reſeruata, quia ſecundùm veteratum Curiæ ſtylum de ea nihil agitur, niſi eſſet antiqua, prout atteſtantur Curiales, & refert Melch. Lott. in eadem Curia Aduocatus *in d. ſuo tract.de re benef.lib.*1.*q.*35. *num.* 81. *in fin.* ibi, *in litteris prouiſuis nuſquam de penſione fit mentio.*
35 Nec etiam obſtat verbum,*prouidimus*, ſiue *prouiderimus*, quo nonnunquam vtitur Papa in litteris prouiſuis,quod videtur denotare collationem præceſſiſſe reſeruationem, quia in his terminis Rot.*de-*
36 *ciſ.*68.*num* 2.*part.*1.*recentiſſim.* tenuit,† quòd admittitur reſeruatio penſionis infra biduum poſt collationem, atteſtatúrque eſſe ſtylum Cancellariæ Apoſtol. quòd forma, *prouidimus*, ponitur pro prouiſionibus eodem inſtanti factis, & quòd verba præteriti temporis non excludunt actum antea incontinenti factum, & citat Bartol. *in l.ſi ita ſtipulatus*, §. *Chryſogonus*, *num.* 3. *verſ. Item aduerte, ff. de verbor. obligat.* Sed hac non indigemus ſolutione cùm ſub eadem data, & ſupplicatione litteræ prouiſionis, & reſeruationis expeditæ ſint, ac proinde eodem inſtanti, vt per ſe patet.
37 Denique non obſtat,quòd dictus B.aſſerit,videlicet ſe velle capere vacationem per obitum Ioannis Nogueira, quia cùm poſtea fuerim in forma gratioſæ à Papa prouiſus, & ſic veram, & realem collationem obtinuerim, quæ tribuit ius in re, vacatio per obitum dicti Ioannis Nogueira fuit conſumpta, gloſſ. *verb. collatio in Clem.* 1. *vt lite pend.* & ibi Vitalen.*num.*47.Bellam.*deciſ.*563. Gonçal.*ad reg.*8. *Cancel. gloſſ.*15. *num.*14. *&* 15. Caualer. *deciſ.* 214.*num.*2.Reuer. Coccin. *deciſ.* 188.*num.*3. Rota *apud Tambur. poſt tom.*3.*de iure Abbatum deciſ.*25.*à princ.* etiamſi poſſeſſionem nunquam fuiſſem adeptus, Simonet. *de reſeruat.q.*55. Nicol.Garc. *de benef.p.*4.*cap.*2.*num.*2. Duran.*deciſ.*263. *num.*12. Rot. *deciſ.*24.*de præben.in antiq.& deciſ.*498. *per tot. & deciſ.* 523. *num.*2.*part.*2.*recentior.* Quæ omnia fuerunt deciſa a Rota *in cauſa Corduben. portionis* 14.*Ianuarij* 1635. *coram R. P. D. Pancirolo*, in hæc verba. *Reſolutum fuit ſub die* 26. *Iunij præteriti, Ægidio dandam eſſe immiſſionem in vim gratioſæ ſubrogationis.Hodie verò vnanimi voto receſſum fuit à deciſis, quia licèt portio de qua agitur,vacauerit in menſe reſeruato per obitum Franciſci de Salinas, illa tamen vacatio fuit conſumpta,ex quo Papa de eodem beneficio gratioſè prouidit Franciſcum Gonzalez, qui etiam quòd poſſeſſionem non acceperit, attamen ſtante prouiſione gratioſa dicitur acquirere ius plenum in beneficio*, cap.fin.in fine,de conceſſ.præben.in 6.gloſſ.fin.in cap.pen.eod.lib. *Miles* in repert.verb.beneficium acquiritur, num.2. *Couar.lib.*3.cap.16.num.1. & 10. *Rot.* deciſ.8. num.1. & 2.de reſcript.in antiq. *quod iuſ faciat primam vacationem eſſe conſumptam, Rebuff.* conſ 48. num. 1. *Caſſad.* deciſ.4.num.1.& 4.de cauſa poſſeſſ. & propr. *Simon.* de reſeru. cap.55. & ſeq. *Rot.* deciſ. 24. de præbend. in antiq. *Mohed.* deciſ. 9. vt lite pend. *Rota* deciſ.427. num.2. part.1.diuerſ. & deciſ.498. num. 2.p.2. recentior. *Nau.* de orat. cap.7. num.29. *Gonzal.* ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 15. §. 1. num.15. & 33. &c.

Vtrùm, & quando exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem ſit in ea manutenendus, & quomodo illa acquiratur & probetur?

QVÆSTIO II.

1 *Litteræ Apoſtolicæ quomodo verificari debeant.*

2 *Penſionis ad ſolutionem compelli non poteſt Titularis non verificata priùs narratiua conditione,vel modo, ſub quo à principio facta fuit reſeruatio.*

3 *Conditionis ea eſt vis, vt gratia ſub illa facta ſtet in ſuſpenſo donec conditio purificetur.*

4 *Clauſ.* Dummodo, &c. *ita qualificat gratiam, vt ſiue modum, ſiue conditionem importet,nihil actum cenſeatur donec plena ſit iuſtificata.*

5 *Clauſ.* Dummodo, &c. *non remittit formam obligationis Cameralis.*

6 *Penſio quamuis ſit modificata ſignatura,non conſueuit parcere clauſulæ præſeruatiuæ.*

7 *Clauſ.*Conſtito de litteris, *intelligitur ſimpliciter de litteris,nudáq; earum exiſtentia.*

8 *Signatura ſolet reſcribere cum clauſ.*Nõ retardata ſolutione,*etiam quando reſeruatio penſionis eſt facta ſub conditione.*

9 *Penſionis iuſtificatæ,ſeu purè reſeruatæ ſolutio non poteſt impediri propter ſuperue-*

nien

nientem litem super nullitate, extinctione, vel reductione.

10 *Exceptio subreptionis pensionis iustificatæ, seu puræ, reiicienda est ad petitorium.*

11 *Alimentorum causa nullo modo est suspendenda.*

12 *Pensio æquiparatur alimentis.*

13 *Pensionis solutio etiam puræ, & iustificatæ, retardatur quando ex ventre litterarum resultaret notoria nullitas.*

14 *Nullitas ex ventre litterarum quando dicatur oriri, ostenditur.*

15 *Signatura iustitiæ nunquam omittit clausulas præseruatiuas solutionis pensionis, quando exceptiones sunt turbidæ, aut elidibiles in progressu litis.*

16 *Rota, cui per Signaturam iustitiæ fuit rescriptum in materia pensionis cum claus. Arbitrio, prætextu æquitatis retardat solutionem.*

17 *Pensionarius non indiget aliqua iustificatione quando contra consentientem pensioni purè reseruatæ agitur.*

18 *Pensionarius tenetur litteras reseruationis producere, & iustificare contra illum, qui non consensit pensioni antequam agere valeat, ad exactionem pensionis.*

19 *Pensionarius, qui est in possessione, vel quasi exigendi, & agit iudicio summariissimo, non tenetur exhibere titulum, nec priuilegium, nec etiam iustificare narrata*

20 *Titulus, eiúsque probatio non requiritur in possessorio.*

21 *Possessio an sit iusta, vel iniusta, non est disquirendum in possessorio.*

22 *Pensionarius, qui agit iudicio summariissimo, non tenetur exprimere causam suæ possessionis, vel quasi.*

23 *Possessio, vel quasi exigendi pensionem probatur regulariter per quietantias, seu instrumenta solutionum, & ex fide Notarij, & per confessionem titularis.*

24 *Probationes informes, & leuiores sufficiunt ad manutentionem obtinendam, & in iudicio possessorio, maximè concurrentibus adminiculis.*

25 *Testes examinari possunt sine partis citatione quando in longinquis partibus factum fuit examen, & non potuit haberi copia partis.*

26 *Pensionarius, vt constituatur in quasi possessione exigendi, requiritur, vt solutio fiat per solum titularem.*

27 *Titulum qui non habet, non dicitur dominus, vel quasi vt possit Ecclesiæ, vel vero titulari præiudicare.*

28 *Administratores, & deputati pro exigendis fructibus Ecclesiæ vacantis, an soluendo pensionem, possint constituere pensionarium in quasi possessione exigendi, & quid de sequestrariis, subcollectoribus spoliorum, & reseruatariis fructuum.*

29 *Possessio exigendi pensionem, vt acquiratur, sufficit vt eius solutio fiat per alium de mandato Titularis.*

30 *Campsor, qui ex pacto in Bullis inserto dedit cedulam banchariam, si virtute illius soluerit pensionem, constituit pensionarium in quasi possessione exigendi, &* num. 38.

31 *Actus attribuitur ordinanti, & non exequenti.*

32 *Mandatum de soluendo pensionem quibus concurrentibus præsumatur ad constituendum pensionarium in quasi possessione, ostenditur.*

33 *Titularis scientia de solutione pensionis facta facit præsumi mandatum de soluendo.*

34 *Solutiones factæ per plures annos à tertio faciunt præsumi mandatum de soluendo.*

35 *Solutio facta à tertio de vno termino tantùm, sed quantitatis minimæ, facit præsumi mandatum.*

36 *Possessio percipiendi pensionem acquiritur etiam per vnicum actum exactionis.*

37 *Mandatum præsumitur in soluente.*

39 *Possessio percipiendi pensionem acquiritur etiam per vnicum actum exactionis.*

40 *Manutentio datur pensionario contra successorem in beneficio ex vnica solutione facta per antecessorem.*

41 *Possessio percipiendi pensionem non acquiritur per solutionem partis vnici actus, nisi soluat cum promissione soluendi residuum.*

42 *Possessio percipiendi pensionem probatur per antecedentem etiam vnicam eius solutionem, quamuis facta fuerit metu censurarum, quando non apparet de protestatione.*

43 *Possessio exigendi pensionem an amissa proponatur eo, quòd pensionarius per decennium acquieuerit negligendo petere.*

44 *Pensionarius existens in quasi possessione exigendi, est manutenendus contra quemcumque successorem in beneficio etiam qui nunquam soluit.*

45 *Pensioni qui consensit non solùm pro se, sed etiam pro successoribus consentit.*

46 *Successor in beneficio spoliat, si pensionem integrè ab antecessore solutam soluere recusat.*

47 *Pensionarius acceptando beneficium pensione grauatum censetur obligare se ad onera posita super tali beneficio, &c.*

48 *Pensionarius qui non consensit, non debet compelli,*

compelli, nisi quatenus adsint fructus.

49 *Successor in beneficio pensione grauato non tenetur soluere pensionem maturatam quando fructus non percepit.*

50 *Pensio est onus fructuum, & ipsis fructibus inhærens.*

51 *Pensionis excessiuæ reseruationi consentiens sibi præiudicat.*

52 *Existens in quasi possessione exigendi manutenendus est in ea summa, quam constat sibi fuisse solutam.*

53 *Pensionarius tenetur in petitorio iustificare gratiam, etiamsi sit in quasi possessione exigendi.*

54 *Pensione reseruata super Episcopatu*, dummodo mille remaneant pro Episcopo, *pensionarius existens in quasi possessione exigendi non tenetur in possessorio probare remanere.*

55 *Manutentionem non impedit allegatio de extinctione pensionis per matrimonium à pensionario contractum.*

56 *Claus.* Sine retardatione, *intrat stante quasi possessione exigendi, licèt ex ventre Bullarum constaret de vitio, seu nullitate pensionis.*

57 *Translatarius pensionis existens in quasi possessione illam percipiendi non tenetur ad aliquam iustificationem.*

58 *Translatarius pensionarius, quid iustificare teneatur, ostenditur.*

59 *Pensionis translatio facta vigore priuilegij Conclauistarum, est nulla exhibito coram executore solo transumpto priuilegij absque originali.*

60 *Pensiones transferendi facultas data Conclauistis non extenditur ad pensiones semel translatas.*

61 *Appellatio suspensiua non admittitur vbi fuerit pronuntiatum litteras translationis esse exequendas.*

62 *Titularis impugnatio, quòd ex translatione pensionis sibi inferatur præiudicium considerabile, non potest illam suspendere.*

63 *Translatio pensionis non requirit derogationem, & expressionem.*

64 *Priuilegium Equitum Lauretanorum retinendi pensiones matrimonio non obstante comprehendit etiam pensiones reseruatas super Regio patronatu.*

65 *Mentio non est facienda de iure incerto, & euentuali.*

66 *Pensionis in reseruatione super beneficio facienda est mentio de regressu quem quis haberet ad illud beneficium.*

67 *Translationis litteræ habent paratam executionem*

68 *Cessionario datur via executiua quæ datur cedenti.*

69 *Viam exequutiuam translatario competentem non potest titularis peruertere præueniendo in iudicio nullitatis translationis.*

70 *Solutio realis, & non confessata requiritur ad acquirendam quasi possessionem exigendi pensionem reseruatam pro tertio à patruo ad fauorem nepotis.*

71 *Confessio de recepto non suffragatur ad acquirendam quasi possessionem exigendi pensionem reseruatam pro tertio à patruo ad fauorem nepotis.*

LITTERÆ Apostol. sub reseruatione pensionis non purè expeditæ, earumque narratiua, & modus, seu conditio, sub qua pensio fuit reseruata, verificari debent etiam quando proceditur executiuè, *cap. 2. de rescript.* Cassad. *decis. 10. eod. tit.* Mohedan. *decis. 35. de renun.* Rot. *decis. 221. n. 4. & 5. part. 2. diuersor.* Quia † non verificata priùs narratiua, conditione, aut modo, sub quo à principio facta fuit reseruatio, non potest Titularis ad solutionem compelli, Cassador. *sub num. 8.* & Mohed. *citatis locis*, Cæs. de Grassis *decis. 35. num. 13. de re iudic.* Gig. *de pensionib. quæst. 85. num. 10.* Rot. *decis. 310. part. 1. diuers.* Nec litterarum executio habenda, Rot. *decis. 129. num. 5. part. 1. recentiss.* Quia promissio, siue reseruatio pensionis ante iustificationem non habetur pro gratia Apostolica, Ioan Andr. *in cap. 1. vt lite non const.* Gom. *super reg. de non tollendo quæst. 20.* 1

Conditionis enim ea est vis, vt gratia sub illa facta stet in suspenso donec conditio purificetur, *c. si pro te*, vbi glos. & Doctores *de rescript in 6. Clem. 1. de conces. præben.* Paris. *cons. 82. ex num. 7. lib. 4.* Menoch. *cons. 38. num. 15. & 16.* & in hoc illi æquatur modus, *l. 1.* vbi Corn. *num. 3. C. de his quæ sub modo*, idem Menoch. *cons. 653. num. 8.* refert, & sequitur Lotter. *de re benef. tom. 1. lib. 1. quæst. 38. num. 16. & 17.* Vnde si actor in possessione exigendi non existat, & pensio sit conditionalis, quamuis iudicium sit possessorium, & agatur contra eum, qui reseruationi consenserat, implementum conditionis probare debet, Cassad. *d. decis. 10. num. 6.* Gig. *de pension. q. 85. n. 16.* Nicol. Garcia *de benefic. p. 1. cap. 5. n. 464.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 113. n. 74.* Seraphin. *decis. 1017.* quos refert, & sequitur Rota *in Troiana pensionis 14 Maij. 1629. coram R. P. D. Queipo*, quæ reperitur impressa per Ludou. Posti. *post tract. suum mandati de manutenendo decis. 316.* 2

Expresse inducitur modificatio ex clausula *dummodo*, &c. vel alia simili, per eam enim ita qualificatur ea gratia, vt siue modum, siue conditionem importet, nihil actum censeatur donec plenè sit iustificata, vt tentum fuit in Rota, *coram Seraph. decis. 1017. num. 4. & coram Gregor. XV. decis. 57. num. 2.* quos refert, & sequitur Lotter. *dict. quæst. 38. num. 40.* vbi *n. 48.* post alios quos citat, resoluit necessitatem iustificandi clausulam, *dummodo*, &c. † non remittere formam obligationis Cameralis, cùm illa arctiùs quidem liget, sed non extendat obligationem vltra formam reseruationis. Similiter conditionalis resetuatio videtur ex illis verbis in litteris Apost. reseruationis pensionis apponi solitis pro valore exprimendo, *& a ducatos tot similes annuatim, vt etiam asseris, ascendentibus*; quando enim assertio valoris beneficij per ascensum ad secundam 3 4 5

perso

perſonam refertur, veluti, *vt aſſeris*, conditionem inducit, & ex eius defectu gratia corruit; quia illa verb. *vt aſſeris*, expreſſam conditionem inducunt, ex Rota *dec.ſ.5. num.1. & 2 de præben.in antiq. & in d.Troiana penſionis*, per doctrinam Felin. *in cap. aduersùs num. 6 de reſcript.* quæ cùm ſint verba à parte in gratiæ impetratione narrata, debent ab ea iuſtificari, propter regulam text. *in cap. 1.de reſcript.* & ſic plena requiritur probatio pro iuſtificatione huiuſmodi gratiæ, vbi agitur de probando valore affirmatiuè per aſcenſum expreſſo in gratia penſionis, Garc.*de benefic.p.1.c.5.ex n* 470.Verall.*decis.* 330.*p.* 3.Rot.*decis.* 444.*n.1.p.2.recent.* Maximè cùm actori obſtet Iuris communis præſumptio; tum quia beneficia eccleſiaſtica ſine diminutione debent conferri, *cap. 1. & per tot.vt eccleſiaſt. benef. ſine diminut. conf.* Tum, quia beneficiato alimenta congrua debent reſeruari; nam qui Altari ſeruit, de Altari viuere debet, ex D.Paulo.1. *ad Corinth. c.* 9.tum denique, quia quælibet res libera præſumitur.*l.ſicut* 8.§. *Ariſto, ff.ſi ſeruit. vind.* cum ſimilibus. Quod quidem intelligendum eſt de actore penſionario, qui beneficium in fauorem reſignatarij minimè reſignauit, non autem de eo, qui beneficio renunciauit: reſignatario enim non licet retento beneficio reſignato, ſuper quo penſio fuit reſeruata, de nullitate penſionis excipere, ſecundùm Creſcent.*decis.*17.*de reſcript.* Card. Mantic.*decis.*183.*num.*1.Rota *decis.*131.*p.1.recent. & in d.Troiana penſionis*; prout nec etiam procedit quando cum dicta clauſ. *vt aſſeris*, relata ad penſionarium acceſſerit conſenſus titularis, quia tunc illa remanet iuſtificata, Melch.Lotter. *de re benef. lib.1. q.*38.*num.*46.quem refero *de clauſulis vſuf.clauſ.*188. *num.*8. optimè Rota *decis.*519. *num.*3.& 4.*part.2.recentior.*

6 Quamuis autem videatur modificata penſio ſub conditione, ſeu modo reſeruata, ita vt ante iuſtificationem executio non debeatur, iuxta ſuprà dicta, tamen etiam hoc caſu non conſueuit Signatura parcere clauſulæ præſeruatiuæ, *Sine præiudicio exequutionis*, præſtat enim adhuc, & fauor litterarum Apoſtol. & cauſa alimentorum, cùm ſatis ſit gratiam apparere factam ex litteris: & licèt litteræ non iuſtificatæ non ſint exequibiles, probant tamen ſubſtantiam ipſius gratiæ, Seraph. *deciſ.* 664. *num.* 3.†

7 Nec clauſula, *conſtito de litteris*, ex qua aliquando qualificatur clauſula præſeruatiua, intelligitur de litteris iuſtificatis, ſed ſimpliciter de litteris, nudaque earum exiſtentia, Pute. *deciſ.* 225.*num.*1.*lib.*1. *in correctis*, quem refert Lotter. *dict. lib.*1.*quæſt.* 38.*n.*

8 86.vbi *num.*94.*cum ſeqq.*† idem reſoluit de clauſula, *Non retardata ſolutione*, dicens cum illa ſolere reſcribere Signaturam, etiam vbi reſeruatio penſionis eſt facta ſub modo, vel conditione: quæ clauſula appoſita in cauſa reductionis, ſeu nullitatis penſionis, efficit conditionalem commiſſionem, quòd niſi ſoluatur penſio, & conditioni parcatur, non poteſt iudex procedere. Andr.Gambar. *de poteſtate Legati à latere, lib.6.tit.de penſionib.num.*507.Valenzuel. *d.tom.2.conſ.*185. *num.*10. Greg.XV. *deciſ.*39.*num.*3. *& deciſ.*91.*&* 119.

9 Verùm ſi penſionarius modum adimpleuit, conditionemque purificauit, aut de conſenſu partium Papa ſimpliciter, & purè reſeruauit penſionem, (pro vt in caſu noſtro,) tunc non poteſt impediri penſionis præſtatio, propter ſuperuenientem litem ſuper nullitate, extinctione, vel reductione, aut ſi in ipſis appellatum ſit, nouiſſimè Valenzuel. *conſ.*127. *num.* 3.*tom.* 2. Greg.2.*deciſ.*36.*n.*3.*&* *deciſ.* 57. Rot.*deciſ.* 301.*num.*2.*part.*2.*diuerſ. & deciſ.* 163. *num.*1. *part.*1. *recentiſſim.*& apud Marcheſ. *de commiſſion.part.*1.§.1. *pag.*514.*num.*6.Theodoſ. de Rubeis *in ſingular. Rotæ p.*2.*verb.litteræ* §.2.*pag.*65.† Quæcunque enim ſubreptionis exceptio reiicienda eſt ad petitorium, cùm non poſſit impedire executionem litterarum Apoſtolicarum, & obligationis Cameralis, Gig.*de penſionibus quæſt.* 35.*num.*9.Cou *lib.*2.*var. c.*1.*num.* 9.*in fine*, Pute.*deciſ.*495.*num.*2.*lib.*2.Pacif. *de Saluiano interd.inſpect.*2.*num.* 52. Rota apud Ludou. Poſti.*poſt tract.mandati de manutenen.deciſ.*309.*n.*4.eadem Rot. *deciſ.*441.*num.*4. *part.*2. *recentiſſim.* tum ex eo, quòd penſionis cauſa eſt executiua.Rot.*deciſ.* 193. *num.*3. *part.*1.*recentiſſ.* & executiuè proceditur virtute litterarum contra Titularem, tam ob earum reuerentiam, quàm ob obligationem Cameralem, quæ fieri aſſolet, Gig.*de penſion.quæſt.*95.*n.* 5, Flores de Mena *var. quæſt.*12.*à num.*24 Salgad.*de Regia protect.part.*5.*cap.* 3.*n.*7. Sicut † & alimentorum cauſa, qua nullo modo eſt ſuſpendenda, cùm venter non patiatur dilationem, Caſſad.*deciſ.vnic.num.*1.*de minùs petit.* Surd. *de aliment.tit.*8.*priuil.*60 *num.* 5. 8.10. *&* 11. Lotter. *dict.lib.*1.*quæſt.* 38. *num.*3.† Nam penſio æquiparatur alimentis, Roman. *conſ.* 388. *num.* 3. Rot. *deciſ.* 548.*num.*1.*part.*2.*recentiſſ.*Lotter. *dict. lib.*1. *quæſt.*45. *num.*47.Valenz.*dict.conſ.*127.*num.*5.& accedit ad naturam alimentorum, Creſcent. *deciſ.*3.*de ſolut.*Rot. *deciſ.*407.*num.*1.*ead.part.*1 *recentiſſim. quia regulariter conceditur ex cauſa alimentorum, vt commodiùs penſionarius ſuſtentari valeat*, Valenzuela *dict. tom.* 2.*conſ.* 193.*num.*6.vbi citat Hieron. Gabr. *conſ.* 191.*num.*9. *lib.*2.Garc. *de benef.part.*1.*cap.*5.*n um.*32.Mar.Anton. *var.reſol.lib.*1.*reſol.vlt. caſu* 10. *in fine*, Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 3. *cap.* 548. *num.* 8. 23. *& ſeq.*

Nihilominus tamen quando ex ventre litterarum 13 reſultaret notoria nullitas, ſiue non exiſtentia gratiæ, tunc retardaretur penſionis ſolutio, etiam puræ, & iuſtificatæ, non tamen exactæ, Rot. *deciſ.*310. *ſub num.*2.*verſ.Addebant par.*1.*diuerſ.* Mareſcot. *var. reſol.lib.*1.*cap.*20.*num.*18.Lotter.*dict. lib.*1. *quæſt.* 38. *num.*95.Salgad.*dict.part.*3.*cap.*3. *num.*26. Dicitur autem, † quoad hunc effectum oriri nullitatem ex 14 ventre, vbicunque etiam ex inſpectione litterarum per aliquod accidens extrinſecum, quòd nequeat in dubium reuocari, reſultat nullitas, vel reductio gratiæ de eſſe ad non eſſe.Rot.*deciſ.* 649.*num.* 3. *lib.* 3.*part.*3.*diuerſ.& deciſ.*617.*num.*3.*p.*1. *recent.* Lotter. *d.q.*38.*n.*96.

Nunquam enim Signatura iuſtitiæ omittit di- 15 ctas clauſulas, vbi exceptiones ſunt turbidæ, aut elidibiles in progreſſu litis, nec Rota, cui per illam fuit reſcriptum cum clauſula *Arbitrio*, æquitatis prætextu retardat ſolutionem, vt plenè fuit deciſum *in Cremonen.penſionis, ſiue Prioratus* 25. *Februarij, & 2. Martij* 1622.*&* 23. *Iunij* 1623. cuius meminit Lotter.*d.q.*38.*n.*103. 16

Et licèt quando agitur contra conſentientem 17 penſioni purè reſeruatæ, non indigeat penſionarius aliqua iuſtificatione, vt reſoluunt Beltramin. *in annot.ad Gregor.*57.*num.* 11. *&* 12. Seraph. *deciſ.* 1017. *num.*3.Rot.*deciſ.*547.*num.*3. *&* 4. *par.* 1.*recentior. & deciſ.* 517.*num.* 2. *cum ſeqq. part.* 2. *etiam recentior. & deciſ.*441. *num.*2.*part.*2.*recentiſſim.* & apud Marcheſ. *dict.p.*1.*pag.*538.*num.*31.& in aliis citatis per Theodoſ.de Rubeis *in ſingularibus Rotæ part.*2.*verb. Penſio* §.11.*pag.*77. Et hinc dicat eadem Rot. *deciſ.*436.*n.* 1.*p.*1.*recentiſſimor.* quòd penſionis ſolutio retardari non poteſt ſub prætextu, quòd reſeruatio illius eſſet nulla, quando Titularis reſeruationi conſenſit.

18 Attamen si agatur contra illum, qui non consensit pensioni, tunc tenebitur pensionarius litteras reseruationis producere, & iustificare antequam agere valeat ad exactionem pensionis, tam in petitorio, quàm in possessorio, vt affirmant Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 2. quæst. 2. num. 65.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 1. cap. 5. §. 4. num. 442. cum seqq.* Lotter. *dict. lib. 1. quæst. 37. num. 37.* Salgado *de protect. Regia, part. 3. cap. 3. num. 33.* præterquam si gratia esset *Motu proprio*, vel litteræ essent per Titularem acceptatæ, siue expressè, siue tacitè per actum id explicantem, vt benè adnotauit post alios Lotter. *dict. lib. 1. quæst. 37. num. 38. & 39.* Litteræ enim Apostolicæ concessæ *Motu proprio*, non egent iustificatione, *cap. si motu proprio, de præben. in 6.* Seraph. *decis. 1484. num. 10. vers. ex quo gratia*, Rota *decis. 656. num. 1. & 2. part. 2. recent.* Duran. *decis. 448. num. 2.*

19 Hucusque dicta procedunt eo casu, quo pensionarius adhuc non exegerit quicquam pensionis adsuum fauorem, reseruatæ: nam si fuerit in possessione, vel quasi exigendi, & egerit iudicio summariissimo possessorio, non tenetur exhibere titulum, nec priuilegium. Nicol. Garc. *dict. part. 1. cap. 5. num. 446.* Maresc. *var. lib. 1. cap. 11. à num. 11.* Ludou. Posti. *dict. tract. obseru. 42. num. 34.* Reinoso *obseru. 62. num. 8.* Seraph. *decis. 582. num. 5.* Rot. *in Anconitana pensionis 5. Iunij 1585. coram Plato, & in Romana, seu Carthaginen. pensionis 24. Ianuarij 1628. coram R. P. D. Dunozetto*, & apud Cenc. *post tract. de censib. decis. 242. num. 16.* & apud Ludou. Post. *decis. 70. num. 1. & 16. & inter posthumos Farinacij decis. 513. num. 2. & decis. 193. num. 14. part. 1. recentissim.* In qua fuit dictum quoad effectum manutentionis sufficere solam quasi possessionem exigendi, & pensionario agenti ad pensiones non esse necesse producere pensionis reseruationem. Nec etiam tenetur iustificare narrata, Mohed. *decis. 9 de causa possess. & propr.* Beltramin. *in annotat. ad Gregor. decis. 57. num. 16.* Rot. *apud Marches. dict. part. 1. pag. 914. & in Meleten. pensionis 7. Iunij 1630. coram R. D. meo Coccino Rotæ Decano*, Salgado *dict. cap. 3. num. 34.* Immo licèt de facto titulum producat, non est cognoscendum de eius validitate, Coccin. *decis. 156. num. 3.* nec aliqua illius iustificatio habenda. Giouagn. *cons. 11. num. 15. lib. 1.* Beltramin. ad Greg. XV. *decis. 322. num. 4.* Rota apud Ludou. Postium *post suum tract. mandati de manutenendo decis. 264. num. 3.* quia in hoc iudicio non tenetur quis declarare, quo titulo possideat, sed sat est detentatio, Menoch. *remed. vlt. retin. num. 18.* Rota *Camarinen. prædij 11. Iunij 1624. coram Remboldo*, apud eundem Ludou. Postium *decis. 189. n. 3.*

20 Ratio est, quia in possessorio non requiritur titulus, eiusque probatio, *cap. in litteris, de restitut. spoliatorum.* Rota seruat quòd in manutentione non requiratur titulus. Mohed. *decis. 153. aliàs 22. de restit. spol.* Greg. XV. *decis. 275.* vbi Beltramin. *n. 17.* Theodos. de Rubeis *in singularib. Rotæ part. 2. verb. manutentio §. 1. pag. 68.* vbi *in §. 1.* attestatur Rotam passim concedere in beneficialibus manutentionem sine tituli productione. tunc enim sufficit nuda detentatio de facto, Neuisan. *cons 80. num. 3.* Cou. *pract. capit. 17. n. 5. vers. Sic sanè*, Boccat. *de interdicto vti possidetis cap. 2. num. 81. & 85.* Contard. *de moment. possess. limit. 21. num. 14* plures citati à Ludou. Postio *obseru. 42. num 74.* nouissimè Mendez à Castro *in prax. Lusitana part. 2. lib. 4. cap. 10. num. 24.* Rot. *decis. 641. num. 8 part. 1. diuers. & dict. decis. 523. num. 11.*

21 *part. 1. recentissim.* † Nec est disquirendum an possessio sit iusta, vel iniusta, quia semper iusta est respectu non possidentis, *l. 2. ff. vti possidetis*, me citato *in hoc loco*, nouissimè Mendez à Castro *dict. part. 2. lib. 4. c. 10. num. 24.* Tum, quia † quasi possessio huiusmodi releuat ab onere probandi, cùm non teneatur pensionarius in hoc casu exprimere causam suæ possessionis, vel quasi. glos. per text. ibi *in l. sicuti*, §. *sed si quæratur, ff. si seruitus vendicetur*, Abb. *in cap. querelam num. 2. de elect.* Tum denique, quia est adeò efficax in iudicio manutentionis possessio exigendi pensionem, vt nihil aliud requiratur de ipsius validitate, in tantum, quòd donec lis per tres conformes super possessorio fuerit decisa, non retardetur solutio, vt fuit tentum in Rot. quam citat Garc. *d. p. 1. c. 5. n. 456.* 22

Probatur quasi possessio huiusmodi exigendi pensionem regulariter per quietantias, seu instrumenta solutionum, Rot. *decis. 122. sub num. 7. vers. Hic autem part. 1. recentior. & decis. 387. num. 2. part. 2. etiam recentior.* Et ex fide Notarij dicentis coram se, & testibus solutum fuisse, etiam quòd non vtatur verbo, *numerauit*, vt per Bart. *in l. singularia. num. 23. ff. si certum pet.* vel si dicat pecunias fuisse datas, vt in his terminis censuit Rot. *in Calaguritana pensionis 17. Iunij 1624. coram bonæ memor. Patriarcha Manzanedo.* Necnon per confessionem Titularis; ex adductis per Pute. *decis. 325. lib. 2. in correct.* Rot. *decis. 460. n. 1. p. 1. recentissim.* 23

Per testes examinatos adhuc sine partis citatione probatur huiusmodi quasi possessio, quia ad manutentionem obtinendam, & in iudicio possessorio sufficiunt informes, & leuiores probationes, Alexand. *cons. 93. n. 3. lib. 7.* Menoch. *remed. vlt. retin. num. 34.* Seraph. *decis. 1113. num. 1.* Gregor. *decis. 258. num. 3.* Rot. *decis. 375. num. 2. lib. 3. part. 3. diuers. & decis. 193. num. 1. & decis. 460. num. 8. & decis. 564. num. 4. part. 1. recentissim.* Christoph. de Paz *de tenuta cap. 3. n. 31. & cap. 31. num. 28.* & nouissimè Ludou. Posti. *dict. tract. mandati de manutenendo obseru. 38. à num. 1. & præcipuè num. 10.* vbi *num. 11.* rationem præstat, quia agitur de nullo, vel modico præiudicio, & reparabili in alio iudicio. Maximè concurrentibus adminiculis, quibus stantibus scripturæ, quæ aliàs non probarent, probant, *l. instrumenta, C. de probat.* Cranet. *de antiquis tempor. p. 1. §. vidimus, n. 19.* Rot. *decis. 813. num. 13. cum sequentibus, part. 1. diuersorum, & dict. decis. 564. num. 3. part. 1. recentissim.* † Et præcipuè si in longinquis partibus fuit factum examen vbi non potuit haberi copia partis, nec vocari, iuxta doctrinam addit. ad Bartol. *in l. 2. C. de naufrag. lib. 11. in addit. lit. B.* ibi, *& aduerte, quòd in tali examinatione non est necesse citari partem, quæ fortè multum est à longinquo.* Quod euidentiùs probat Rota *in Bononien. affictus 4. Iulij 1629. coram bonæ memor. Card. Virili*, impressa per Ludou. Posti. *post suum nouiss. tract. mandati de manutenendo decis. 169. num. 4.* ibi, *Et licèt testes sint examinati sine citatione, tamen in hoc iudicio summariissimo manutentionis, in quo leuiores probationes sufficiunt, & etiam vnicus, videbantur admittendi, Alex.* cons. 147. in princ. lib. 6. *Decius* cons. 559. num. 8. *Neuiz* cons. 80. num. 7. *Cephal* cons. 19. in fine, lib. 1. *Roland.* cons. 8. num. 30. lib. 4. *cùm testes etiam sine citatione faciant adminiculum. Alex.* d. cons. 147. num. 2. lib. 6. *Aym.* cons. 103. num. 11. *Ruin.* cons. 46. num. 16. lib. 4. *Seraph.* decis. 185. num. 1. *& c.* 24

Vnde videtur sufficere qualis qualis probatio, etiam minor, & leuior semiplena, Menoch. *remed. vlt. retin. num. 34. & 39.* Boccac. *de interdicto vti possidetis, cap. 14. num. 22.* Seraph. *decis. 1154. num. 4.* Rota apud Ludou. Postium *decis. 42. num. 2. & decis. 132. num. 3.* Et admittuntur etiam præsumptiones Giouagn. *cons. 14. num. 72. lib. 2.* Boccac. *d. cap. 14. num. 24.* 26

Rota

Rota *decis.175.num.1.par.3.lib.3.diuers.* Etteſtes deponẽtes de poſſeſſione de publica voce & fama, Menoch. *d.remed. vlt.num.* 34. Plot. *de in litem iurando* §.3.*num.*43. Steph. Gratian. *decis.*192.*num.*3. Card. Caualer.*decis.*655.*num.*4. *&* *decis.*559. *num.*2. Rota *decis.*212.*num.*1.*part.*1. *recentior.* quos refert Ludou. Poſt.*d. obſeru.*38. *num.* 33. Necnon deponentes de actibus ſingularibus. Rota *decis.* 27.*num.*1. *part.*1. *diuers.* Farin.*in praxi crim. quæſt.* 64.*n.* 164. Stephan. Gratian.*diſcept.forenſ.cap.*425.*num.* 54. Card. Caualet.*dict.decis.*379.*num.*3. Immo ſatis eſt vnicus teſtis. Farin. *in d. praxi quæſt.*63. *num.* 31. *cum ſeqq.* Surd. *conſ.*75.*num.*38. Steph. Gratian.*decis.*192.*num.* 34. *& diſcept.forenſ.c.*425.*num.*56. *& cap.* 503. *num.*16. *&* 17.*& cap.*910.*num.*23. Giouag.*d. conſ.* 14. *num.* 72. *lib.*1. Seraph.*decis.* 624.*in fine*, *&* *decis.* 1326. *num.*1. Gregor. XV.*decis.*438.*num.*2. Caualer. *decis.*44.*num.* 3.*& decis.*223.*num.*1.*& decis.*306.*num.*3.*& decis.*379. *num.*3. quamuis ſit minus idoneus. Rota apud Farin. *poſt* 2.*vol.conſil.decis.*303.*num.*2. Ludou. Poſt.*dict.obſeru.*38.*num.*19.

26 Ad conſtituendum penſionarium in hac quaſi poſſeſſione exigend requiritur, vt ſolutio fiat per ſolum Titularem, cùm totum id pendeat ex eius animo, *l.quemadmodum, ff.de acquir.poſſeſſ.* cum ſimi-
27 libus; † ille enim, qui non habet titulum, non dicitur dominus, ſeu quaſi, vt poſſit Eccleſiæ, vel vero Titulari præiudicare, Seraph. *decis.* 436. *ex num.*3. Stephan. Gratian.*diſcept.forenſ.cap.*113.*num.*52. Nicol. Garc.*d. cap.*5. *num.* 453. Melch. Lotter. *de re benefic.lib.*1.*quæſt.*38. *à n.*130. Rot.*decis.*681.*num.* 3.*p.* 4.*diuers.* & apud Pacific.*de Saluiano interdicto decis.*
28 44.*num.*2. Vt † dicitur de Adminiſtratoribus, & deputatis pro exigendis fructibus Eccleſiæ vacãtis, ſicut reſpondit Rot. *decis.*184.*num.*1. *& per totum part.* 1.*diuers.& decis.*508.*num.*4.*part.*2.*recentior.* Caputaq. *decis.*165.*par.*3. Greg. XV.*decis.*275. *num.* 8. vbi Beltramin.*in annot.num.*22. Melch. Lotter. *dict. quæſt.*38. *num.*134.*cum ſeqq.* Ludou. Poſti. *in d. tract. mandati de manutenendo obſeru.*35. *num.* 76. Et de ſequeſtrario, Seraph *d. decis.* 436. *ex num.* 3. & de Camera Regia, Gratian.*diſcept.forenſ. cap.* 113.*num.* 52. & de Subcollectoribus ſpoliorum quamuis dubitatiuè, Greg.*decis.*275 *num.*8. & ad minus pro adminiculo admittit Rot.*decis.*193.*num.*5.*part.*1. *recentiſ.* Quidquid ſit de ſolutionibus factis per reſeruatarium fructuum, qui habet facultatem eos percipiendi propria auctoritate, vt latè firmauit Rot. *decis.* 508. *num.*3.*part.*2. *recentior.* & apud Zachiam poſt tract. *de ſocietate officior.decis.*27.*num.*5.7.*&* 9. Beltramin. *ad decis.*275.*Gregorij XV. num.* 23. Lotter.*d. quæſt.* 38.*num.*138. Ludou. Poſti.*d. obſeru.* 35. *num.*81. qui reſoluunt non conſtituere in quaſi poſſeſſione exigendi contra Titularem ſolutiones factas à reſeruatario fructuum, niſi habeat facultatem percipiendi propria auctoritate, quia iſte ſoluendo penſionem conſtituit in quaſi poſſeſſione exigendi contra verum Titularem.

29 Nec ad huiuſmodi quaſi poſſeſſionem exigendi acquirendam deſideratur, vt ſolutio fiat per ipſummet Titularem; ſufficit enim, vt de eius mandato per alium fiat, quod dupliciter poteſt interuenire, verum ſcilicet, vel præſumptum. Si verſemur in vero, quòd prætendatur inſufficiens, diligenter eius fines ſunt expendendi, iuxta reg.*l.diligenter, ff.mandati.* Nam vbi mandatum eſt ſolui, nihil eſt quin ea ſolutio facta per mandatarium, vim hanc obtineat, Gregor.*d. decis.* 275.*ſub num.* 9. *verſ. Vlteriùs adeſt*
30 *mandatum.* Veluti † quando ex pacto in actu renunciationis inito, & in Bullis penſionis inſerto (prout in caſu noſtro) data fuerit cedula bancharia, & campſor, qui eam conſcripſit, penſionem ſoluerit, vt in his terminis cenſuit Rot. *in Cremon. penſionis* 25. *Februarij* 1622. *coram bonæ memor. Vbaldo*, quia † 31 actus attribuitur ordinanti, & non exequenti, *l.item eorum*, § *ſi decuriones*, *ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom. l.pater ex prouincia ff.de manum. vind.* ibi, *ſolam enim electionem filio conceſſit, cæterùm ipſe manumittit, l.reſtituta* §.*ſed & ſi voluntate.ff.ad Trebell.cap.cum aliquibus, de reſcript. in* 6. cum ſimilibus adductis per Aym. Crauet.*conſ.*961.*num.*4. *verſ. & cùm mandatum ſuperioris executus ſit, ſuperiori & mandanti, non exequenti actus eſt tribuendus*, *vol.*5. Salgad.*de Regia protect. lib.*4.*cap.*1.*à num.*16.*& cap.*3.*num.*26.*cum ſeqq.* Surd. *decis.*297.*num.*1.*& decis.*299.*num.* 9. & non ſuffragatur Titulari ad effectum impediendi ne penſionarius conſtituatur in quaſi poſſeſſione exigendi, controuerſia poſt mandatum, & ordinem huiuſmodi ſuper nullitate penſionis contra ipſum penſionarium exorta, niſi talem ordinem, ſeu mandatum reuocauerit monendo in tempore campſorem ne ſolueret, vt per text.*in l.ſi fideiuſſor, in princip.ff.mandati*, ibi, *potuit enim atque debuit*, & inferiùs, *debuit enim notam facere*, firmauit Rota *in dict. Cremonen. penſionis.*

Quoad præſumptum verò mandatum de ſoluendo eſt aduertendum, illud ſufficiens videri, vbi ſolutio per alium facta fuerit, & de vero non conſtiterit, concurrentibus tamen aliis adminiculis, vel quouis argumento, per quod excluderetur ſiniſtra præſumptio doli, & machinationis; poteſt enim eſſe, quòd ſoluens, vel id effinxerit in præiudicium alterius, vel etiam ſimplicitate inductus; proindeque valde iniquum foret ſi titularis ex facto alterius, tam enormiter prægrauaretur. Nicol. Garc.*dict.cap.*5.*num.*453. Melch Lotter.*d.quæſt.* 38.*num.* 142. Rota *decis.*681. *num.*3.*part.*4.*diuers.* & apud Pacif.*de Saluiano interd. decis.*43.*num.*3.*cum ſeqq.& decis.* 44.*num.* 12. & apud Zachiam *poſt tract.de ſocietate officior.decis.* 27.*num.*1. & poſt Ludou. Poſt. poſt *tract.mandati de manutenendo, decis.*318.*n.*6.*cum ſeqq.* 32

Primum ergo, & præcipuum adminiculum, quod facit præſumi mandatum de ſoluendo, eſt ſcientia Titularis, ſi quo modo poſſit probari, Veral.*decis.* 165.*num.* 2.*part.* 3. & hanc ſolam ſufficere, rectè reſoluit Beltramin. *in annot. ad Gregor. decis.* 275. *num.*20. 33

Secundum, ſi ſolutiones proponerentur factæ per plures annos, neque enim eſt veriſimile ſoluentem nomine alieno pecunias ſuas iactare voluiſſe. Rot.*decis.* 2.*de cauſa poſſeſſ. & propr. inantiq.* Cæſ. de Graſſis *decis.*6.*num.*6.*de probat.* Gig. *de penſion.quæſt.* 48. Lotter.*dict.quæſt.*38.*num.*146.*cum ſeqq.* Rota apud Zachiam *poſt tract. de ſocietate offic.decis.*27. *num.*1.& apud Ludou. Poſti. poſt *tract.mandati de manutenendo decis.*47.*num.*2.*&* 3.*& decis.*318.*num.*7. Greg. XV.*decis.*275.*num.*4.& apud Valenzuela *tom.* 2. *conſ.*185.*n.* 40. Vel † ſi ſolutio eſſet quidem de vno termino tantùm, ſed quantitatis non minimæ, vt non cadat ſub ſenſum cuiuſdam ſani capitis, quòd vel ſoluens voluerit tantam iacturam facere ſi de ſuo ſoluit, vel penſionarius interdictum retinendæ tanti emere, hoc enim caſu de plano mandatum eſt præſumendum, quia ſoluitur tale quid, quod non ſolet dari, ſeu gratiosè concedi, Cardin. Mantic. *de tacitis*, *& ambig.conuent.lib.*7.*tit.*6.*num.*3. Stephan. Gratian.*diſcept. forenſ.cap.* 296. *ſub num.* 20. Gregor. XV.*decis.* 275.*num.*4 Lotter.*dict.lib.*1.*quæſt.*48. *num.* 148. Rot. *decis.*196.*num.*4.*part.*1.*diuerſor. & decis.* 193. *num.*11. *part.*1.*recentiſsim.& decis.*538.*à princip.part.*2.*etiam* 34 35

recentiſsim

recentiſſim. & apud Posti. *deciſ.* 47. *num.* 1. eleganter Gambar. *de potestate Legati à latere, lib.* 6. *de pensionib. num.* 677. qui non distinguit inter solutionem magnæ, vel minimæ quantitatis, concludens,
36 *quia licet alias mandatum non præsumatur, tamen hoc casu præsumitur, cùm non sit verosimile, quòd*
37 *aliquis de suo soluat*, &c. Eandem rationem, quòd scilicet in soluente præsumatur mandatum, cùm solutio sit actus, qui verisimiliter absque eo expediri non solet, ponderauit Rot. *d. deciſ.* 196. *num.* 4. *& d. deciſ.* 538. *num.* 1. ex notatis per Cassad. *deciſ.* 3. *num.* 4. *de procuratorib.* Felin. *in cap. sicut, sub num.* 31. *in fine, de re iudic.* Aym. *de antiq. tempor. part.* 2. *num.* 65. Optimè Iacob. Cancer. *var. resol. tom.* 2. *cap.* 6. *de solution. sub num.* 44. vbi eleganter quæstionem soluit his verbis. *Quæro octauò de difficili quæstione, & practicis obuia. Prætendebam Petrum mihi teneri singulis annis ad certam pensionem ex certa causa: cùm vellem exigere dictam pensionem à Petro, & ab eo illam petiissem, quidam tertius mihi dictam pensionem soluit, & per aliquos annos similiter fecit; cùm tamen ego inscius essem an ille solueret de mandato Petri, vel non; demum petij dictam pensionem à Petro; ille eam soluere recusauit, petij me conseruari in mea possessione, seu quasi, recipiendo ab eo dictam pensionem: ille replicabat, me non esse in dicta possessione, seu quasi, quia ille nunquam dictam pensionem soluerat: probaui quòd post petitam dictam pensionem à Petro quidam tertius mihi pro eo, seu saltem eius nomine dictam pensionẽ per multos annos soluisset. Prætendit Petrus dicti tertij factum sibi nocere non potuisse, maximè cùm ipse nihil (prout dicebat) de dicta solutione sciret. Quæsitum fuit quid iuris? Ex facto consultus respondi, quòd licèt verum sit solutionem non factam per personam legitimam, aut mandatum habentem in futurum non obligare, vt pulchrè notat Laurent. de Pinu* consi. 143. Reuerende, num. 9. *Verumtamen quoad hoc vt dicat esse in dicta possessione, seu quasi recipiendi aliquid, sufficit illa solutio facta à tertio, quia præsumitur à iure facta de voluntate illius, qui prætendebatur debitor, cùm non sit verisimile illum, qui soluit, voluisse iactare suas pecunias*, l. cùm de indebito, ff. de probat. *& ita notat Laurẽt. de Pinu* d. consi. 145. num. 9. & 10. *Andr. Gambar.* de officio, & potest. Legati de latere, lib. 6. num. 510. *Socin.* consi. 21. Visis, p. 1. *Felin.* in cap. sicut, num. 31. in fine, de sent. & re iudic. *Ofasch.* consi. 1. num. 62. *Caualcan.* decis. 45. num. 12. circa finem p. 1. Hactenus Cancer. qui eandem sententiam sustinet, *cap.* 14. *de procurator.*

38 Tertium, si solutio facta fuerit à campsore ex præexistenti pacto de dando cedulam banchariam, (campsor enim per eam se obligat statis temporibus per tot annos se soluturum pensionem sub iuramento, & obligatione Camerali, absque vllâ prorsus exceptione, excepto casu mortis Titularis, & pensionarij.) Duran. *deciſ.* 324. *num.* 14. & fuit firmatum *in dicta Cremonen. pensionis*, quæ hunc campsorem verè esse fideiussorem tenet, ac proinde censeri habere mandatum de soluendo à principali debitore, pro quo fideiussit, per text. *in l. indebitum* 47. *ff. de condict. indebit.* ibi, *quoniam potest videri id ipsum se mandasse, vt suo nomine solueretur*, per quem text. ita censuit *gloss. vlt. in l. si quis mandato* 29. *ff. de negot. gestis*, Honded. *consi.* 17. *num.* 34. *lib.* 2. Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. lib.* 6. *tit.* 22. *num.* 4. Quam quidem decisionem *in dicta Cremonen. pensionis*, impressam reperi apud Ludou. Posti. post *d. tract. mandati de manutenendo deciſ.* 163. vbi *num.* 8. bene quoad propositum sic censuit. *Quòd autem pensionarius sit in quasi possessione exigendi pensionem patet, quia cùm Abbas promisisset dare cedulam banchariam, & illam dedisset, cuius vigore campsor soluit pensionem, vt suprà dictum est, dicitur constituisse pensionarium in quasi possessione exigendi tanquã soluens de mandato Titularis, vt fuit dictum* in causa Pistorien. pensionis 3. Iulij 1606. coram Sanctissimo, &c. actus enim tribuendus est ordinanti, & non exequenti. Surd. *deciſ.* 292. *num.* 9. *& deciſ.* 297. *num.* 1. Rot. *deciſ.* 167. *num.* 2. *p.* 2. *diuers.* & sibi imputare debet Abbas si non monuit in tempore campsorem ne solueret, ad text. *in l. si fideiussor, in princ.* ibi, *potuit enim atque debuit, ff. mandati*, &c. Mandato enim Titularis data & facta præsumitur cedula banchariа pro soluenda pensione, Duran. *deciſ.* 324. *num.* 14. *part.* 2. Cùm ergo B. in suo mandato procuræ dederit facultatem eius fratri dandi cedulam banchariam, & in litteris Apostolicis reseruationis promissa inueniatur, ipsaque ad eius instantiam data fuerit, ac per campsorem, qui illam confecit, tres termini pensionis huiusmodi, ad summam trecentorum ducatorum auri de Camera ascendentes, soluti probentur, non potest dubitari quin ex hac solutione constitutus sim in quasi possessione exigendi, iuxta suprà resoluta. Vnde solutiones factæ ex præcedenti obligatione de soluendo, & mandatum procuræ in eiusdem fratris personam ad consentiendum pensionis reseruationi, & ad obligandum Titularem, eiusque bona pro solutione pensionis, vt in puncto est casus noster) absque dubio me constituunt in quasi possessione exigendi contra dictum Titularem, vt censuit Rota apud Pacific. *de Saluiano interdicto, deciſ.* 43. *num.* 4. *cum seqq.* & in terminis resoluit Ludou. Posti. *obseru.* 35. *num.* 73.

Procedit autem vis hæc quasi possessionis, etiãsi 39
fuisset acquisita per vnicum actum exactionis, vt in terminis bene resoluunt Nicol. Garc. *a. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 450. Seraphin. *deciſ.* 436. *num.* 1. *& deciſ.* 1411. *num.* 2. Lotter. *d. lib.* 1. *q.* 48. *num.* 106. Marescot. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 32. *&* 33. D. Marius Cutelli, vir apprimè doctus, & mei amicissimus, *in patrocinio pro Regia iurisdictione Inquisitoribus Siculis concessa, cap.* 3. *in fin. num.* 127. *fol.* 47. nouissimè Ludou. Posti. *d. tract. mandati de manutenendo obseru.* 18. *num.* 36. Rota apud eundem *deciſ.* 318. *num.* 1. *cum seqq.* Reynoso *obseruat.* 62. *num.* 10. *cum seqq.* Cancer. *var. resolut. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 45. me citato *in hoc loco* Mendez à Castro *in praxi Lusitana part.* 2. *lib.* 3. *c.* 21. *num.* 158. & est in Rota indubitatum, vt ipsa sæpe sæpiùs firmauit, & signanter *dec.* 196. *num.* 2. *part.* 1. *diuers. & deciſ.* 193. *num.* 2. *& deciſ.* 460. *num.* 6 *part.* 1. *recentiss. & deciſ.* 310. *à num.* 1. *& deciſ.* 382. *num.* 1. *& deciſ.* 538. *per tot. part.* 2. *recent. & in Spoletana pensionis* 21. *Iunij* 1619 *&* 1. *Iulij* 1620. *coram bonæ mem. Ubaldo*, quod in cæteris iuribus incorporalibus locum obtinet, iuxta ea, quæ notauimus *in collect. ad cap. cùm Ecclesia Sutrina, de causa possess. & propr.* Et 40
sæpissimè ex vnica solutione facta per antecessorem Rota pronunciauit pro manutentione pensionarij contra successorem in beneficio, vt per Greg. *deciſ.* 275. *ex num* 1. vbi Beltram. *in annotat.* plures decisiones cumulat, aliasque refert, Lotter. *d. lib.* 1. *q.* 48. *num.* 113. nouissimè Theodos. de Rubeis *in singularibus Rotæ p.* 2. *verb. possessio*, §. 14. *pag.* 80.

Vnde non videtur sufficiens quoad hunc effec- 41
tum solutio partis vnici actus, hoc est, termini, nisi soluat Titularis partem illam quantumcumque minimam, cum promissione soluendi residuum, & hoc animo etiam exigit pensionarius; id enim satis erit pro acquisitione huiusmodi quasi possessionis exigendi in totum. *consi.* 130. *num.* 2. *lib.* 2. Quia quando agitur ad effectum simplicis manutentionis, non

ita

ita attenditur factum solutionis, quin magis attendatur animus, & soluentis,& exigentis;in quo tota vis acquisitionis consistit : & his fundamentis ita censuit Rot.*in Calaguritana pensionis 17. Iunij 1614. coram bonæ memor. Patriarcha Manzanedo.* Ex qua constat secus dicendum esse eo casu,quo soluens ita solueret,vt nollet deinceps,vel vltra id, quod soluit aliud soluere, hac enim ratione non daretur ipsius animus,& patientia,nisi limitatè,vt benè ponderant Lotter.*dict.lib.1.quæst.* 38.*num.*127.*& seq.* & Ludou. Posti. *d.obseru.*18.*num.*34.his verbis. *Nam ex solutione partis acquiritur quasi possessio totius; intelligendo tamen in dubio,quando scilicet non apparet quòd soluens habuerit in animo agnoscendi debitum pro parte tantùm; secus verò si appareat habuisse animum agnoscendi debitum solùm pro parte, cùm præcipuè soluentis animus attendatur in hac materia*, Gratian. *discept.forensc.cap.* 426.*num.*3.11.*&* 16. Rota *in recentiorib.*decis. 547.n. 8.p.1.*Nec solutio in vna parte præiudicat in alia non soluta,quam quis non videtur tanquam debitam agnouisse*, *Gratian.*discep.forensium c.485.in fine;*Vnde non datur manutentio quoad totum*, *Gratian.*d.c. 426.n.11.*&c. & sic intelligenda est* Rota *corã Duran.decis.* 324.*à num.*1.

42 Amplia,& intellige,supradictam resolutionem de probanda huiusmodi quasi possessione exigendi per antecedentem etiam vnicam eius solutionem, procedere etiamsi non spõte,sed facta fuerit metu censurarum quando non apparet de protestatione in actu solutionis,Rot.*decis.*196.*n.*3.*part.*1.*diuers. & in Oscen.pensionis* 25.*Iunij.*1618.*coram R. P. D.Pirouano*,Gregor.*decis.*365.*n.*2.vbi adden.Lotter.*dict.lib.*1. *q.*38.*num.*208. Seraph.*decis.*1047.*n.*11.nouissimè Ludou.Post.*d.obseru.*35.*n.*43.vbi *num.seq.*addit necessariam esse protestationem facta in ipso actu solutionis,ad hoc vt ipso solutio constituat pensionarium in quasi possessione exigendi non solùm si excommunicatus & solummodo in litteris comminata, sed etiamsi fuerit deuentum ad ipsam excommunicationem,nisi præcessisset rescriptum cum clauſ.*sine retardatione solutionis pensionis*,&c.quia tunc necessitas remouet voluntatem liberam ab actu solutionis. Theodos.de Rubeis *in singular.ib.Rotæ p.2.verb.possessio* §.15. Nam si appareat de tali protestatione, vtique ita protestando Titularis remouebit animum ab actu, locoque patientiæ introduceretur dissensus,& sic impediretur acquisitio possessionis in pensionario,Puteus *decis.*273.*n.*2.*lib.*2.Achil.*decis.* 11.*de pensionib.*quos refert Lotter.*d.q.*38.*n.*205. Marescot. *var.resol.lib.*1.*c.*22.*n.*22.Seraph.*dec.*1017.*n.*6.Steph. Gratian.*discept.forens.c.*112.*n.* 10.*cum seqq. & c.*310. *n.*30.Rota apud Ludou.Postium *decis.*202.*n.*4.*&* 6. Idem erit si soluens in actu solutionis & numerationis protestetur se soluere metu mandati, seu exequutionis,vel carcerationis, & de protestatione appareat;Maresc.*d.c.*22.*n.*22.Cenci.*de censib.p.* 2.*c.*2.*q.* 5.*art.*4.*n.*19.Gratian.*d.c.*310.*n.*38. Rota apud Pacif. *de Saluiano interdicto decis.*44.*n.*8.*&* 14.& alij citati à Ludou.Postio *obseru.*35.*num.*37.

43 Intellige deinde procedere quamuis huiusmodi quasi possessio exigendi pensionem amissa proponatur, eo quòd pensionarius per decennium acquieuerit,negligendo petere;nam licèt videatur abiicere animum possidendi, & sic ciuilem ipsam possessionem amittere per lapsum tanti temporis, quasi eius oblitus,ex doctrina Bart.*in l.siue possidetis n.*8. *ad fin.C. de probat.* Rip. *in d.c.cùm Ecclesia Sutrina n.* 23.*de causa possess.*Gig.*de pensionib. q.* 85.*n.*3. Mart.*de clauſ.p.*1.*clauſ.*149.*alias* 165.*in vlt.impress.n.*25.Flores de Mena *variar.resol.lib.*2.*q.*12.*n.* 41. Marches. *de cum. missionib.p.*1.*pag.*148. Salgad. *de Regia potest. part.*3. *cap.*3.*num.*68. *&* 69.Nihilominus tamen in materia pensionis, vbi adest simplex denegatio ipsius Titularis, hoc applicari non potest, eo quòd vt sit locus amissionis ciuilis possessionis per lapsum istius decennij,id exigatur,quòd naturalis fuerit per alium occupata, cùm non detur terminus habilis, quod tertius pensionem iterum exigat, ita auctoritate Baldi *cons.*12 *num.*11.*lib.*1. & aliorum in terminis pensionis resoluunt Rot.*decis.*404. *num.*7.*p.*2.*recentissim.*Stephan.Gratian.*discep.forens.cap.*310.*num.* 52.*&* 53.Seraph.*decis.*299.*num.* 8. Lotter. *d.lib.* 1.*q.* 38.*num.*216.*&seq.*qui duo vltimo loco citati aduertunt alios Doctores superiùs citatos loqui in casibus,in quibus vnus possidet naturaliter tantùm, quod non potest applicari controuersiæ super possessione,seu quasi pensionis. nam licet pensionarius tantum possideat ciuiliter,tamen Titularis non potest possidere naturaliter, cùm pensio sit quædam seruitus,& res sua nemini seruiat, *l.in re communi.ff. de seruit. vrban.prad.*

Rota *dec.*287.*n.*5.apud Farin.*p.*2.*recentior.*ibi.*Nec facit quòd ciuilis possessio spatio decem annorum amittatur,& quòd prædicta præsumptio continuationis non duret vltra decennium, Bart.*in l.siue possidetis n.8.probat, *& quòd in nostro casu ab vltima solutione de anno* 1592.*effluxerit decennium atque ad litem motam de anno* 1602.*Quia respõdetur prædicta procedere quãdo alius possessionem naturalem occupauit, qua tunc dicta præsumptio continuationis possessionis ciuilis non militat vltra decennium, secus(prout in casu nostro) quando non fuit naturalis possessio occupata; unc enim etiam post decennium præsumitur illius continuatio,& animi retentio*, &c. Eadem Rota apud Ludou.Posti.*decis.*156.*n.* 7. *&* *decis.* 143.sub *n* 2.ibi, *Non obstat quòd per decem annos numquam facta fuit exactio in ducatis* 55.*de Camera, sed in minori summa,ac propterea videatur amissa quasi possessio antea quasita: quia vltra quòd ex supradictis apparet obiectum hoc in facto non sustineri,tollitur etiam difficultas ex eo,quòd præsumptio dictæ admissionis non procedit quando (vt in nostro casu) non constat alium exquisiuisse possessionem naturalem, quia tunc etiam post decennium præsumitur illius continuatio,& retentio*, &c.Idem Ludou.Post.*obseruat.*10.*n.*100.

Quidquid sit de resolutione supradicta, illa minimè adaptari potest ad nostrum casum, in quo non cadit consideratio longi temporis, decem scilicet annorum, cùm tantùm lapsi sint octo, in illis semper litem moui, pensionem petij, & propter eius obstinatum animum non soluendi, quolibet anno litteras declaratorias contra illum relaxari obtinui; vnde colligitur, quòd nunquam neglexi petere, & sic non data negligentia ex mea parte minimè potui amittere animum possidendi, & exigendi, vt in terminis tenet Marta *dict. part.* 1. *clausul.* 149. *aliàs* 165. *num.* 25. *in vlt. impress.* quem refero *in tractat de clausulis vsufreq. clausul.* 162. *num.* 19. Quare nunquam possessio censetur amissa lapsu decennij, vbi quis fecit diligentias in signatura, & in Rota, vt ipsamet censuit apud Ludou. Post. *decis.* 42. *num.* 4. solutionis enim denegatio, & subsequuta taciturnitas per decennium, requiritur ad perdendam quasi possessionem exactionis pensionis, vel fructuum, v censuit eadem Rota apud Ludou. Posti. *decis.* 86. *num.* 8. his verbis, *Presertim in casu exactionis pensionis, aut fructuum in quo ad perdendam quasi possessionem requirebatur denegatio solutionis, & quòd postea per decennium tacuerit, Innocen. in capit. querelam numer.* 3.

de elect. *Afflict.* decis. 67. num. 1. *& ita loquitur Pute.* decis. 276. num. 1. lib. 1. *dum considerat negligentiam recuperandi naturalem, &c.* Optimè in materia Rota *in Meliten. pensionis* 7. *Iunij* 1630. *coram R.D. meo Coccino Decano,* quæ censuit Modernum Titularem, qui non consensit reseruationi pensionis, nec illam soluit per triginta annos, obligandum esse ad illius solutionem si pensionarius narrata reseruatione pensionis iustificauerit. Accedit, quia si hoc allegat dictus B. in vim præscriptionis, illa ei suffragari non debet, habito respectu ad malam fidem, quam semper habuit, ad tradita per Crescēt. *decis. 1. de præscript. aliàs* 235. *num.* 4. Alexand. *cons.* 185. *vol.* 2. immo indignum videtur, vt tam turpiter allegans audiatur, quem elegantibus verbis increpat Petr. Greg. *syntagm. iuris part. 3. lib. 40. cap. 8. num. 5.* ibi, *Potissimum si agatur de ipso debitore, qui per se contraxit, & qui nunquam factum proprium ignorare impunè potest: & ita nunquam præscribere poterit actionibus creditoris, iuxta sententiam quoque Host. Ioan. Andr. & Cardinalis. Quid enim meruit creditor, vt actione priuetur, qui gratiam fecit debiti per patientiam longam debitori: ingratissima enim est retributio ei, qui nec vsuras accepit, sic enim intelligo, & beneficium contulit suo priuato.*

44 Ex quibus omnibus primò infertur pensionarium existentem in quasi possessione exigendi, manutenendum contra quemcumque successorem in beneficio, etiam qui nunquam soluit; cùm ad effectum manutentionis sufficiant solutiones per prædecessorem factæ: ex mutatione enim, & variatione personarum, contra quas possidetur, non variatur possessio, nec ius actoris, *l. 2. §. ex his, ff. de verb. obligat.* Guid. Papæ *decis. 629.* Gig. *de pension. q. 47. num. 10.* Menoch. *remed. 1. recuper. num. 89.* Felician. *de censib. lib. 3. cap. 1. à num. 8.* Mendez à Castro *in praxi Lusit. part. 2. lib. 3. cap. 21. num. 159. cum seqq.* Pute. *decis. 151. lib. 3.* Seraph. *decis. 1147. num. 1.* Gregor. *decis. 275. in princip.* Lotter. *d. lib. 1. q. 38. num. 109. & 111. & q. 39. num. 76.* Rot. *decis. 562. num. 1. p. 2. recentior. & decis. 508. num. 1. p. 2. etiam recentior. & decis. 193. num. 2. & 3. part. 1. recentiss. & decis. 310. num. 2. & decis. 530. num. 6. part. 2. recentiss.* Rota *coram Duran. decis. 67. num. 19. &* 20. & apud Ludou. Post. *decis. 202. num. 2.* Valenzuel. *cons. 124. num. 32. tom. 2.* nam prædecessor, & successor in beneficio reputatur vna, eadémque persona. glos. *verb. substitutum in cap. quoniam Abbas* 14. *de offic. deleg.* & quasi possessio defuncti antecessorum absque noua apprehensione, seu exercitio transit in successorum, Garc. *de benefic. p. 5. cap. 5. n. 33.* quem refert Mendez à Castro *d. lib. 3.*

45 *cap. 21. num. 160.* Pensioni enim, qui consensit, non solùm pro se, sed etiam pro successoribus consentit, Lotter. *d. lib. 1. q. 39. n. 101.*

46 Vnde successor in beneficio spoliat si pensionem integrè ab antecessore solutam soluere recusat, datúrque pensionario remedium reintegrandæ, Guid. Pap. *decis. 629.* Lotter. *d. lib. 1. q. 38.*

47 *num. 112.* Quia † acceptando beneficium pensione grauatum videtur obligare se ad onera posita super tali beneficio, *l. ex maleficiis, §. 1. vers. Sed vtilitatis causa, ff. de action. & oblig.* & sic ad pensionis solutionem non solùm actione reali tanquam percipiens fructus, super quibus fuit impositum onus reale pensionis, *cap. querelam,* & *ibi* Abb. *not. 3. de elect.* Felin. *in cap. ad audientiam el 2. num. 6. de rescript.* Castr. *cons. 338. num. 4. vers. aut quæritur lib. 1.* Decian. *cons. 185. num. 8. tom. 2.* Greg. *de pensionib. q. 39. num. 1. & q. 40. num. 1. & q. 47. num. 2.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 34. n. 45. & seq.* Card. Mantic. *decis. 273. n. 1.* Greg. XV. *decis. 507. num. 2.* Duran. *decis. 369. n. 1.* sed etiã actione personali, quia titularis acceptans beneficium pensione grauatum videtur quasi contrahere cum eo §. *omnium, Instit. de actionib.* Et censetur quasi contraxisse cum eo, cui pensio fuit reseruata, & se obligasse ad pensionis solutionem, Gig. *de pension. 51. num. 5.* Caputaq. *decis. 13. p. 1. & decis. 302. p. 2.* Verall. *decis. 13. p. 1. & decis. 302. p. 2.* Rot. *decis. 110. n. 1. p. 1. recentiss.* Gonzal. *gloss. 5. § 5. n. 46.* Valenzuel. *tom. 2. cons. 127. n. 13.* Lotter. *lib. 1. q. 36. n. 87. &* 88. Greg. *decis. 215. num. 7.* Rota *decis. 176. n. 3. p. 2. recentior.* nec est locus excusationi sub prætextu ignorantiæ, Verall. *decis. 107. n. 4. p. 3.* Lotter. *d. q. 39. n. 43.* Quod bene procedit etiam quòd successor fuerit auctoritate ordinaria prouisus, vt per Garc. *p. 1. c. 5. n. 187.* Lotter. *d. q. 39. n. 101.* Et licèt de illo in reseruatione nulla facta fuisset mentio, Gloss. *verb. Prioratus, in cap. nisi essent, de præbend.* Bursat. *cons. 361. n. 16.* Gig. *de pensionib. q. 44. n. 2.* Valenzuel. *cons. 104. n. 5. tom. 2.* Rota *in Toletana pensionis, Iulij* 1630. *coram R.P.D. Merlino.* Et in tantum sunt veræ præcitatæ conclusiones, vt etiam intrusus in beneficio teneatur ad solutionem pensionis si percepit illius fructus, Bursat. *d. cons. 361. num. 19. & 25. lib. 4.* Gig. *resp. 29. per tot.* Bellenc. in *de charit. subsid. q. 34. num. 1.* Garc. *p. 1. c. 5. num. 182. cum seq.* Seraph. *decis. 66. num. 3.* Durand. *decis. 369. num. 2.* aliàs esset iniquum, vt qui nullos fructus percepit, soluere pensionem teneretur, Valenzuel. *cons. 137. num. 37. tom. 2.* Card. Mantic. *decis. 339. n. 3.* Buratt. *decis. 669. n. 4. & decis. 636. n. 9. & decis. 915. n. 3.*

Quod ego intelligendum puto, dummodo fru- 48
ctus sufficientes sint ad pensionem soluendam, quia cùm iste successor non fuerit, qui illius reseruationi consensit, & curauit illam soluere, non debet compelli, nisi quatenus adsint fructus, super quibus reseruata reperitur. Mantic. *decis. 224. num. 1.* † Vnde successorem in beneficio pensione 49
grauato, non teneri soluere pensionem maturatam, quando fructus non percepit, tenent Crescent. *decis. 3. de solution.* & Rot. *decis. 130. num. 1. p. 1. recentiss.* Nicol. Garc. *de beneficiis part. 1. cap. 5. n. 190.* 52
ibi, *Quarò infertur in dicta definitione pensionem soluendam esse inter antecessorem in beneficio pro rata temporis, quo quis possidet beneficium, & gaudet fructibus, non habita consideratione temporis quo erat soluenda,* &c. Non enim conuenit, vt qui fructus non percepit, compellatur ad solutionem pensionis, Mantic. *decis. 339. num. 3.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 1.* 53
cap. 5. num. 201. ibi, *Neque enim tenetur ad decursas tempore suo si fuit impeditus vti fructibus.* nouissimè Valenzuel. *tom. 2. cons. 137. num. 37.* Ex illa sanè ratione, 50
quia pensio est onus fructuum, & ipsis fructibus inhærens, & debitum ab eo, qui fructus percepit, Gig. *resp. 29. num. 4. vers. Propterea quod.* Valenzuel. *d. tom. 2. cons. 193. num. 1.* Idem resoluit Flamin. Par. 54
de resignat. benef. lib. 1. q. 8. num. 52. ibi, *Et scias, quòd licèt quis cœperit possessionem tempore Maij, non tenetur soluere terminum in natiuitate S. Ioannis de mense Iunij, quia diuisio terminorum fit causa commodioris solutionis, & sic si non percepit fructus, non tenetur, quare erit obligatus, qui percepit fructus illius anni.* Vnde quamuis
pensionarius habens reseruationem pensionis in 55
pecunia, non teneatur recipere fructus, Rota apud Ludou. Posti. *decis. 163. num. 6.* nihilominus tamen successor in beneficio satisfacit cedendo omnes fructus pro pẽsione; cuius reseruationi minimè cõsẽsit,

vt

vt post Ioan. Bapt. Ferrer.*cons.* 73. & Bursat.*d.cons.* 361.*num.*18. resoluit Felician. *de censib. tom.*2.*cap.*1. *num.*6.*in fine vers.nec obest*; quia licèt certi iuris sit aliud pro alio inuito creditore solui non posse,*l.*2.§. *mutui datio ff.si cert.pet.*tamen hoc dictum limitatur cùm pecunia propter speciem debetur. *d.l.si verò* §. *fin.ff.soluto matr.l.miles* §.1.*ff de re iudic.l.si fundum per fideicommissum ff. de legat.*1.Cancer.*var. lib.*1. *cap.*6. *de solut. n.*87.

Non obstat, quòd consentiens impositioni pensionis excessiuæ videtur saltem in vim pacti sibi præiudicare, ad *l.*1.§. *vsque adeò*, *ff.de iniur.* cum aliis citatis per Mandos. *de signatura gratiæ*, *tit. de pensionibus*, *vers. Aduertendum etiam est.* Valenzuel. *tom.*2.*cons.*127.*à num.* 11. quia hoc procedit in consentiente reseruationi, non autem in successore, secundùm ea,quæ notat Nicol.Garc.*d.cap.*5.*num.*368. Nec iste successor tenetur ex fructibus maioribus subsequentis anni supplere illud, quod deficit in præcedenti, quia annuæ præstationes (vt sunt huiusmodi pensiones) tot sunt debita, quot sunt anni, *l.cùm notissimi*, §.*in his*, *C.de præscript.triginta*, Lotter.*dict.l.*1.*quæst.*39.*num.*9. & tot dicuntur obligationes, quot sunt termini solutionum, Greg. XV.*decis.*345.*num.*2. Duran.*decis.*388. *num.* 8. Rota apud Zach.post *tract.de obligat.Camer. decis.*122.*n.*4. & vnumquodque respicit illius anni, quo debetur, fructus, & cum illis reciprocat, *l.si autem*, *l.fructus*, *ff.soluto matr.* Lotter.*d.q.* 39.*n.* 91. Verùm licèt hæc attento rigore iuris vera sint, nihilominus tamen iuxta formam litterarum reseruationis, fructus beneficij non solum sunt obligati pro pensionibus decurrendis singulis annis respectiuè; sed immo fructus vnius anni sunt etiam obligati pro pensionibus aliorum annorum.Gig.*de pensionib.q.*43.*num.*2. *vers. quia autem*, Rot. *coram Duran.decis.*369.*num.* 6.In hac materia solutionis pensionis est aduertendum quòd primus terminus illius soluendæ, licèt in litteris, secundus terminus, seu tempus fuerit priùs in ordine nominatus, cùm non sit attendendus ordo scripturæ, sed intellectus, qui colligitur ex tempore reseruatæ pensionis, Seraph.*decis.*29. Rota apud Ludou.Post.post *tract.mandati de manutenendo decis.* 188.*n.*7.

52 Secundò infertur existentem in quasi possessione exigendi manutenendum esse in ea summa, quam constat sibi fuisse solutam, absque eo quòd indagandum sit quid in ea solutione comprehendatur, & an aliud vltra debitum fuerit deductum, vt censuit Rot.*in montis Falisci pensionum* 27.*Maij* 1627.*coram R.P.D.Vbaldo sen.*

53 Tertiò infertur teneri pensionarium in petitorio iustificare gratiam, etiamsi sit in quasi possessione exigendi, Mantic. *decis.* 196.*num.* 3.Greg. *decis.* 57. *& ibi adden. sub num.* 16. Rot.apud Marches. *de commissionib. part.* 1. *pag.* 614. *& in Auersana pensionis* 27.*Martij* 1628. *coram R.P.D. Merlino*

54 Quartò infertur pensione reseruata super Episcopatu, cum clausul. *Dummodo mille remaneant pro Episcopo*, pensionarium existentem in quasi possessione exigendi non teneri in possessorio probare remanere, vt censuit Rot. apud Nicol. Garc. *d. part.*1.*cap.*5.*num.*435. *& coram Mantic.decis.*196.*n.* 1.*&* 2.

55 Quintò infertur pensionarium existentem in quasi possessione exigendi, in ea esse manutenendum, quamuis constaret pensionem illi tanquam Clerico fuisse reseruatam, & ad præsens repe-

riri vxoratum, absque eo quòd constat de existentia dispensationis Apostol. quia allegatio de extinctione pensionis per matrimonium ab eo contractum non impedit manutentionem, vt tenuit Rot. quam refert Nicol. Garc. *d. part.* 1.*cap.* 5.*num.*550. præcipuè si quasi possessio probetur post mutationem status, vt ipse Garc. declarat *d. cap.*5.*à num.* 553.quem refert Salgad. *dict.part.*3.*c. num.*78. Nam quamuis nullitas hæc videatur oriri ex ventre litterarum, adhuc stante quasi possessione exigendi, illa discutienda est in petitorio, Rot. apud eundem Garc.*d.p.*1.*cap.* 5.*num.*117. *&* 553. quæcunque enim exceptio subreptionis, hoc casu respicit petitorium, Pute. *decis.* 495. *n.* 2. *lib.* 2. Rota *decis.*239. *n.*1.*part.* 2. *recentissim. & in Corduben.pensionis* 28.*Iunij* 1634. *coram R.P.D.Panzirolo*, Pacific.*de Saluiano interdicto inspect.*2.*n.*42.

Sextò infertur stante quasi possessione exigendi intrare clausulam, *Sine retardatione*, licèt ex ventre Bullarum constaret de vitio, seu nullitate pensionis, & non iure pensionarij,vt est tritum in Rot.in decisionibus relatis per Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.*4. *collect.* 1163.*in limit.* & per Mart. *de clausul. part.*1.*clausul.* 195.*num.* 12. Marescot *var. l.b.*1.*cap.*21.*num.*10.*& cap.* 22.*num.*21.*&* 22.Salgad. *d.part.*3.*c.*3.*n.* 29. Nam Marches. & alij, quos pro contraria citauit opinione in simili *tract. de clauss. vsufreq.clausul.*162.*n.*18.loquuntur quando non adest quasi possessio exigendi, & sic extra terminos huius illationis; vel quando possessio est turbida, & non clara; vel pensio soluta fuisset per compulsionem, & metu censurarum, vt aduertit Salgado *n.*30.*dicto loco.* 56

Septimò infertur ex dicta ratione Translatarium pensionis existentem in quasi possessione illam percipiendi, petentemque in ea manuteneri, ac pro terminis decursis, & decurrendis sibi relaxari mandatum, non teneri ad aliquam iustificationem, ex *reg. l.* 2. *ff. vti possidetis*, atque ita, nec litteras reseruationis, nec habilitatem, aut suam, aut transferentis debere probare, sed sufficere ostendere litteras expeditas, & translationem factam, & se esse in quasi possessione exigendi, Mohed. *decis.* 9. *sub num.* 1. *de causa posses.* Pute. *decis.*239. *sub num.* 2. *lib. in correctis*, Rot. *decis.*305.*sub num.* 2.*par.*2. *recentior.* 57

Vnde firmauit Rot.apud Mohed. *decis.*2.*de locat. & conduct.*& resoluit Gig.*de pensionib.q.* 74.*n.*1. *& q.* 88.*n.*8. debere constare quòd fuerunt exhibitæ litteræ reseruationis, quia Iudex procedit per viam cassationis antiquæ, & creationis nouæ similis, & propterea, nisi ostendatur antiqua, non potest dici certus de qualitatibus illius, itaut videri possit an noua, quæ creatur, sit similis, vt ponderauit Rot. *in Recanaten. pensionis* 28. *Februarij* 1628. *coram R. D. meo Coccino Decano.* Et deinde quòd litteræ originales facultatis transferendæ, fuerunt quoque exhibitæ coram exequutore, vt certus sit de sua iurisdictione, tenent Ferrer. *cons.* 85. *num.*1. *lib.*1. Crescent. *decis.*13. *de concess. præbendarum.* Achil. *decis.* 7. *de pensionib.* Pute. *decis.* 245. *lib.*3. *in correct.*Rot.*decis.* 143.*part.*2.*recentiss.& in Bononien. translationis pensionis* 1.*Maij* 1618.*coram Card.Sacrato*, *& in d.Recanaten.pensionis.* 58

Vnde eadem Rot.*decis.* 485. *num.* 1. *part.*2.*recentiss.* firmauit quòd translatio pensionis facta vigore priuilegij Conclauistarum, est nulla exhibito 59

coram exequutore solo transumpto priuilegij absque originali,& subdit *num.* 4. facultatem transferendi pensiones datam Conclauistis non extendi ad
60 pensiones semel translatas. Addit tamen Achill.*decis.*2.*de officio deleg.* quod saltem de facultate transferendi debet constare ex transumpto apposito in processu fulminato, de quo tamen non est standum assertioni Notarij,secundùm Ferrer.*d.cons.*85.*num.*1. *lib.*1. & fuit resolutum *in dictis Carthaginen. & Bononien.*

61 Vbi autem fuerit pronunciatum litteras translationis esse exequendas , non admittitur appellatio suspensiua , sicut nec datur à decreto de exequendo instrumento garentigio , Bart.*in l.*4.§.*condemnatum, ff.de re iudic.*Couarr.*pract.cap.*23.*num.*9.*vers.Tertium exemplum,*Menoch.*remed.*4.*adipisc.num.*827.Gutierr. *in repet.l.nemo potest,num.*447.*ff.de legat.*1.

62 Neque impugnatio Titularis, quòd ex huiusmodi translatione sibi inferatur præiudicium considerabile,potest illam suspendere, quia quidquid antiquitus senserit Rota, an facultas transferendi pensionem dicatur noua gratia , & nouum contineat grauamen , prorogando seruitutem beneficij , vt *in Eugubina pensionis* 11. *Decembris* 1561.*coram Rubeo,* & in aliis;certè hodie constans , & receptissima est sententia in illo sacro Tribunali , quòd huiusmodi translatio,licèt facta in articulo mortis,cùm & prius quandocumque fieri potuerit,non sit nouum grauamen,nec noua dicatur pensio , sed solùm quædam mutatio personæ,& vitæ transferentis in personā, & vitam translatarij , & delegatio solutionis alteri faciendæ , nec inde resultare præiudicium considerabile,sed euentuale dumtaxat,cùm aliquando contingat translatarios etiam iuniores præmori ipsis transferentibus , licèt senioribus. Ita Rota coram Crescent.*decis.*1,*num.*1.*de rebus Eccles.non alien. & in Veronen.pensionis* 14.*Ianuarij* 1613.*coram Cardin.Verospio,*quæ est *decis.*119.*num.*2.*part.*2.*recentissim.& in Mediolanen. pensionis* 17. *Iunij* 1613. *coram Cardin. Pamphilio iuniore,* quæ est *decis.*105. *num.*4.*part.*1.*recentior. & in Romana pensionis* 17. *Iunij* 1622. *coram bonæ memor.Buratto,& in Regien. pensionis* 9. *Februarij,&* 17.*Iunij* 1624.*coram Reuerend.Patr.Domino meo Pirouano , & in Firmana pensionis* 26.*Februarij* 1625. *coram bonæ memor. Remboldo , vers. Et licet translatio.*

63 Semoto autem præiudicio non est opus aliqua illius expressione , nec cadit vitium subreptionis, Crauet.*consil.*68.*num.*12.*vers.Secus* , Rot.*in Firmana pensionis* 2.*Iunij* 1593.*coram bonæ memor.Cardin. Millino.*Et ex hoc , quòd translatio pensionis non requirit derogationem , & expressionem , sicut re-
64 quirebat pensio translata , infert Rot.*decis.* 105.*per tot.par.*1.*recentissim.*quod priuilegium Equitum Lauretanorum retinendi pensiones , matrimonio non obstante , comprehendit etiam pensiones reserua-
65 tas super Regio patronatu. Et de iure incerto , & euentuali , quod potest esse , & non esse , & quod à conditionis purificatione pendet , mentionem non esse faciendam , tenet Felin. *in cap. in nostra num.*15. *de rescript.* Paris. *consil.* 5. *num.* 96. *lib.*4. Sanchez *de matrim. lib.* 8. *disput.* 21. *numer.* 26. Cassador. *decis.* 16. *num.* 2.*de præben.* Caputaq. *decis.*237.*num.*2.*&* 3.*part.*1.

66 Non obstat , quòd in reserua tione pensionis super beneficio facienda,fit mentio de regressu,quem quis haberet ad illud beneficium , Cassad. *decis.*1.*de pensionib.* Pute. *decis.* 97 *lib.*2. Mohedan. *decis.*7.*&* 10.*de renunciat.*Flamin.Paris.*de resignat. benefic. lib.* 6.*q.*5.*num.*56.*&* 72.Quoniam vltra quòd non propterea pensio est subreptitia ob huiusmodi taciturnitatem regressus,sed quia Papa de consensu Titularis tunc reseruat pensionem soluendam ab ipso, & proinde iure meritò quando beneficium peruenit ad regressarium,cùm ille non sit successor Rectoris consentientis , sed capiat beneficium ex suo primæuo iure , quamuis pensio fuerit à principio valida, attamen illa post purificatum regressum ipsi regressario non præiudicat , non autem, quòd adsit subreptio;& ita loquuntur Cassad.*d.decis.* 1. Gig. *de pensionib.quæst.*79. & Pute.*d.decis.*97.*lib.*2. Nec possumus negare veram esse decisionem Cassadori in ipsa reseruatione pensionis , ob quam tunc seruitus imponitur beneficio , & præiudicium indubitabile infertur:secus autem in translatione , quæ, vt diximus , præiudicium non infert,vel nisi euentuale , & sic non considerabile;per illam enim translationem solùm mutatur casus extinctionis de vna persona in aliam,& fieri potest , quòd mediante huiusmodi mutatione citiùs libertatem assequatur beneficium, quàm si non fuisset pensio translata.Nec etiam obstat *decis. Pute.*288. *lib.* 3. quia ibi non agebatur de sola mutatione vnius personæ in aliam , quod est merè euentuale,sed præiudicium ibi erat considerabile , & quasi certum dum ius habentis expectatiuam suspendebat quamdiu tres personæ viuerent, quibus defunctis probabiliter ille habens expectatiuam,non erat superuicturus , & ita dictam Putei *decis.*188.*lib.*3.explicant Mandos *super regul.de iure quæsito non tollendo quæst.*9. & Rot. *decis.*664. *num.*5. *part.*2.*recentiorum.*

Litteræ translationis habent paratam executio- 67
nem, itavt detur translatario via executiua pro executione suæ translationis , sicut dabatur pensionario transferenti;ita Vestr. *in praxi lib.*3. *c. fin.num.*3. Cassad.*decis.*10.*num.* 8. *de rescript.* Rot.*in Bononien. pensionis coram Cardin.Millino, & in Cremonen. pensionis coram Cardin.Caualerio,apud Marches. de commissionib.p.*1.*pag.*558.*& seq.& in Firmana pensionis in princip.*26.*Februarij* 1625.*coram bonæ mem.Remboldo,& in eadem* 21.*Ianuarij* 1627.*coram R.P.D. Duran.* inter eius impressas *decis.* 60. *num.*3. Lotter.*d. lib.* 1. *q.*40. *num.* 305.adeò,vt contra translatarium non soleat rescribi,nisi cum clausula , *Sine retardatione,*vt post Ludou.Gom.testatur Anton.Augustin. *in epit.tit.de translat.pensionis , num.* 80. Nicol. Garc. *d.p.*1 *cap.*5.*num.*470.Ego ipse *in tract.de clausulis vsufrequent. clauf.* 162.*num.* 3. Rot.*in d. Bononien. apud Marches.*Duran *d.decis.*60.*num.*4 Et generaliter via 68
executiua,quæ datur cedenti, datur etiam cessionario cum eisdem priuilegiis , Ioan. And. *in addit.ad Speculat.in rebus de cessionib.* Paul.de Castr.*cons.*91.*n.* 3.*vol.*1.Roman.*cons.*38.*& cons.*142. & communiter Doctores *in l.si sic legatum.*§ *si quis ita* , vbi Ias. dicit communem , *ff.de legat.*1.refert Duran. *d. decis.*60. *num.*5.

Neque huiusmodi viam executiuam translata- 69
rio competentem potest Titularis peruertere præueniendo in iudicio nullitatis translationis , quasi exceptio litis prius pendentis debeat executionem retardare , quia per præuentionem non impeditur via executiua , Bald. *cons.*261.*num.*2. *volum.*1. vbi quòd si tollitur exceptio,quia est parata executio, non impeditur via executiua , licèt reus agendo præueniat, Paul.de Castro *cons.*260. *volum.*1. Petr. Belluga *in Speculo Principum rub.* 41. § *leges Regni num.*47. Gallesi. *de forma Cameralis obligat. part.*3.*in cap. de vi instrument.obligat.Cameral.*Et hoc recta ratione

tione,quia alioquin esset in potestate debitoris præueniendo iudicium,viam executiuam, & sic omnia iuris remedia pro expedita exactione ob bonum publicum inuenta eludere.Licèt, vt suprà diximus, ad fauorem translatarij competat via executiua, & possessio transferentis releuet illam ab onere iustificandi pensionem ; nihilominus tamen huiusmodi possessio non potest suffragari translatario ad effectum, vt ei debeat concedi mandatum de manutenendo,vt per Maresc.*var.lib.*1.*cap.*21.*à num.*14.Stephan.Gratian.*discept forens.cap.*113.*à num.*75.Melch. Lotter.*d.lib.*1.*q.*36.*num.*119.*cum seqq.*Rota *decis.*122. *num.*11.*p.*1.*recentior.*& coram Gregor.XV. *decis.*57. *num.*3.*&* 4.& apud Viuian.*post praxim de iurepatron. decis.*43.*num.*7.

70 Octauò infertur posse acquiri quasi possessionem exigendi pensionem reseruatam pro tertio à patruo ad fauorem nepotis cum decreto, quòd illa nulla sit si non fuerit soluta verè, & realiter quandiu vixerit ipse patruus, vbi vnica solutio realis producta esset, quæ sola sufficeret dicto nepoti ad obtinendam manutentionem ; ita Rot.*in Lucana pensionis* 21.*Aprilis* 1617. *coram R.P.D. meo Pirouano, & in Spoletana pensionis* 21. *Iunij* 1619.*coram bonæ*

71 *memor. Vbaldo sen.* Confessio autem de recepto non suffragatur, quia hæc non est actualis, & vera solutio, vt requiritur in dicto decreto ; prout censuit eadem Rot.*in Bergomen.pensionis* 7. *Nouembris* 1625. *coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano, & in Parmen pensionis* 27. *Ianuarij* 1627. *coram bonæ memor. Patriarcha Manzanedo, & in Ceruien. pensionis* 22. *Martij* 1632. *coram R.P.D.Verospio*, Ferentil. *in annot. ad decis. Burat.* 156. *lit. A.* Nam huiusmodi quietantiæ, & confessiones de recepto non probant in fauorem eius, qui tenetur docere de vera, & reali solutione, Card. Seraph.*decis.*802.*num.*2.*cum seq.* Ratio autem præstatur à Burat. *d. decis.* 156.*à num.* 3. *cum seq.* quia modernus Titularis non est successor, nec habet causam à Titulari, nec à pensionario, & ideo eius confessio præiudicare non potest, quia confessio vnius alteri non nocet, *l.duobus*, §.1. vbi Alexand. & alij,*ff.de iureiur.* cum multis per Cepal.*cons.* 101. *num.*9.Roland.*cons.*58.*num.* 14. *vol.* 2. Afflict. *decis.* 243.*num.*11.& pluribus exornat Surd.*dec.*218.*num.*4. *cum seqq.&dec.*309.*num.*4. Menoch.*cons.* 313.*n.* 53. Steph.Gratian.*discept.forens.cap.*448.*n.*39.Hinc confessio resignantis non nocet resignatario si venit alio iure, quàm resignantis, Flamin. Paris. *de resignat. benefic.lib.*1.*quæst.*16. *num.* 24.*vers.Et confessio.* Genuina tamen, & principalis ratio supradictæ resolutionis illa est, quia in reseruatione pensionis ad fauorem nepotis de consensu patrui super eius beneficio, de facili præsumitur fraus, Rot. *decis.*244.*num.*2.*& part.*2. *diuers.* Burat.*d. decis.*156. *num.* 6.*cum seqq.*Et ideo Papa in his pensionibus reseruandis solet addere clausulam, *quòd si dicta pensio realiter, & cum effectu soluta non fuerit, nulla sit eo ipso*, ad tollendam fraudem, & collusionis suspicionem, & sic confessio de recepto non potest tertio præiudicare,prout generale est in omnibus confessionibus factis inter personas suspectas, vt pluribus comprobant Ant. Gabr. *commun.tit.de action.conclus.*5.*num.*23.Gam. *Lusit. decis.*226. *num.*1 *& decis.* 236. *num.*1. Gabr. Pereira *decis.* 107.*num.*2. Ad euitandas igitur huiusmodi fraudes, & collusiones,quæ in hac materia vtplurimum euenire solent,solutiones pensionum huiusmodi probari non possunt, nisi per instrumentum publicum à Notario confectum cum testibus, in quo asseratur se vidisse patruum in eorum præsentia numerare pensionum pecunias,& nepotem illas ad se traxisse ; ita fuit sæpè sæpiùs resolutum in Romana Rota, & signanter in dictis *Bergomen.Parmen.& Cerulen.* suprà citatis, aut saltem requirebatur Notarij fides cum testibus asserentibus in eorum præsentia fuisse solutum, & pecunias à pensionario receptas ; quamuis non vtatur verbo, *numerauit*, vt fuit dictum *in Calagurit. pensionis* 17. *Iunij* 1624. *coram Patriarcha Mançanedo*,vt refert Ferētil.*in annot.ad d.decis.*156. *Burat. num.*14. quæ reperitur impressa apud Ludou. Posti. post suum *tract. mandati de manutenendo decis.* 188. vbi dicitur inter patruum Titularem, & nepotem pensionarium probari veram & realem numerationem, ex quo Notarius attestatur fuisse in sui & trium testium præsentia solutam pensionem. Intellige aliquando in hac materia confessiones de recepto sufficere si nudę nō sint,sed aliquibus adminiculis, & veris præsumptionibus suffultæ,vt cēsuit singulariter eadē Rota apud Post.post *dictū tract.decis.*304.Vnde si pēsionarius hoc modo nō probauerit præcedentes solutiones, non constituitur in quasi possessione exigendi, nec ei competere possunt remedia possessoria, vt in hac specie resoluit Cardin. Seraph. *decis.*292. *num.*2.*& decis.* 436.*num.*6.Burat. *d. decis.*156. *per tot.* & consului in causa Elboren. pensionis super Thesauraria, quod est indubitatum in sacro Rotæ Tribunali. Verùm si per rescriptum Signaturæ gratiæ fuerit concessum arbitrium Rotæ super cumulatione petitorij, & possessorij,& inter solutiones productas appareat non omnes fuisse reales, sed confessatas, & Rota censuerit locum esse cumulationi, tunc cùm ex dicta solutione confessata inter alias reales producta appareat de nullitate tituli inualidi, videtur iustificatum decretum annullatiuum, quod inficit titulum, & possessionem tanquam habens vim decreti irritantis, vt in terminis huius decreti fuit dictum *in decis.*124.*n.*3. inter impressas R. D. Coccini Decani, *&* *in Bergomen pensionis* 7. *Nouembris* 1625. *coram eodem, & in Syracusana quartæ* 24.*Maij* 1585.*coram Cardin.Blanchetto*, quam refert, & sequitur Gonzal. *ad regul.*8. *Cancel.glos. vltim. num.*64. & Rot. *in d. Cernien. pensionis coram R.P.D.Verospio.*

Vtrùm clericus ex contractu possit ad soluendam pensionem auctoritate Apostol.reseruatam submittere correctioni,& censuris alieni Iudicis in Romana Curia existentis sine consensu proprij Ordinarij.

QVÆSTIO III.

1 *Clericus non potest prorogare iurisdictionem Iudicis Ecclesiastici sine proprij Episcopi consensu.*

2 *Clericus contrahendo, vel delinquendo potest iurisdictionem alterius prorogare sine consensu proprij Episcopi, & n.*3.

4 *Clericus qui promisit soluere certo loco, ad illum est remittendus.*

5 *Prorogatio facta ratione contractus non procedit immediatè à voluntate contrahentis,*

sed ex dispositione iuris.

6 *Consensus proprij Episcopi non requiritur ad renuntiandum proprio foro, quoties voluntas Clerici non est causa immediata, vt coram alio Iudice conueniatur.*

7 *Contrahens certo loco, & in alio respondere, vel soluere promittens, in quo sit conueniendus? remissiuè.*

8 *Pensiones propter consensus æquiparantur contractibus.*

9 *Clericus quando prorogat iurisdictionem in personam delegati Papæ, tunc necessarius non est consensus proprij Episcopi.*

10 *Auditor Cameræ est Iudex Ordinarius Curiæ cum facultate sibi à Papa specialiter attributa cognoscendi priuatiuè de omnibus contractibus Camerali obligatione vallatis.*

11 *Papa est Ordinarius Ordinariorum, & Episcopus vniuersalis Ecclesiæ.*

12 *Dolus non debet alicui patrocinari.*

13 *Fidem fallere, & promissa non adimplere, graue est.*

14 *Hispanorum morem esse non seruare fidem aliqui incautè dixerunt.*

15 *Hispanorum fidelitas mirè extollitur.*

16 *Auctor declarat quomodo posset sine damno recurrentibus succurri.*

17 *Auctor dicit se optare, vt in Lusitania Tribunal erigeretur pro cognoscendis violentiis, & controuersiis iurisdictionalibus.*

18 *Contentiones auertendæ.*

19 *Reipublicæ salus litium multitudine sum-mopere læditur.*

20 *Tribunal competentiarum fuit in Hispania institutum de an.* 1625.

EXndubitata est Iuris conclusio, Clericum non posse prorogare iurisdictionem Iudicis Ecclesiastici sine proprij Episcopi consensu, vt expresse probat text. *in cap. significasti, de foro comp.* ex quo ita colligunt Bertachin. *in tract. de Episcopo in sp. limit. 4. num. 96.* Benedict. Capra *in suis reg. sub tit. de prorogat. num. 16.* Cumia *super ritib. magnæ Curiæ cap. 42. num. 124.* Bernard. V Vernes. *pract. forens. lib. 1. obseru. 12. num. 2.* Narbona *l. 59 gloss. 1. num. 8. & 12. tit. 4. lib. 2. Recop.* Anton. de Matthæis *de prorog. iurisd. num. 14.* & insignis D. Petr. Barbosa *ad l. 1. art. 3. num. 179. cum seqq. ff. de iudic.* Anguian. *de legib. lib. 3. controuers. 26. num.* 8. nouissimè Carlaual. *de iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 8. sect. 2. num.* 1075. vbi *num.* 1077. subdit ad Abbatem, vel ad alium habentem iura Episcopalia, & iurisdictionem quasi Episcopalem, & non ad Episcopum, spectare præstare consensum prorogationi, à Clerico factæ; & addit Episcopum, & Archiepiscopum non posse prorogare iurisdictionem Iudicis non sui sine consensu suorum Superiorum, & exemptum non posse sine consensu, & licentia Papæ, cui subditur, prorogare aliorum Iudicum iurisdictionem, & *à num.* 1078. *cum seqq.* plures assignat rationes, cur in clericis hoc sit speciale.

Quæ tamen intelligenda venit de Clerico volente, & expresse prorogante, non autem de illo, qui contrahendo, vel delinquendo prorogat, quia tali casu poterit absque vlla sui Episcopi licentia prorogare iurisdictionem alieni, illius loci in quo contraxit, vt probat *cap. dilecti, de foro comp.* & in propriis terminis resoluit Marant. *de ordine iudic. part. 4. dist. 12. num. 14.* ibi: *An autem Clericus possit prorogare iurisdictionem alterius Episcopi sine consensu sui Episcopi? dic quòd non, sed requiritur consensus proprij Episcopi, text. est* in cap. significasti 18. *&* ibi *Abb. & Doctores* de foro comp. *quod intelligitur quando vellet expresse prorogare, sed contrahendo, vel delinquendo potest iurisdictionem alterius prorogare absque consensu proprij Episcopi, per* cap. Romana 1. §. contrahentes 3. de foro comp. in 6. *ita tenet Alex. ad Bart.* in l. si se 1. ff. de Iudici. in addit. quæ incip. adde, *&c. & præditis adde Specul.* in titul. de comp. Iud. ad princ. col. 9. vers. In Clericis. sequuntur Marta *de iurisd. p. 4. cap. 6. num. 47.* Caroc. *decis. 52. num. 24.* Carol. de Grassis *de effectib. clerical. effectu 1. num. 67. cum seqq.* Sigism. Scacc. *de sent. & re iudic. gloss. 7. q. 3. limit. 1. num. 43. cum seqq.*

Nouissimè in his nostris terminis post hæc scripta, & impressa visus doctissimus D. Mar. Cutelli *in Codice legum Sicularum ad leg. Petri II. not. 7. num. 6. cum seqq. pag. 298. & 299.* in hæc verba. *Pendet autem omnis disputatio ab intelligentia* cap. significasti, de foro comp. *possitne Clericus alterius diœcesis Prælato, ni proprius assentiatur, se subiicere, frequenter enim existimarunt non posse, vt ex multis fundat Petr. Barb.* ad l. 1. art. 3. ex n. 179. ff. de iudic. *Anton. Matthæ.* de præcog. iurisd. n. 19. *Anguian.* de legib. lib. 2. controu. 21. n. 7. *vbi in id allegat textum* in c. . . cum seq. 9. q. 2. *concludens in ipso cap.* significasti, *nil innouatum fuisse, quod in antiquis sacrist. Canonibus constitutum non reperiretur. Sed an illud quoque procedat vbi quis per subsequens in alterius territorij iudicem, paciscendo quid certo loco soluere, consensit, non leuis est dubitatio; nam id per Decretalem sublatum non videtur, nec vlla poscebat ratio vt fieret, ne libertas contrahendi, quæ iure gentium innititur, non modicè restricta censeretur. Præterea Gregorius Pontifex hoc excepisse videtur* in c. dilecti 17. de foro comp. *per hæc verba. Verùm quia etsi fuisset priuilegium tale concessum, non tamen prodesset illis, qui se certo loco respondere, vel soluere aduersariis promiserunt, cùm ibi, & vbi domicilium habeant, valeant conueniri; nec enim in proprium alienus Iudex constituitur, vt loquitur ipse idem Pontifex* in d. cap. significasti, *per electionem clerici; sed legis ministerio quisque Iudicem eius territorij, in quo contraxit, sortitur; quo stabiliri quoque censent nonnulli per* cap. . §. contrahentes eod. tit. in 6. *quo loci Innocentius Pontifex summus vitat auelli à iurisdictione Archiepiscopi Remensis eos, qui cùm aliorum essent diœcesum, in ipsius propria contraxerunt, nisi fortè ratione domicilij volentes traherentur, quamquam nobis in quæstione hac inductut non quadret, dum de iuris operatione, contra eum, qui soluere in alieno territorio destinauit, non verò de simpliciter contrahente extra diœcesim disputamus; quamobrem putandum est Marantam* de ordine iudic. part. 4. dist. 12. num. 24. *ac Barbos.* in l. hæres absens, §. 1. ex num. 61. ff. de iudic. *licèt in cæteris opinionem præfatam amplectantur, in hoc tamen defuere quòd vtuntur Decretali præfata, vt stabiliatur, cùm illa sine vllo, aut aliquo obstaculo ex relatis fundamentis consistat. In quod pariter conducunt complures, qui id expresse tenuerunt magni nominis Iureconsulti, Speculator nempe, Alexander, Abbas, ac Ripa, dilatantque conclusionem ad delicta,* &c.

Recenter Carlaual. *de iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 1. q. 8. sect. 1. num.* 1083. eandem sequutus sententiam, ita ait.

ait. Quæ tamen prædicta prima limitatio sic probata, sublimitanda est primò, vt Clericus etiam sine sui superioris consensu possit prorogare iurisdictionem alieni Iudicis Ecclesiastici tacitè, videlicet si contrahat, vel quod idem est, solutione destinet, vel delinquat in territorio alterius. Ratio est, quia hæc prorogatio non oritur ex sola voluntate, & consensu clerici prorogantis, sed ex dispositione, & assistentia Iuris, quod iubet quem forum sortiri, vbi contrahit, vel delinquit, & ibi eum etiam inuitum respondere compellit, cap.dilecti, c.vlt de foro comp.&c.

3 Eandem opinionem eleganter, vt solet, probat D. Barbosa *d. art.3. num.* 122. & expressiùs *in l hæres absens*, §.1.*à num.61.ff.de iudic.*ibi, *quia Clericus potest conueniri in loco contractus, etsi non accesserit consensus Episcopi proprij, vt probat* cap.dilecti,de foro comp.*& ibi notat* Panor. *.num.* 4.*Alex.* cons. 89.n. 1.lib.7.*ergo in eo renunciatio proprij priuilegij valida debet censeri, cùm in effectu importet renunciationem exceptionis declaratoriæ si in loco contractus non reperiatur, & velle,quod in eo præcisè teneatur respondere, & planè decisio* d.cap.significasti, *non habet locum si Clericus renunciauit declinatoriæ, & obliget se respondere coram Iudice aliàs competenti, & eius non declinare iurisdictionem,Panormit.* cons.25.col. 1.lib.1.*Ripa* in cap.1.num.49.de iudic. Et hanc sententiam nouissimè sequitur Tribunal Nunciaturæ Hispan. in causa vertenda inter Alphonsum Morenum ex vna, & Ioannem Berrozanum Canonicum Placentinum partibus ex altera, de & super comparatione dicti Ioannis Berrozani coram Ordinario Hispalen. vbi contraxit,cum renunciatione proprij fori, non obstante exceptione fori declinatoria, qua idem Ioannes ad proprium Ordinarium Placentinum remittendum fore & esse postulabat, & sic fuit decisum eundem Ioannem Hispali comparere debere in vim requisitoriæ per dictum Ordinarium Hispalen. relaxatæ sub die 4. Decembris 1624.à quo decreto cùm supplicasset dictus Ioannes ad supremum Regium Consilium, ab eo fuit capta resolutio tenoris sequentis,videlicet,*En la Villa de Madrid en 15.dias del mes de Febrero de 1635. vistos estos Autos y proceso por los señores del Consejo supremo de su Mag. que son entre partes de la vna Alonso Moreno y de la otra el Canonigo Iuan Berrozano, de cuio perdimento vino al Conseio, pretendiendo que el nuncio de su Santidad le hase fueren en no remitir la causa al Ordinario de Placencia, y en auerla remetido al Ordinario de Seuilla, y en no otorgar la apelacion, dixeron que el Nuncio de su Santidad no ha hecho ni hase fuerça, ansi lo prouegeron y sennalaron*, &c.

4 Id ipsum in Clerico, qui promisit soluere certo loco, vt ad illum sit remittendus, quamuis sine consensu proprij Episcopi promissionem huiusmodi fecisset, tenent Rip. *in d.cap. 1.n.68.* Cou *pract. cap.10.num.5.vers.Nono*, Francisc.Molina *de brachio Reg iocap.28n14.*

5 Ratio huius resolutionis est,quia prorogatio huiusmodi facta ratione contractus non procedit immediatè à voluntate Clerici ac volentis, sed ex dispositione Iuris, quæ iubet partes etiam inuitas respondere in loco, in quo contraxerunt, *d. cap.1.§ contrahentes,de foro comp. lib. 6.* Quociescunque enim voluntas Clerici non est causa immediata, vt coram alio Iudice conueniatur, sed solùm necessitas, quæ procedit à dispositione legis; tunc ad renunciandum proprio foro non requiritur consensus proprij Episcopi, vt optimè ratiocinantur Panorm.*in d.cap.dilecti num.4.& in cap.1.num.21.de iudic.* & ibi Rip.*num.67.*Nauar. *in cap. accepta oppos.* 8.*num.5.de restit.spol.*quos refert, & sequitur D. Barbosa *in dict. l.1. art. 3. num.22*;. Scacc.*d.limit. 1.à n.23*.

Iuuat etiam, quia quando obligatio alicui prohibetur, non intelligitur obligatio tacitè inducta à lege incidenter ex contractu permisso, bene Carthar.*decis.46.à num.23.*Et quia licèt minori prohibeatur alienatio absque censensu & decreto Iudicis, tamen quando alienatio tacitè inducitur à lege tanquam necessaria comprehendit minorem etiam sine decreto Iudicis, latè de variis exemplis per Steph.Gratian.*discept.forens. cap.27.num.44.cum seqq.*Et prohibita alienatione intelligitur facta ab homine,non tamen ea, quæ tacitè indicitur à lege ex aliquo actu, Meres *de maioratu part.4. quæst.1.limit.1.a n.6.*

Nec est dicendum posse Clericum contrahere, 6
ita vt tacitè inducatur prorogatio; at non posse contrahendo expressè prorogare iurisdictionem Iudicis loci contractus cum renuntiatione proprij fori sine sui Episcopi consensu. Quia facilè occurritur respondendo hoc casu renunciationem non esse extrinsecam à contractu, sed illi accessoriam, & intrinsecam independenter ad corroborationem fori inducti per legem; quo casu, vt aliquid operetur renunciatio, habebit suum effectum, etsi non accesserit voluntas proprij Episcopi, vt in his terminis post alios à se relatos resoluit insignis, & doctissimus D. Petrus Barbosa, in supremo, ac Regio Matritensi Consilio olim Senator meritissimus, postea Regni Portugaliæ Cancellarius maximus *d.art.3.num.224.* cuius auctoritas omnes sui temporis scriptores longè superat: tum, quia attenditur, quod principaliter agitur, non quod incidenter, ex dictis *quæst.6.num.*& clausulæ appositæ in contractu non stant independenter, sed accessoriè, & sequuntur naturam, & priuilegia contactus principalis, per ea quæ adduxi suprà *quæst. 1. à num. 26.* Quare Doctores citati hac eadem *quæst. num. 2. & 3.* asserunt communiter dispositionem *d.cap. significasti*, non procedere in Clerico, qui contrahendo, vel delinquendo renuntiat proprio foro, quod de expressa intelligitur renunciatione, vt est indubitatum apud omnes ferè, qui hucusque syncero animo, & veritate inspecta hac de re scripserunt. Denique cum hac nostra sententia remanet post secundam huius tract.impressionem à me visus Carlaual.*de iudic.lib.1.tit.1.disp. 2. quæst.8.sect. 6.num.1252.pag.514.*his verbis.*Amplianda autem est hac resolutio vt procedat etiamsi clericus contrahens extra locum domicilij renuntiauerit foro sine sui superioris licentia; nam ex vi huius renunciationis remittendus est ad Iudicem Ecclesiasticum loci contractus, vt suprà tetigi num.1083.& docuit Barbosa* in d.l.1.art.3.num. 223.*quem sequutus est Capiblanc.*in pragm.8.part.2. n. 153.de Baronibus; ratio est, quia *renunciatio ista non dat forum, sed corroborat forum contractus à Iure constitutum,*in d.c.dilecti, de foro comp. &c. Ex quibus firma remanet hæc sententia, quicquid modernus quidam ei detrahere non desinat, solito animo, quem habet, Ecclesiæ tam infesto, vt pro ea quicquid resoluat, inuitus facit, & semper argumenta & mendicata suffragia discurrit, non aduertens quòd miserorum, & pauperis Doctoris refugium est regulos citare generales, vbi in termin s reperiretur Doctoris alicuius cogniti decisio, Viui. *decis.135.num.4.cum seqq.& decis.401. num.* 30. Caualcan.*decis.30.num.38.par.1.* Cùm ergo habeamus tot Doctores in terminis loquentes, frustrà laborat, timeat Dominum, quia nunquam vidi, vt dicebat

dicebat quidam, alchymistam diuitem, nec Ecclesiæ inimicum diu prosperantem.

7 Licèt autem valde cõtrouersum sit, vtrùm quando quis contraxit certo loco, & in alio respondere, vel soluere promisit, in quo sit conueniendus quando consensus proprij Ordinarij non interuenit, vt videre est apud D. Barbos. *in d. l. 1. art. 3. num. 226. & seqq.* nihilominus tamen hæc controuersia non pertinet ad nostrum casum, in quo contractus soluendi pensionem fuit Romæ celebratus, ibique destinatus locus solutionis cum pacto expresso respondendi coram Auditore Cameræ Apostol. vt constat ex obligatione, & consensu in eius Tribu-
8 nali præstito, de quo memini *in proœm. num. 16.* Qui quidem consensus, contractus naturam accipit, cum pensiones propter illum æquiparentur contractibus, Gig. *de pensionib. q. 99. num. 10.* Achil. *decis. 13. num. 8. de pensionib.*

9 Accedit, quia quando Clericus prorogat iurisdictionem in personam delegati Papæ, tunc necessarius non est consensus proprij Episcopi, secundum Bellam. *in d. cap. Romana, in princip. num. 7. de foro comp. lib. 6.* Bellet. *disquisit. Clerical. p. 1. tit. de fauore Clericorum personali*, §. 2. *num. 7.* D. Barbosa *in*
10 *d. l. 1. art. 3. num. 224.* Cùm igitur Auditor Cameræ Apostol. sit Iudex Ordinarius Curiæ, quia illi ratione officij immediatè competit iurisdictio, vt post Octauian. Mandos. & alios in specie de illo loquẽs resoluunt Anguian. *de legib. lib. 2. controuers. 26. num. 55.* & Scacc. *de appellat. q. 19. remed. 1. sub num. 79.* cum facultate tamen sibi à Papa specialiter attributa cognoscendi priuatiuè quoad alios de omnibus contractibus Camerali obligatione vallatis, vt colligitur ex Bulla Pauli V. 28. *aliàs* 20. incip. *Eximiæ* §. 7. *& 20. sub dat. Romæ apud S. Marcum Kal. Octobris* 1606. & tangit Rot. *decis. 647. num. 1. p. 2. recentiss.* nil mirum si ad eius iurisdictionem prorogandam proprij Episcopi consensus minimè desideretur.

11 Denique in consensibus, qui Romæ præstantur in actu resignationis, vel iurium cessionis coram Papa factæ, ipsius expressa interuenit auctoritas, in admissione, collatione, & pensionis reseruatione, vnde non est ambigendum proprij Episcopi licentiam suppleri interueniente huiusmodi Papæ auctoritate, cùm sit Ordinarius Ordinariorum, *cap. cuncta per mundum 9. q. 3.* Gonçal. *ad reg. 8. Cancel. §. 2. proœm. num. 44.* Camill. Borrel. *in summ. decis. tom. 1. tit. 4. num. 10.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 8. q. 7. num. 8. cum seqq.* & alij citati per me *in tract. de Iure Eccles. vniuerso lib. 1. cap. 2. num. 15.* Et Episcopus vniuersalis Ecclesiæ, Turrec. *in cap. in nouo, num. 6. dist. 21.* Ioan Selua *de benefic. p. 2. q. 1. num. 18.* Card. Tusch. *tom. 6. lit. P. conclus. 40.* Flamin. Paris. *d. tract. lib. 11. q. 13. num. 132.* Ego ipse *d. c. 2. num. 12.* habeátque pro propria Diœcesi totum Orbem, gloss. *verb. priuata, in cap. felicis*, §. *fin. de pœnis in 6.* Gonçal. *d.* §. 2. *proœm. num. 46.* quia in vniuerso Orbe habet plenitudinem potestatis, Camill. Borrel. *de præstantia Regis Cathol. cap. 51. num. 12.* & ideo concurrit cum omnibus Ordinariis, Gonçal. *ad d. reg. 8. Cancel. §. 1. proœm. num. 32. cum sequentib.* Marta *de iurisdict. p. 3. cap. 21. num. 15. cum seqq.*

12 Si Lusitani nostri tales solent inuenire excusationes, & subterfugia, ne promissa adimplere cogantur, nullus inuenietur, qui cum eis contrahere velit, quod hac de re agens maturè considerauit D. Marius Cutelli *in Codice legum Siculaṽ ad leges Petrill. cap. 6. not. 7. num. 10.* ibi, *Aliis Lusitanos omnes humana societate (ne præter Regni fines contrahere possent) pelleremus:* id esset de propria opinione parum curare, cùm graue sit fidem fallere, & promissa non adimplere, *l. 1. in princip. ff. de constit. pecun. l. 1. ff. de pactis*, cum citatis per me *Axiomat. 98. num. 1.* promissi enim adimplementum adeò præcisum leges iudicant, vt dicant nihil esse posse fidei humanæ conuenientius, aut naturali rationi conformius, docent Iurecons. Vlpian. *in d. l. 1. ff. de pactis*, ibi: *Huius edicti æquitas naturalis est, quid enim tam congruum est humanæ fidei, quàm ea, quæ inter eos placuerint, seruare*, & *in d. l. 1. ff. de constit. pecun.* ibi: *Hoc edicto Prætor fauet naturali æquitati, qui constituta ex consensu facta custodit, quoniam graue est fidem fallere*, idem habetur in *l. 1. §. 1. ff. depositi, & in l. non minorem, C. de transaction.* & in multis aliis Iuribus relatis à Roland. *cons. 1. num. 38. lib. 2.* Mendoça *in d. l. 1. de pactis, in princip.* Prateio *in dichalogia cap. 5.* Anton Pichard. *in princip. Instit. de fideicom. hæred.* Valençuela *cons. 1. num. 54. cum seqq.* Iacob. Thoming. *cons. 39. num. 24. lib. 1.* vbi citat Ciceron. *lib. 1. officior.* referentem etymologiam particulæ, *Fides*, quasi fiat, quod dictum est, & sit dictorum factorúmque constantia, & veritas, *& cons. 19. num. 9. cum seqq. lib. 2.* vbi ait, quòd Aristoteles discipulum suum Alexandrum Magnum ad fidei præstationem hisce verbis cohortari solebat. *O Alexander obserua fidem datam, & fœdera confirmata, aliàs malus finis sequetur.*

Nescio quare homines his se credant, qui cùm 13
beneficia aliorum sub obligatione pensionis soluendæ obtineant, postea eadem sibi adeò appropriant, & Sedis Apostolicæ gratia impetrata asserunt, vt inde affirmare audeant se ad nullam pensionis solutionem teneri, aut obligatos esse, reseruationémque fuisse nullam, & subreptitiam, vnde incipit procrastinari, & differri solutio longa lite, Iudice irresoluto, exceptionibus per calumniam oppositis, appellationibus ad superiores interpositis, & demum per vim ad consilia Regia delata causa; quare meritò talibus non esse credendum, nec fidem adhibendam omnes clamant, quia Deo illam non seruarunt, dum sub iuramento resignanti bus promiserunt soluere pensionem, dum Papæ Summo Ecclesiæ Pastori, & Principi se soluturos esse dixerunt, homini à quo beneficia acceperunt, calumnias adstruentes, & alimenta denegantes promissa, hi sunt qui Hispanam nationem inhonorant, propter quos Ioan. Andr. *in proœm. Decretalium*, incau- 14
tè affirmauit Hispanorum morem esse non seruare fidem, vbi hoc idem protulit Bald. *col. 6. vers. Quære si aliqua*, quorum dicta referunt Boër. *decis. 179. num. 8.* & Menoch. *de arbitrar. casu 57. num. 48.* sed 15
nostrorum fidelitatem mirè extollunt Titus Liuius *decad. 4. lib. 4.* Mar. Sicul. *de Hispanor. moribus lib. 4. propè fin.* Ioan. Rendina *de maiest. Princip. in verbo, non armis solùm declaratam, num. 17. cum seqq.* Et ideo Imperatores Romani consueuerunt, fidelitate Hispanorum nota semper apud omnes existente, in custodiam corporum milites Hispanos adhibere iam inde à Iulio, & Augusto Cæsare, vt recensent Sueton. *in August. cap. 49.* Liui. *decad. 3.* & Morales *lib. 9. cap. 41.*

Arbitrantur se vincere si causa ad Regia Tribu- 16
nalia etiam fictæ oppressionis prætextu deferatur, ob summum, quem in illis sperant fauorem consequi, & ob id, quod Regiam (vt illi aiunt) defendunt iurisdictionem, principalem causam iurisdictionalibus controuersiis inuoluunt, & pensionis exactionem impediunt, & executionem obligationis Cameralis retardant. Optarem maximè, vt quando recurrentes huiusmodi Regiam non rectè

implorant

implorant protectionem contra sententias, mandata,& declaratorias litteras, quæ paratam habent executionem, priusquam istis recurrentibus succurratur, summaria saltem informatione constare debeat an bonam foueant causam,visque illis verè, & realiter inferatur, ne sub prætextu huiusmodi tollendæ violentiæ, quæ non extat, alteri damnum inferatur irreparabile, priueturque suo iure sine Iure,vt vsus docet, & experientia compertum est. Quo animo, bonóve, an malo recurrat quis pro prætensa vi sibi illata tollenda,dum à sua possessione se iectum asserit, vel bonis spoliatum vigore alicuius mandati, quod habeat executionem paratam,vel sententiæ,quæ transiuit in rem iudicatam, difficile est percipere, nisi totius negotij cognitio præcedat,quæ laico Iudici non conceditur,iuxta ea, quæ dixi *q.*8.*num.*14.*cum seqq.*& ideo nullum aliud opportunum remedium assignari potest, quàm deprecari, vt res controuersa,siue beneficium, eiusque fructus sub sequestro penes tertium ponantur, quia si recurrens habet bonum ius,bonamque causam fouet,nihil curabit, quod sequestrentur bona huiusmodi, cùm sibi remaneat spes certa ea iterum recuperandi:si verò iure destitutus recurrat, solum prætextu differendæ solutionis,seu vt interim fruatur bonis, in quibus est intrusus, cùm per sequestrum malo huic occurratur, recursui renuntiabit absque dubio,litique cedet,& bonis.

17 Ad vias controuersiarum, & dissensionum penitus intercludendas,& discordiarum occasiones prę-scindendas, quæ super his recursibus inter Ecclesiasticos, & seculares Iudices quotidie apud nos euenire solent, vir quidam insignis necessarium reputabat in Regno Portugaliæ, vt non vnus Iudex, qui dicitur Regiæ Coronæ,causas violentiarum,vt vocant, cum aliis sibi adiunctis per circumferentias tantum terminaret, vt nunc fit; sed quod Tribunal erigeretur cum certo numero Senatorum ad huiusmodi causas specialiter deputatorum, qui eas præhabitis decisionibus,sicut in aliis fieri solet,audito Procuratore Regiæ Coronæ, & Ecclesiasticæ iurisdictionis defensore cum voto,summariè negotium cognoscerent,omni strepitu iudiciali semoto, illudque decernerent, quod in causa iustitiæ consentaneum iudicauerint, & quod omnibus, aut eorum pluribus visum fuerit, illud fieri deprecetur,vt sic Iudices Ecclesiastici & seculares summa sint,vt decet,animorum consensione, & contentiones penitus inter eos extinguantur, quas auertere tenemur exemplo Iustiniani Imperatoris hoc dutè fe-
18 rentis *in auth.vt omnes obediant Iudici,collat. 5.cap.1. in fine,*& summi Pontific. *in cap.1.de appellat.*dicentis cordi sibi esse lites minuere, & laboribus releuare subiectos.*Salus enim Reipublicæ*, vt ait Cicer.
19 *lib.1. de legib. litium multitudine summopere læditur.*
20 Vnde in Regnis Hispaniarum de anno 1625. fuit optimo iure institutum Tribunal competentiarum, expressa consimili causa in litteris eius erectionis, datis sub die 9.Decembris,vt refert D.Mar.Cutelli *in suo patrocinio pro Regia iurisdictione Inquisitoribus Siculis concessa, in princip. num.6. Æquissimum est enim,*vt ait Vlpian.*in l.18. tit.de vsufruct. quasi communi diuidendo iudicium dari, vel stipulatione inter se cauere qualiter fruantur, cur enim ad arma, & rixas procedere patiatur Prætor, quos potest sua iurisdictione componere.* S.Augustin.*de verbis Domini,cap.9.*ita ait, *Pax est securitas mentis, tranquillitas animi, sinceritas cordis,vinculum amoris, consortium charitatis,*&c. Et paulo inferiùs.*Hanc qui perdidit,quærat,qui amisit requirat, quoniam qui in ea non est inuentus à Patre in-*

dicabitur, à Filio exhæredabitur, à Spiritu sancto alienus efficietur: nec ad hæreditatem Dei poterit peruenire, qui testamentum patris voluerit conseruare. Et paulò pòst:*Hæc est, quæ simultates tollit,bella compescit, iras compromit,superbos calcat,humiles eleuat, discordes sedat,inimicos concordat,cunctis est placida, nescit extolli,* &c. Eleganter Cassiodor. *lib.1. epist.1.* ibi: *Oportet nos,clementissime Imperator,pacem quærere, qui causas iracundiæ cognoscimur non habere,quoniam ille moribus obnoxius iam tenetur, qui ad iusta deprehenditur imperatas, omni quippe Regno desiderabilis debet esse tranquilitas,in qua, & populi proficiunt, vtilitas gentium custoditur. Hæc est enim bonarum artium decoramater, hæc mortalium genus reparabili successione multiplicans, facultates protendit, mores excolit, & tantarum rerum ignarus agnoscetur, qui eam minimè quæsisse sentitur,* &c.

Vtrùm Clericus Lusitanus in actu resignationis, seu iurium cessionis possit Romæ per viam contractus se submittere iurisdictioni Auditoris Cameræ Apost. in cuius Tribunali contraxit,& se obligauit de soluenda ibi pensione?

Qvæstio IV.

1 *D.Gabriel Pereira de Castro laudatur.*
2 *Princeps supremus potest inhibere suis subditis ne alieni Principis iurisdictioni subiiciantur.*
3 *Barones possunt suis inhibere vasallis ne suam in alium iurisdictionem prorogent.*
4 *Clericus Lusitanus potest Romæ in actu resignationis contrahendo se submittere iurisdictioni Auditoris Cameræ de soluenda ibi pensione.*
5 *D.Petri Barbosæ doctrina in terminis refertur.*
6 *Prorogatio necessaria non fit de consensu, & voluntate contrahentis, sed auctoritate legis,quæ illam inducit.*
7 *Lege permittente,& inducente,quod sit dicitur iustè,& bene fieri.*
8 *Papa non potest vocari Princeps alienus, sed proprius omnium,& maximè Clericorum.*
9 *Papa cùm habeat pro Diœcesi totum Orbem, Crucem vbique terrarum ante se defert.*
10 *Papa semper,& vbique pallio vtitur.*
11 *Roma est patria communis omnium.*
12 *Auditor Cameræ omnibus contrahentibus in forma Cameræ est Iudex competens.*
13 *Clericus non potest opponere Auditori Cameræ exceptionem incompetentiæ fori.*
14 *Laicus non potest de iure Lusitano prorogare iurisdictionem Iudicis Ecclesiastici.*

15 *Iudex loci contractus potest cognoscere de illius adimplemento inter contrahentes ac si fuissent verè, & realiter sui subditi.*

16 *Pro responsione obiectionum ad alium locum se remittit Auctor.*

1 DOCTOR Gabriel Pereira, & Castro Senator Regius meritissimus, vir in omni scientiarum genere apprimè versatus; *in suo tract. de manu Regia, p. 2. cap. 35. num.* ..plures rationes con-
2 gerit, quibus supremus Princeps innixus, potest suis subditis iubere ne alieni Principis iurisdictioni se subiiciant, eius autem verba sunt, quæ sequuntur. *Consideratur enim in tali prorogatione ipsius Principis præiudicium dum sui subditi alterius Imperio se submittunt, ex quo Coronæ Regiæ per indirectum potest præiudicium gigni, dum tales subditi alienum Regem adeunt pro iustitiâ consequenda, quòd in dedecus Regis naturalis redundat, qui subditis ius reddere tenetur, & patrimonia ciuium exhauriuntur dum ad lites prosequendas aliena Tribunalia frequentarent; & insuper esset occasio, vt subditi Regibus obsequium aliquando denegarent contra Reges vicinos, apud quos eorum negotia pendebant indecisa; quare vt iis, & aliis, quæ considerari possunt, occurratur, iustissimè introductum est ne exteri Principis iurisdictio prorogari possit*, &c.

3 Ex quibus rationibus colligitur posse Barones suis inhibere vasallis ne suam in alium iurisdictionem prorogent, vt ex Afflict. Octauian. Frecc. & aliis, tradit D. Barbosa *ad l. . art. 3. num. 145. ff. de iudic.* immo id eisdem prohiberi vasallis tenent Afflict. *in cap. Imperialem, §. præterea, num. 24. & 25. de prob. feudi alienat.* per Federic. Abb. *in cap. ex transmissa notab. 1. de foro compet.* Capic. *decis. 9. num. 15.* Otalor. *de nobilit. part. 3. cap. 9. num. 13.* Sesse *de inhibit. cap. 9. §. 3. num. 3.* quo fundamento existimauit B. non posse Romæ in actu resignationis, seu iurium cessionis huiusmodi per viam contractus se submittere iurisdictioni Auditoris Cameræ, in cuius Tribunali contraxit, in Regis naturalis, & proptij Ordinarij præiudicium.

4 His tamen non obstantibus in principali quæstione pars affirmatiua est tenenda, videlicet posse Clericum Lusitanum Romæ in actu resignationis contrahendo se submittere iurisdictioni Auditoris Cameræ Apost. de soluenda ibi pensione, quia prorogatio iurisdictionis alieni Iudicis, vigore contractus facta est consequutiua necessaria, & accessoria ipsi contractui, & non voluntaria, quo casu non intrat consideratio D. Gabrielis Pereira, nec ista hoc casu prohibetur, vt in propriis terminis eleganter, vt solet, aduertit D. Petrus Barbosa *in d.l. . ff. de iudic. art. 3. num. 172.* his
5 verbis, *Item valere posse* (prorogationem scilicet) *si contractus sit celebratus extra Regnum, nam tunc valebit prorogatio facta in Iudicem contractus, etsi in extraneo Regno iurisdictionem habeat.* Et sic communiter obseruatur. Magis in nostris terminis Mar. Cutelli *in Codice legum Siculorum ad leg. Petri II. cap. 6. not. 7. num. 6 cum seqq. pag. 298. & 299.*

6 Ratio huius resolutionis est, quia hæc prorogatio, quam diximus necessariam, non fit de consensu, & voluntate contrahentis, sed auctoritate legis quæ illam inducit, vt per text. *in cap. dilectis, de foro comp.* resoluunt Rip. *in d. cap. 1. num. 68. de iudic.*
7 Couarr. *practic. cap. 19. num. 5. vers. Nono.* Lege enim permittente, & inducente, quod fit dicitur iustè & benè fieri, *l. si quis sit fugitiuus, §. apud Labeonem, ff. de ædilit. edicto, cap. quod dicam 14. quæst. 4.*

Accedit, quia dictus B. se submisit iurisdictio- 8
ni, compulsioni, condemnationi, sententiis, iuribus, & censuris, ac mero examini Domini nostri Papæ, ipsiusque Cameratij, necnon Curiæ causarum Cameræ Apost. generalis Auditoris, &c. vt constat ex eius obligatione, de qua *in proœmio num. 16.* Vnde respectu omnium, & maximè Clericorum non potest Papa vocari Princeps alienus, cum sit Ordinarius Ordinariorum, & Episcopus vniuersalis Ecclesiæ, ac habeat pro Diœcesi totum Orbem, vt suprà probauimus *quæst. 3. num. 11.* Ob quam rationem Crucem vbique terra- 9
rum ante se defert, quam tamen Patriarchæ, & Metropolitani, ac Apostolicæ Sedis Legati in suis tantum prouinciis ante se ferunt, *cap. antiqua. de priuileg.* vbi *in collect. num. 4.* plures citaui Doctores. Hinc etiam Pallio, quo Patriarchis, & Archie- 10
piscopis in solis Missarum solemniis, & in suis Ecclesiis dumtaxat vti licet, solus semper vtitur, & vbique, *cap. ad honorem, de auctorit. & vsu Pallij*, Henriq. *in summ. lib. 10. cap. 31. in princip.* Lotter. *de re benefic. lib. 1. q. 22. num. 20. & 21.* Illustriss. D. Roder. à Cunha *in comment. ad cap. Pallium 6. num. 2. distinct. 100.* Ego ipse *de iure Ecclesiastico, lib. 1. cap. 2. num. 76.* Nec etiam Roma potest dici 11
extranea cùm sit communis omnium patria, gloss. *verb. contra in cap. fin. de foro comp.* Mandos. *in reg. 20. Cancel. quæst. 10. num. 2.* Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarch. Sedium erect. cap. 16. num. 26.* cum aliis per me citatis infrà *q. 6. num. 57.* Mari. Cutelli *vbi suprà num. 10.* ibi, *Roma enim cunctorum diœcesis est, Pontifex verò summus omnium Pastor, cap. cuncta per mundum 9. q. 3. &c.* Sigism. Scacc. *de iudic. lib. 1. cap. 66. num. 24.*

Vnde fit vt eandem potestatem respectu Cle- 12
ricorum habeant Papæ officiales, & vicem eius gerentes in Romana Curia, & maximè vbi adest obligatio Cameralis, provt in casu nostro, quia tunc Auditor Cameræ omnibus taliter contrahentibus, & maximè Clericis est Iudex competens, vt benè resoluunt Massa *ad formam Cameræ quæst. 1. part. 2. num. 3. & 4.* Vestr. *in pract. lib. 2. cap. 4. num. 4. & 6.* Erasm. à Cochier *de iurisdict. Ordinar. in exemptos part. 2. quæst. 46. num. 7.* Rot. *decis. 52. num 1. part. 1. recentiss.* Et ideò Clericus 13
non potest illi opponere exceptionem incompetentiæ fori, vt benè notant Mandoz. *de inhib. q. 93. num. 5.* Surd. *cons. 280. num. 13.* Zachi. *de obligat. Camerali q. 7. num. 3.* nam obligatus in forma Cameræ potest vbique conueniri. Vestr. *in praxi lib. 2. cap. 4. num. 4. in fine, & seq.* Thesaur. *decis. 26. sub num. 13. vers. Sed alia additur clausula.* Marc. Anton. de Amatis *decis. 81. num. 2.* Rota apud Zachi. *post tract. de obligat. Camer. decis. 78. num. 6.* optimè Surd. *cons. 280. num. 12. in fine vol. 2.* ibi, *Sed quia ipse D. Forestus obligauit se, & sua in forma Camerali pro solutione dictorum aureorum quadraginta mille, cuius obligationis vigore conueniri potest coram quocumque Iudice, & in quocumque foro, quia obligatio Cameralis inter alia cõtinet renunciationem fori, proindeque sic obligatus potest vbique locorum conueniri*, &c.

Qua sententia retenta non obstant Doctores, quos 14
suprà citaui *n. 2. & 3.* quia non loquuntur de Clericis, sed de vasallis laicis, & subditis Principum secularium, & ita intelliguntur secundùm Iura quæ allegant, nam Lusitani nostri ad sui intenti cõprobationem adducunt Ordin. Regiam *lib. 2. tit. 1. §. 14.* quæ iubet non posse laicum prorogare iurisdictionem

nem Iudicis Eccleſiaſtici, & ſic illam interpretatur D.Gabriel Pereira *de manu Regia part.1.cap.9.n.13.* ibi : *Illa lex Regia*(ſcilicet in d.§.14.) *procedit inter laicos, qui alios ſeculares vocant ad iudicium Eccleſiæ.* Caſtellani verò fundantur in ſimili, *l.3.tit.1.lib.3. Ordin.* quæ idem ſtatuit, & ad eundem tendit effectum.

Hæc poſt primam & ſecundam huius tract.impreſſionem optimè conſiderauit D. Mari.Cutelli *in Codice legum Sicul. ad l.Petri II. cap.6.not.7.n.11. & 12.pag.299.* ibi, *Nam quod ſpectat ad præiudicium ſecularium Principum videtur abſolutum in conſiderationem non venire, vbi de perſonis eccleſiaſtici Ordinis agatur,illi namque, vt ex Bart.probauimus in controu. 3.num.46. adeò plenam proprij ſtatus mutationem aſſequuntur,vt Ordinibus ſuffulti,iam non priſtini territorij ſint,ac ſi originis, & domicilij, quoad iudicialia, forum mutaſſent. Quamobrem quod Pereira præmiſſo tract. p.2.c.35.num.2. concludit ne poſſint ſubditi alienum Regem vt ſibi ius dicant,eligere,ex rationibus,quas ſapienter conduxit, extraneum eſt ab eo,de quo quæritur, nam id Reges in ſuos ſubditos, quibus imperant, iure optimo conſtituunt, vt nos ſæpius firmauimus ſupra nota 6. at quoad Clericos ſecus eſt;ibi enim non alienum Regem,ſed proprium ſuperiorem adeunt qui Summus eſt Pontifex, cuius vices Auditor Cameræ ſuſtinet, in his,quæ ad Cameram ſpectant, quales ſunt executiones huiuſmodi inſtrumentorum,&c.*

15 Et in omni euentu illæ leges non loquuntur quando prorogatio eſt neceſſaria, quæ per ſe fit ratione contractus, quia hoc caſu poteſt Iudex loci vbi celebratus fuit contractus, cognoſcere de illius adimplemento inter contrahentes, ac ſi fuiſſent verè,& realiter ſui ſubditi, & ab eodem loco oriundi,ſeu domiciliarij,ita Marian.Socin.*in d.cap. dilecti, num. 23. de foro comp.* & Panorm. *in cap.fin. num.36. eod.tit.* quos refert & ſequitur D. Barboſa *in l.hæres abſens,§.1.num.7. ff.de iudic.* benè Salgado *de Regia protect. tom.1.part.2. cap.17. num.6.* iunctis adductis infrà *q.6.num.28.*

16 Non etiam obſtat alia *Ordinatio Luſitana lib.2. tit.13.§ 1.* ibi : *Nen impetren Iuizes Apoſtolicos fora de noſſos Reynos*, quia de illius intellectu particulariter agendum eſt, *quæſt.6.num.22.cum ſeqq.* Necnon de Breue Iulij III. latè agemus ibidem *num. 31.cum ſeqq.* Ac de *Concilio Trident.ſeſſ.24. de reformat.cap.20.*eodem loco *num.2.cum ſequent.* quæ Iura mihi obiiciunt aduerſarij, ſed non ſolum minimè probant eorum intentum, ſed etiam,ſi benè expendantur,contrarium ex illis deſumitur argumentum,vt ex adductis *d.q.6.*apertè colligitur.

Nec denique obſtarent omnia ea,quæ ex aduerſo adducuntur ad mentem Pontificum impiè peruertendam, & illorum auctoritatem labefactandã, de quibus in præſenti agere iuſtis de cauſis non cõuenit;eſſet enim facta per illum,qui à nemine iudicatur, ſyndicare ; nulli enim licet dicere Principi cuilibet ſuperiorem non recognoſcenti,cur ita facis,iuxta doctrinam Baldi *in prælud.feudorum, & in l.fin.C. ſentent. reſcind.non poſ.*& fuit dictum originale Specul.*in tit.de legatis, §.nunc oſtendendum,verſ.* 85.per text.*in cap.quamuis,iuncta gloſſ.ibi verbo Deo, de pœnit.diſt.1.cap.in memoriam 19.diſt. & in l. diſputare,C.de crimine ſacrileg.*ibi,*diſputare de principal.iudicio non oportet ſacrilegij enim inſtar,eſt dubitare an is dignus ſit,quem elegerit Imperator*, quia,vt inquit idẽ Bald.*in cap.Eccleſia,col.pen.vt lite pend.*cùm Princeps ſit cauſa cauſarum,non eſt de eius poteſtate inquirendum,cum primæ cauſæ nulla ſit cauſa, & illud quod primum eſt, aliud ante ſe habere non poteſt,

iunctis aliis,quæ vltra ſcribentes in eiſdem Iuribus tradunt Anton. de Butrio *in cap.2. num.60.de tranſlat.Præl.*Petr.Rauena *ſing.813.* Gregor. Lopez, per text. ibi *in l.11.tit.18. part.3.* Franc. de Curte *inter conſilia Murtianeſij conſ. 10. num. 6.* Mich.de Añinon. *in tract.de vnitate ouilis, cap.23. num.7.* Ferdinand.Mendoça *lib.1.diſput.de pactis cap.1.*Modit. *in §.Principum placita dub.33.ex num.2.*Annæ.Robert. *lib.2. rerum iudic. cap.11.* Valençuela *in monit.contra Venetos, part.5. num.146.* In omnibus gratioſis,aut à iure poſitiuo prouenientibus ſola voluntas Principis pro iuſta habetur cauſa, vt per gloſſ.& Bart. *in l.relegati,ff.de pœnis, cap.cùm à nobis,in fine, de teſtib.* Abb.*in cap.niſi ſpeciali,de offic.deleg.* Bald.*in l.reſcripta num.9.C.de precibus Imp.offer. & conſ.333. in princip. lib.* 1. vbi ait quòd quodlibet motiuum etiam leue habetur pro iuſta cauſa,Alexand. *conſ.2. num.10.vol.1.* Iaſ.*conſ.236.vol.1.* Pariſ. *conſ.5.n.125.* Menoch.*de præſumpt. lib.2.præſ.10.* Rodolphin. *de poteſtate Principum, cap.6. num.203.* & alij relati à Modit.*vbi ſuprà num.8.* Valençuela *conſ.4.num.122. pag.44.* Cornel. Tacit. *lib.6. annal.* ibi : *Non eſt noſtrum æſtimare,Cæſar,quem ſupra cæteros, & quibus de cauſis extollas. Tibi ſummum rerum iudicium Dij dedere,nobis obſequij gloria relicta eſt.* Vnde in ſimili Virgilius *lib.2.eÆneid.*

——Tuum ô Regina quid optes
Explorare labor,mihi iuſſa capeſſere fas eſt.

Vtrùm Clericus Romæ penſionem ſoluere promittens per viam contractus cum expreſſa proprij fori renunciatione poſſit pro eius ſolutione illic deſtinata in propria, vel Procuratoris perſona conueniri quamuis ibi non inueniatur?

Qvæstio V.

1 *Contractus ratione in aliquo loco celebrati acquirit contrahens forum in eo.*

2 Cap.Romana 1.§.contrahentes,de foro comp. lib.6. *declarat poſſe quem in loco contractus conueniri ſi ibi inueniatur.*

3 *Contractus in loco conueniri poteſt contrahens etiamſi in eo non inueniatur quando iurauit ibi ſoluere, & renuntiauit proprio foro.*

4 D. Petri Barboſæ *elegans ſententia refertur.*

5 *Idem de Clerico loquens tenet.*

6 *Renuntians proprio foro poteſt conueniri vbicumque.*

7 *Iuramentum adſtringit iurantem ad factum præciſum.*

8 *Contractus locus non dicitur ille in quo tranſmittuntur litteræ, ſeu nuntius, ſed ille in quo conſenſus coniunguntur.*

9 Ordinatio Regia Lusitana lib. 3. tit.6. §.2.*expenditur.*

10 *Contrahens in Regno extraneo ligatur statutis illius Regni, in quo contraxit.*

11 *Contractus semper regulatur secundum leges, & constitutiones loci, in quo celebratus fuit.*

12 *Quando tractatur de forma, & solemnitate actus extra proprium territorium gesti, non tattendunur statuta loci à quo originem ducunt contrahentes, sed vbi contractus fuit celebratus.*

13 *Contractus ratione tenetur quis etiam extraneus præcisè seruare solemnitates loci, in quo contraxit.*

14 *Auditor Cameræ potest procedere contra obligatum in suo Tribunali in forma Cameræ etiam absentem per audientiam contradictarum.*

15 *Auditor Cameræ excommunicat absentem quoties virtute obligationis Cameralis procedit contra illum.*

16 *Romanæ Curiæ stylus facit ius.*

17 *Auditor Cameræ habet in mandatis amplissimam facultatem cognoscendi de omnibus contractibus Camerali obligatione vallatis.*

18 *Actiones omnes sunt introductæ à Iure Ciuili.*

19 *Obligationis Cameralis forma habet vim sententiæ.*

20 *Executiuè proceditur contra debitores obligatos in forma Cameræ.*

21 *Obligatio Cameralis habet executionem paratam.*

22 *Contrahentes possunt facere, quod exinde nullus ordo iudiciarius inter eos obseruetur.*

23 *Pactum, & conuentio adhibendi omnimodam fidem ipsismet, & solis litigatoribus valet.*

24 *Probatio tantum admittitur ad impediendam executionem alicuius instrumenti liquidi, si incontinenti fiat, & non aliàs.*

25 *Iudex Ecclesiasticus obligationis Cameralis executor nullam vim facit exequendo appellatione remota.*

26 *Obligatio Cameralis ex quibus componatur, eleganter ostenditur.*

27 *Obligatio Cameralis actiuè, & passiuè transit in hæredes obligantis, non autem obligati.*

28 *Fraus à promittente committitur si ad diem, & locum constitutum non soluerit.*

29 *Loci adiectione, & temporis certi constitutione soluere promittens illius lapsa in mora est.*

30 *Dies interpellat pro homine, & constituit in mora.*

31 D.Gabr.Pereira opinio reprobatur; & num.32.cum seqq.

33 *Mandatum exequutiuum, & declaratoriæ litteræ quomodo expediantur contra obligatum in forma Cameræ.*

34 *Non est de essentia iudicij faciendi, quod personaliter vocetur debitor.*

35 *Ad Breue Iulij III. quo loco respondeatur, ostenditur.*

36 D.Gabriel Pereira, *non absolutè reprobat mandata, & declaratorias litteras Auditoris Cameræ.*

37 *Rex primus Lusitaniæ Regij tituli à Sede Apostol. confirmationem obtinuit.*

38 *Rex Ioannis II. sponte renuntiauit iuri retinendi Bullas.*

39 *Itali in Portugalia pensiones obtinent in proprio capite, non sic in aliis Hispaniarum partibus.*

40 *Regiam non amittunt potestatem Ecclesiæ cedentes.*

41 *Regni incrementa deficiunt vbi defectus considerari potest in debita reuerentia, & subiectione Sedis Apostol.*

42 *Viam, quam quisque sibi elegit, sequi debet.*

CERTA, & indubitata est in iure nostro conclusio, quòd ratione contractus in aliquo loco celebrati acquirit contrahens forum in eo, ita probat text. *in cap fin. de foro comp. l.hæres absens, §. proinde, ff. de iudic. l. 32. it. 2. p. 3.* vbi Grogor. Lopez *verb. En aquella tierra*, Gutierr. *de iuram. confirmat. p. 3. cap. 16. à princip.* Cardoso *in praxi iudicum, & aduocat. verb. forus, num. 2.* Ceuall. *commun. contra communes q. 154.* latè Carlaual. *de iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 4. à princ. pag. 85. cum seqq.* D. Barbosa *in d. §. proinde à princip.* vbi eleganter resoluit hoc habere locum in quocumque contractu largè sumpto quatenus significat conuentionem, & non solum quando tractatur de obligatione principali, quæ resultat ex eodem contractu, sed etiam secundariò ad petenda damna, & interesse prouenientia ob non factam solutionem debito tempore. Quæ resolutio procedit etiam in pensionibus, cum propter consensum æquiparentur contractui, vt resoluunt Gig. *de pensionibus q. 99. num. 10.* Achil. *decis. 13. num. 8. de pensionib.* 1

Hanc conclusionem declarat text. *in cap. Romana 1. §. contrahentes, de foro compet. lib. 6.* Procedere quando contrahens inuenitur in loco, in quo contraxit, Paul. de Castro *in d. l. hæres absens, ff. de iudic. num. 8. ibi, & hoc est generaliter verum, etiam de quolibet alio loco, vbi quis sortitur forum alia ratione, quàm domicilij, vt ita demum possit ibi conueniri, si ibi reperiatur,* idem ferè repetit *cons. 413. à num. 4. vers. & posito vol. 2.* Gregor. Lop. *l. 32. gloss. 5. tit. 2. part. 3.* Lap. *alleg. 10. num. 2.* Anton. de Mathæ. *in tractat. de prorogat. iurisdict. num. 75. vers. Quæ omnia procedunt tom. 3. tract. Doctor. part. 1. fol. 126.* Bernard. *reg. 642.* Boër. *decis. 114. num. 1.* Auiles *ad cap. 27. Prator. n. 16.* Cephal. *cons. 263. num. 9. & 10. vol. 2.* Surd. *cons. 168. num. 54.* 2

*num.*54.*vol.*2.VVamef.*conſ.*14.*num.*3 *cent.*1.Parlad. *rerum quotid. lib.* 2. *cap.fin.p.*2. §.1. *num.* 3. Sigiſm. Scacc.*de iudic.lib.*1.*cap.* 40.*num.*6.*& cap.*101. *n.*30. *& de commerc.* §.2.*gloſſ.*5.*num.* 108.*& à num.*194. *& de ſentent.& re iudic.gloſſ.*7.*q.*3. *limit.*4.*num.*107.*cum ſeqq.* & præcipuè *n.*110. 111. *&* 113. *& ſub n.*116. *verſ.ſecundus caſus eſt*, nouiſſimè Carlaual. *de iudic. lib.*1.*tit.*1.*diſp.*2.*q.*4.*n.*218. *cum ſeqq.pag.*110.*in fine.* & Ioſeph. Vela *iuris controuerſi in Hiſpalenſi Senatu tom.*1.*diſſert.*26. *in fine.* Vnde B.in Portugalia commorans allegat ſe non potuiſſe ab Auditore Cameræ Romæ exiſtente condemnari pro adimplemento contractus coram eo geſti,& celebrati,ac proinde mandata, & declaratorias litteras per illum relaxatas executionem non mereri.

3 Verùm hæc dicti B.allegatio caſui noſtro applicari non poteſt, ſed in eo ſecurè tenendum affirmatiuam partem huius quæſtionis, videlicet dictum B.aliumve Clericum Luſitanum contrahentem Romæ cum pacto iurato de ſoluenda ibi penſione, & reſpondendi coram Auditore Cameræ cum expreſſa proprij fori renunciatione (vt in eius obligatione) poſſe Romæ, in loco ſcilicet contractus,conueniri, quamuis ibi non inueniatur,iuxta traditionem *gloſſ.* 2. *in l.*1. *ff.ſi quis in ius vocatus*, quam celebratiſſimam dicit Cou. *pract.cap.*19. *n.*5. *in princip.* Parlad.*d.l.*2.*c.fin. p.*1.§.1. *num.*2. *cum ſeqq.* Sigiſm.Scacc.*de ſentent.& re iudic.gloſſ.*7.*q.*3.*limit.*4. *num.*116. *cum ſeqq.* Coleri. *de proceſſibus execut.p.*2. *c.*1.*num.*50. Antonin. de Amato *reſolut.*33.*num.*19. Gutierr.*de iuramen. confirmat.p.*3.*c.*16.*num.*4.*&* 5. Dec.*in cap.*1.*num.*65.*de iudic.* & ibi Alciat.*num.*63. Alex.*conſ.*39.*num.*4. *lib.*7. quod expreſſa lege Luſitaniæ in fortioribus terminis cautum reperitur *lib.* 3. *tit.* 6. §. 2. cuius verba infra referemus *num.*9.

4 Optimè in his terminis idem reſoluit D.Barboſa *in l.*1.*ff.de iudic.art.*3.*num.*224.ibi: *Quod adeò verum eſt in loco contractus conuenire poſſe etiamſi ibi non inueniatur, dummodo in contractu illo proprio foro renuntiauerit,iuxta traditionẽ* gloſſ.2. *in d.l.*1.*ſup.ſi quis in ius vocatus non ierit.nam cùm hæc renunciatio proprij fori conueniat ad corroborationem fori inducti per legem, vt aliquid operetur,habebit effectum ſupra relatum, etſi non accefſerit voluntas proprij Epiſcopi*, &c.

5 Expreſſiùs de Clerico loquens hoc ipſum tenet idem D.Barboſa *in l.hæres abſens*, §.1.*num.*60.*ff. de iudic.*ibi:*Sed inſiſtendum eſt, quia traditionem* gloſſ.2. in d.l.2. *etiam locum habere in Clerico contrahente, & renuntiante proprio foro defendit* Dec.*hic col.*1.*ad med.* Roger. à Mota *num.*43. Marian. *in d. cap. dilecti, num.* 30. *de foro compet.& in cap.*1. *num.* 68. *de iudic.* &c.

Pulchrè in noſtris terminis Iacob.Gall.*conſil.*25. ferè per tot.& præcipuè *num.*8.*cum ſeqq.* ibi: *Nam licèt Doctores in hoc differentiam conſtituant in foro ratione rei ſitæ,& contractus,tamen loquendo in foro contractus cum renunciatione proprij fori,vt in noſtro caſu, dicunt deſtinantem ſolutionem, vel contrahentem in loco poſſe conueniri etiamſi ibi non reperiatur, ita Roman. ſingul.*285.*vbi ait,quòd licèt regula ſit, quòd in contractibus non habeat locum remiſsio, fallit tamen quando contrahens renuntiauit priuilegio fori, & quando in loco contractus litigare promiſit. in vtraque fallentia nos verſamur,D.Victoria renuntiauit in ampliſsima forma propriis foro, & domicilio, item etiam promiſit litigare coram Regni Tribunalibus: Romani opinionem communem teſtatur Couarr.* practicar. cap. 10. verſ.10. *Licèt ipſe exigat iuramentum, quod nos habemus, & quod ſtante iſta renuntiatione fori proprij, & omnium legum omnino teneatur contrahens reſpondere in loco contractus,dicit Cæpol.*caut.70.*quem ſequitur Laurent. Tinni.*in tractat.cautelar. caut.93. *Quia facta huiuſmodi renuntiatione fori non poteſt amplius declinare forum,Carauita* ritu Neapol.166.num.75.*Marcel.Cala* de modo articulandi, gloſſ. 1. §. 1. num.61. & pulchrè Mandel. *conſ.*785. *num.*7. *Hactenus Iacob. Gallus*, &c.

Nouè Carlaual. *de iudic. lib.*1. *tit.*1. *diſp.* 2. *q.* 4. 6
*num.*219. ibi: *Sublimita primò dictam primam limitationem principalem, vt abſens poſsit conueniri in loco contractus, & ad eum ſit remittendus cum ſe ſubmiſerit Iudici loci contractus cum renunciatione proprij fori.* ita ſenſit gloſſ.*in d.l.*1. *ff.ſi quis in ius vocatus non ierit,verbo pro non dato*; *quæ ſublimitatio celeberrima eſt apud Doctores, & quoniam eſt in iudiciis frequentiſſima, & approbata à lege noſtri Regni, videlicet l.*20.*tit.* 21.*lib.*4. *Recop. &c.* Ripoll. *var.reſol.tom.*1.*cap.*1. *de iuriſdict.omn.Iudic.num.*404. ibi:*Contendi è contrario cauſam in prima inſtantia poſſe euocari in Regia Audientia,motus ex eo,quod aderant Iura meam opinionem confirmantia,*l.omnem obligationem 20. ff.de iudic. *iuncta gloſſ.*verb.obligetur,*& clarius* in auth.vt omnes obediant,§.hæc conſiderantes, *& ibi gloſſ.*verb. pecuniarum, *vbi ratione contractus ſtatuit Imperator poſſe quem in loco contractus conueniri, tum ex eo quod in dictæ venditionis inſtrumento inter clauſulas obligationum reperiebatur clauſula, quod dictus Franciſcus Mare renuntiauerat ſuo proprio foro, ex qua renuntiatione certum eſt poſſe conueniri vbicumque,iuxta doctrinam Bart.*in l.hæres abſens, num.1.col.1.de iudic. *Hanc ſententiam dicunt eſſe communem Marian.Socin. & Couarr.*practicarum quæſt.cap.10.num.5. *Maxi-* 7
*mè vbi dicta renũciatio vallata erat iuramento,ex pluribus fundamentis traditis per Ioan.Gutierr.*de iuram. confir. part.3. cap.19.num.5. *Nam iuramentum adſtringit vacantem ad factum præciſum, ex Gutierr.*dict. cap.16. num.5. verſ. Mihi tamen placet declaratio, &c.

Nec poteſt in dubium reuocari Romam vbi 8
conſenſus præſtitus, & obligatio facta fuit, locum eſse contractus celebrati, ac proinde in eo teneri reſpondere dictum B. non verò in loco vbi fecit mandatum procuræ in perſonam Antonij eius fratris,mandans enim non conuenitur in loco,in quo mandatum fuit exequutioni traditum, vt bene reſoluunt D.Barboſa *in d. l. hæres abſens*, §.*Labeonem*, *num.*26. Sigiſmund. Scaccia *de commerc.& cambiis*, §.11.*gloſſ.*3.*num.*212. ibi, *Explico,vt locus contractus non dicatur ille ex quo tranſmittuntur litteræ, ſeu nuncius,ſed dicatur ille in quo conſenſus coniunguntur.* Sic etiam locus contractus intelligitur ille, in quo facta eſt conuentio, non autem in quo conſcriptum eſt inſtrumentum, quia iſte locus non eſt in conſideratione,Anton Gabr.commun. *lib.*6.*tit.de conſuetud.concl.*2.*num.*15. Cardin.Mantic. *de tacitis & ambig.conuent.lib.*14. *tit.*39. *num.*25. Carlaual.*d.diſp.*2. *q.*5. *num.*281. *pag.* 131. vbi limitat niſi contractus fieret in ſcriptis.

Vnde licèt nonnulli exiſtimauerint contrahen- 9
tem ligari ſtatutis loci à quo originem ducit, & ſic in hoc caſu negotium totum eſse reſoluendum ſecundum leges Portugaliæ, nihilominus tamen ſi illæ attendantur,bene probant intentum noſtrum, & reſolutionem ſupra poſitam, vt patet *lib.*2.*tit.*6. §.2. ibi:*E ſe algun priuilegiado ſe obligar por ſcritura publica, ou que tenha força de ſcritura publica, nos caſos em que ſe illa requere, à reſponder per alguna razaon, ou via a pagar algua diuida em certa villa ou*

lugar, ou perante certo, è declarado Iuiz, poderà ahi por ante elleeſer citado, è demandado, poſto que hy naon ſeia achado, ſem embargo de qualquer priuilegio que em contrario tenha, &c. cuius meminit D. Barboſ. *in d. l. hæres abſens*, §. 1. *num.* 47. & Thom. Valaſc. *allegat. Iuris tom.* 1. *alleg.* 72. *num.* 2. ibi, *Et circa contractus factos per Luſitanos in aliis partibus extra Regnum exiſtentibus, iubentur obſeruari diſpoſitiones Iuris communis. Ordinationes, & conſuetudines earum partium, vbi inſtrumenta, & contractus celebrantur, vt probatur in vtraque Ordin.* §. 1. *ſcilicet lib.* 3. *tit.* 45. *&* 59. &c.

10 Sed dicta Conſtitutione Portugaliæ etiam non extante, vel contrarium ſtatuente, de Iure communi eſt indubitatum contrahentem in Regno extraneo ligari ſtatutis illius Regni in quo contraxit, ex *l. venditor.* § *ſi conſtat. ff. communia præd.* Iafred. Lanfranc. *deciſ.* 376. Camill. Borrell. *in ſam. omnium deciſ. tom.* 1. *tit.* 43. *de foro compet. num.* 107. Brunor. à Sole *in locis commun. verb. forenſis, num.* 5.

11 Semper enim contractus regulatur ſecundùm leges, & conſtitutiones loci in quo celebratus fuit, *l. ſi fundus*, vbi Bart. *ff. de euiction.* Gam. *Luſit. deciſ.* 174. *num.* 2. Oſaſc. *deciſ.* 114. *num. vlt.* Cardin. Mantica *de tacitis, & ambig. conuent. lib.* 14. *tit.* 39. *num.* 14. Melch. Phœbos *Luſitan. deciſ.* 102. *num.* 7. *p.* 2. D. Gabr. Pereira *Luſit. deciſ.* 2. *num.* 8. vbi expreſsè ait, quòd contractus factus a Luſitano extra Regnum debet regulari ſecundùm ſolemnitates loci, vbi celebratus fuit, quem refero *in collect. ad c. vlt. num.* 3. *in fine, de*

12 *foro compet.* Quia quando tractatur de forma, & ſolemnitate actus extrà proprium territorium geſti, non attenduntur ſtatuta loci, à quo originem ducunt contrahentes, ſed vbi contractus fuit celebratus, Bec. *conſ.* 62. *num.* 8. *lib.* 1. Surd. *deciſ.* 129. *num.* 16.

13 *& deciſ.* 197. *per tot.* Et ideo ratione contractus tenetur quis etiam extraneus præcisè ſeruare ſolemnitates loci in quo contraxit, ad notata per Franc. Marc. *Delphin. deciſ.* 279. *vol.* 1. Ioan. Cephal. *conſ.* 171. *num.* 26. *vol.* 2. Camill. Borrell. *d. tit.* 43. *de foro compet. num.* 109. Mari. Antonin. *variarum reſolution. lib.* 2. *reſolut. fin. caſu* 28. eleganter Rota *in Auximana fideicommiſſi* 4. *Maij* 1630. *coram R. P. D. Merlino* ibi: *Et hinc etiam videmus quòd ſi forenſis teſtamentum faciat more Veneto, hoc eſt, minori numero teſtium quàm à iure ſancitum fuerit, teſtamentum tamen ſuſtinetur, & habet executionem etiam reſpectu bonorum extra Statum Venetum, & in quo ius commune, vel aliud municipale ſeruatur, vt per Bart. in l. cunctos populos, num.* 36. 37. *C. de ſumma Trinit. Gabr. de teſtib. concl.* 4. *num.* 1. *Card. Mantic. de coniect. lib.* 6. *tit.* 8. *num.* 14. *Magdalen. de numero teſt. requiſ. p.* 1. *cap.* 2. *num.* 86. *&* 87. *& gerens actum in loco cenſetur tacite ſe accommodaſſe ad contrahendum ſecundum ſtatuta illius loci, cap.* 1. *vbi Anchar. & Innoc. de empt. & vend. Aretin. conſ.* 11. *num.* 5. *Alderan. Maſcard. de ſtat. interp. concl.* 6. *num.* 178. *& illius loci ſolemnitates ſat eſt ſeruaſſe. Bald. in l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. in repet. Lambertenq. de contract. gloſſ.* 2. *verb. mulierum, num.* 43. *in fine, Aretin. conſ.* 73. *num.* 6. *cum ſeqq. Et tenetur etiam forenſis ſeruare ſolemnitates præſcriptas à ſtatuto loci, in quo contrahit, Bart. in d. l. cunctos populos, num.* 25. *Caſtr. num.* 11. *Purpur. num.* 98. *C. de ſum. Trinit. Maſcard. d. concl.* 6. *num.* 22. *cum ſeqq. &c.*

Intellige in his, quæ ſpectant, & pertinent ad ſubſtantiam contractus, vel obligationis, quia tunc ſemper eſt attendendus locus contractus celebrati; ſecus in his, quæ pertinent ad ordinem iudicij, quo caſu inſpicitur locus iudicij, & non contractus, vel inſtrumenti confecti. Ita Roder. Xuar. *in l. poſt rem mancipatam, in declar. leg. Regni, §. circa iudicem, n.* 14. Anton. Gom. *l.* 64. *Tauri, num.* 8. Parlad. *rerum quotid. lib.* 2. *cap. fin. p.* 1. §. 11. *num.* 13. Cancer. *var. reſol. p.* 2. *cap.* 3. *num.* 19. *poſt princ.* Vnde in executiuis attenditur ſtatutum loci vbi petitur executio, cum pertineant ad ordinem iudicij, Auil. *ad c.* 40. *Prætor. in gloſſ. donde ſe hipere*, Roder. Xuar. *d.* §. *circa Iudicem, num.* 22. Borgnin. Caualc. *deciſ.* 10. *num.* 31. *p.* 3. Cancer. *d. c.* 3. *ſub num.* 20. *verſ. quoniam.*

Prædictorum omnium illa videtur eſſe ratio, quam aliis in locis aſſignauimus, quod ſcilicet ratione contractus in alio Regno celebrati efficitur contrahens eo modo ſubditus Iudicis loci illius in quo contraxit, quoad ipſum contractum, quo ipſi ſubſunt proprij originarij, ſeu domiciliarij ſubditi, vt eleganter reſoluunt D. Barboſ. *in d. l. hæres abſens*, §. 1. *num.* 7. & Salgado *de Regia protect. tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 17. *num.* 6.

In Curia autem Romana, in qua celebratus fuit 14
contractus, de quo agitur, nemo ignorat poſſe Auditorem Cameræ procedere contra ibi obligatum vndecumque fuerit, etiamſi eo loci adſit priuilegium ne quis extra fines Regni extrahatur ad alibi litigandum, vt viget in Regnis Germaniæ, Franciæ, & Siciliæ, ex quibus ad Rotam nullæ deferuntur cauſæ; adhuc enim Auditor Cameræ pro exequendis Romæ editis contractibus genuinus, ac ordinarius ius dicens dicetur; ita D. Mari. Cutelli *in ſuo Codice legum Siculorum ad leg. Petri II. cap.* 6. *not.* 7. *num.* 13. *in princ. pag.* 300. & dicit ita quoad ſuos practicari his verbis: *Quo fit vt in Regno Siciliæ, in quo Rex noſter pariter Sedis Apoſt. Legatus eſt, ac ex quo cauſæ nullatenus extrahuntur, in dies tamen ſententiæ Auditoris Cameræ per Ordinarios etiam contra abſentes latæ, vel contra res inibi ſitas exequuntur, vt in cauſa exactionis penſionis contra hæredes Doctoris Flores fauore Petri de Carualhoſa Luſitani, anno* 1630. *apud Archiepiſcopum Panormitanum, ac ipſius Legatum Iudicem ſeruatum vidi: in quo iudicio planum apud omnes fuit abſentem qui penſioni ſe abdixerat, condemnari, ac cenſoris ſubitici potuiſſe, attento Romanæ Curiæ more, citato abſente per edictum*, &c. Poteſt enim abſens per audientiam contradictarum vocari, provt refert Saluſt. Tiber. *lib.* 1. *cap* 11. & cenſuit Rota *in Romana, ſeu Bracharen. pecuniaria* 2. *Decembris* 1594. *coram Orano*, impreſſa per Zachiam *de obligation. Camerali* 115. *num.* 7. vbi cùm Antonius Lopez Cantor Eccleſiæ Bracharenſis eſſet obligatus in forma Cameræ ad ſoluendam Romæ certam pecuniarum ſummam, & ob non ſolutionem factam præcedente citatione per contradictas fuiſſet declaratus excommunicatus, ac de validitate excommunicationis ageretur, Rota tenuit pro eius validitate, eo quòd vigore obligationis Cameralis tribuatur Auditori Cameræ facultas procedendi per audientiam contradictarum abſque eo, quòd dictus Cantor principalis ſemel perſonaliter, vel domi ad iudicium vocaretur.

Et nouiſſimè eadem Rota *in Elboren. fructuum* 15
17. *Nouembris* 1629. *coram R. P. D. Queipo*, tunc meritiſſimo Rotæ Auditore, nunc Valiſſoletano Præſide, hoc idem cenſuit his verbis: *Cum Hieronymus de Gouuea Canonicus Elboren. propter debita Romæ contracta ſub obligatione Camerali Auditore Cameræ excommunicaretur, & per affixionem cedulonum declaratus fuiſſet, & à Capitulo Elboren. ab ingreſſu Eccleſiæ, & a perceptione fructuum, & diſtributionum excluderetur, ad Collectorem Apoſtolicum Regni Portugaliæ recurſum habuit, qui Auditori ſuo cauſam commiſit, & ab eo dictus Hieronymus ſententiam fauorabilem reportauit, nempe condemnantem dictum Capitulum*

ad

ad restitutionem prædictarum distributionum, & fructuum, vt latius in dicta sententia, à qua sententia dictum Capitulum Elboren. appellauit, & mihi commissa causa proposui dubium. An præfata sententia Auditoris esset confirmanda? & Domini negatiuè responderunt, tum propter eius nullitatem, quia Collector Apostolicus non est superior Auditore Cameræ, tum propter eius iniustitiam, nam de legitima excommunicatione dicti Hieronymi apparet ex stylo Curiæ quoties virtute obligationis Cameralis proceditur contra absentem, &c. Quæ quidem decisio, & sententia eius vigore lata fuit ab eadem sacra Rota confirmata *in alia Elboren. participationis fructuum, & distributionum* 14. *Maij* 1631. *coram R. P. D. Ghislerio*, & reperiuntur impressæ apud Franciscum Ripam *in fine sui tractatus de simonia.*

16 Prædictus Romanæ Curiæ stylus, qui facit Ius, *cap. ex litteris, de constitut.* Cald. Pereira *quæst. forens. lib. 2. quæst. 38. num. 2.* Nicol. Garcia *de benefic. part. 1. cap 5. num. 23. & 87.* lege, & ratione fundatur.

17 Lege, quia Auditor Cameræ habet in mandatis amplissimam hanc facultatem à Summis Pontificibus concessam, & principaliter à Paulo V. *in sua constitut. 28. aliàs 20. Bullarij noui*, incip. *Eximiæ §. 2. & 20. sub datum Romæ apud sanctum*

18 *Marcum, Kalend. Octobris* 1606. Nec mirum, quia cùm omnes actiones introductæ sint à lege Ciuili, *l. 2. §. deinde, & §. exactis, ff. de origine Iuris*, proindeque sint positæ in mera, & absoluta potestate Principis, *l. vltim. C. si contra Ius, vel vtil publ.* in illis denegandis, vel concedendis sufficit sola eiusdem Principis voluntas cum generali clausula derogatoria obstantiarum, Doctores *in l. cùm hæredes 23. in princip. ff. ac acquirend. possess.* Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæst. 40. num. 224.* cuius quidem voluntatis satis est nobis constare, siquidem de eius potestate non licet dubitare. Felin. *in cap. quia in Ecclesiarum, num. 60. & sequent. de constitut.* Alexand. *cons. 92. num. 35. lib. 6.* Ne videamur alias supremi Principis potestatem in dubium reuocare, de qua haud disputare licet; Gozadin. *cons. 92. num. 17.* Duen. *reg. 43. fallent. 5.* Beroi. *cons. 367. num. 8. & cons. 393. num. 5.* Bec. *cons. 56. num. 51. vol.* .

19 Ratione pariter fundatur prædictus stylus, quia efficacia, & prærogatiua obligationis Cameralis, & modus procedendi in illa tota consistit in eius forma, quæ habet vim sententiæ, Anton. Fab. *ad lib. 7. Codicis tit. 26. de appellat. definit. 33. num. 9.* quem refert Lotter. *dict. lib. 1. quæst. 40. num. 249.* D. Gabriel Pereira *de manu Regia part. 1. cap. 9. n. 6.* Sesse Aragon. *decis. 40. num. 3.* Et continet iudicialem confessionem, Vestr. *in praxi Rom. Cur. lib. 7. cap. 3. sub num. 17.* Marches. *de commission. part.*

20 *1. §. 1. num. 44. pag. 696.* Et ideò contra debitores obligatos in forma Cameræ proceditur executiuè, Ceuall. *de cognit. per viam violentiæ, part. 1. quæst. 135. num. 1.* Mantic. *decis. 240. num. 1.* D. Gabr. Pereira *d. cap. 8. num. 6.* Rot. *decis. 126. num. 1. part. 1. recentissimar.* Et sic sine libello. Marant. *de ordine iudic. part. 4. distinct. 9. num. 4.* Roman. *cons. 142. num. 1.* Rot. *in Firmana pensionis 23. Ianuar. 1627. coram R. P. D. Duran.* etiam quòd in instrumento non adsit obligatio Cameralis, Gales. *de obligat. Camer. 3. part. quæst. 4. in fine;* Thesaur. *decis. 26. num. 6.* Rot. *decis. 601. num. 2.*

21 *part. 1. recentiss.* Obligatio enim Cameralis habet executionem paratam, Hieron. Gabr. *cons. 67. n. 17. lib. 1.* Gales. *ad formam obligat. Cameral. part. 1. quæst. 20. num. 11. & 18.* Rot. *decis. 608. num. 4. & decis. 585. num. 1. part. 1. recentissim.* & apud Zachi. *decis. 12. num. 1. & decis. 70. num. 2. & decis. 98. num. 1. & decis. 118. num. 5. & decis. 155. num. 1.* Maximè in- 22 terueniente consensu, & voluntate contrahentium, qui possunt inter se concordiam facere, quod exinde nullus ordo iudiciarius inter ipsos obseruetur, iuxta doctrinam gloss. *verb. illustrium propè fin. in cap. fin de sentent. & re iudic. lib 6.* & Abb. *in cap. de causis, num. 8. de offic. deleg.* iunctis traditis per Valasc. *tom. 2. consult. 173. num. 5.* Et valet pactum, 23 & conuentio adhibendi omnimodam fidem ipsimet, & solis litigatoribus, vt per Cou. *lib. 2. var. cap. 13. num. 2.* Anguian. *de legibus lib. 3. controuers. 18. num. 4.*

Non debet igitur B. hoc amarè ferre, nec con- 24 queri, quòd executiuè procedatur contra ipsum, tum ex dictis, tum etiam, quia idem ferè obseruatur in Regno Portugaliæ dum per assignationem decendij proceditur ad debiti exactionem quando petitur vigore instrumenti, aut chirographi liquidi, & illo termino debet obligatus probare perfectè exceptiones oppositas contra instrumentum debiti, quo elapso si illæ contineant materiam releuantem, sed probari intra illud tempus non potuerunt, Iudex condemnabit debitorem, & exceptiones oppositas admittet, sententiam tamen præfatam executioni mandabit appellatione quacumque non obstante, vt est dispositum *in Ordin. Regia, l b. 3. tit. 25. in princip. & §. 1.* Qui terminus decem dierum habitus fuit pro breui, ita vt probatio intra illum facta dici possit incontinenti fieri, quæ tantum admittitur ad impediendam executionem alicuius instrumenti liquidi, & Cameralis obligationis, seu garentigiæ. Rebuff. *ad leges Galliæ, titul. de litteris obligat. artic. 1. gloss. 9. num. 18.* Reinoso *obseruat. 45. num. 49.* Licèt circumscripto speciali iure illius Regni non esset dicenda incontinenti facta probatio, nisi habeatur instrumentum præ manibus, illudque offeratur, & ostendatur sine alia dilatione, Dec. *cons. 424. volum. 2.* Tiraquell. *in l. si vnquam, verb. libertis, num. 15. & de retractu lign. §. 2. gloss. 1. ex num. 20.* Reinoso *de obseruat. 45. num. 13.*

Hinc fit Iudicem Ecclesiasticum obligationis 25 Cameralis executorem nullam vim facere exequendo appellatione remota, vt bene resoluit Ceuall. *de cognitione per viam violentiæ, part. 2.* 26 *quæst. 135.* ibi: *Quia licèt obligatio Cameralis non habeat paratam executionem vigore alicuius statuti, vel consuetudinis, exequitur tamen obligatio, quia componitur ex materia, quæ de Iure Ciuili est exclusiua appellationis. Primò componitur ex confessione iudiciali debitoris, & deinde ex præcepto facto contra ipsum debitorem confessum. Secundò componitur ex susceptione præcepti ad soluendum. Tertiò, ex susceptione censurarum, & mandati executiui, vnde sic obligatus habetur ac si esset iudicialiter confessus, vel de debito constaret per rem iudicatam, vt tradit, Hieronym. Gabr.* cons. 67. num. 8. lib. 1. *Quartò componitur ex pacto, & expressa renunciatione, qua debitor iureiurando promittit, & renuntiat appellationi, & iuri appelllandi, quod pactum excludit appellationem, vt docet Paul. de Castro* in l. post rem iudicatam, num. 2. ff. de re iudic. *Ex quibus constat Iudicem executorem non facere vim exequendo appellatione remota, &c.*

Ex dictis etiam colligitur nullam vim fieri 27

si

ſi non vocetur obligatus in forma Cameræ, nec perſonaliter citetur, cùm non poſſit ſine fraude manifeſta ſuæ obligationis ignorantiam allegare, quia licèt actiuè, & paſſiuè tranſeat in hæredes obligantis, non ideò tranſit in hæredes obligati, vt
28 cenſuit Rot. *deciſ.* 647. *num.* 1. *p.* 2. *recentiſſ.* Fraus ſiquidem à promittente committitur ſi ad diem, & locum conſtitutum non ſoluerit, & ſoluturus debitam quantitatem non acceſſerit, idcirco præſens iudicatur, vt ille qui dolo deſiit poſſidere, *l. is, qui dolo, l. ſin autem.* § 1. *ff. de rei vend.* Duen. *reg.* 514. *fallent.* 15. Cou. *practic. cap.* 10. *num.* 5. *verſ. Decimotertiò,*
29 Franc. Molin. *de brachio Regio, cap.* 32. *num.* 2. Nam loci adiectione, & temporis certi conſtitutione ſoluere promittens illius lapſu in mora eſt, *l. magnam, C. de contrah. & committ. ſtipul.* Potti. *commun. lib.* 4.
30 *reg.* 23. Rot. Genuenſ. *deciſ.* 150. *num.* 1. Dies enim interpellat pro homine, & conſtituit debitorem in mora, *d. l. magnam, cap. potuit, in fine de locato,* Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 42. *à num.* 115. *& deciſ.* 57. *num.* 7. Maſcard. *de probat. concl.* 1066. *num.* 19. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 579. *num.* 12.

31 Ex quibus omnibus, & aliis quæſtione præcedenti adductis apertè conuincitur opinio D. Gabrielis Pereira, viri alias doctiſſimi *in tract. de manu Regia, part.* 1. *cap.* 9. *num.* 10. *cum ſeqq.* dum probare intendit vim fieri Clerico, qui cum eſſet in Luſitania, excommunicatus fuit Romæ ob non ſolutionem penſionis, ex eo ſolùm quia reperiebatur in forma Cameræ obligatus, & in hanc prorupit ſententiam. *Hæc quidem attento Iure procedunt, & propius ad noſtras leges Regias accedendo adhuc vltimus labor ſupereſt circa caſum, qui quotidie in manibus Senatorum incidit, quando præhabita Camerali obligatione pro penſione Romæ ſoluenda, Clericus, qui in hoc Regno eſt, excommunicatur, quòd tempore ſtatuto non ſoluerit, an à tali executore pateat querela ad Regem, quando nulla ex his cauſis opponatur, quas diximus executionem ſuſpendere. Et primò excommunicationem obſtat, quòd Clericus in eo caſu prorogat iuriſdictionem alieni Iudicis, quod fieri non poteſt ſine proprij Epiſcopi conſenſu, cap. ſignificaſti, de foro compet. adeò vt nec laicus in caſibus mixti fori præiudicare prorogando queat proprio Epiſcopo, vt communiter receptum eſt contra diſtinctionem Butrij. Deinde dubitari poteſt an valeat pactum, quod à Iudice etiam competenti poſſit ſic obligatus excommunicari non præcedente monitione, citatione, & contumacia,* & c.

32 Sed vir iſte doctiſſimus hallucinatus eſt, ad ſuamque ſententiam comprobandam tria adducit fundamenta, quæ in Iure non ſubſiſtunt, à veritateque penitus aliena ſunt; in primis ait hoc caſu Clericum prorogare iuriſdictionem Iudicis alieni ſine conſenſu proprij Epiſcopi, quod exiſtimat in his terminis non eſſe licitum per *cap. ſignificaſti, de foro comp.* Sed hoc fundamentum non applicatur prorogationi huiuſmodi, de qua agimus ex latè adductis ſupra *quæſt.* 3. *per totum.*

33 Secundò, ſuamque quoque fundat opinionem in eo, quòd ſic obligatus excommunicatur nulla præcedente monitione, citatione, & contumacia, & ſic concludit. *Hoc caſu ab initio ſuſcipitur obligatio cum illa cenſura, & amplius non citatur debitor, vt conſtituatur in contumacia, neque ad videndum ſe excommunicari, quo caſu nemo ambigit obſtare,* cap. 1. Romana, de appellat. in 6. *quod non patitur pro futura culpa quem excommunicari poſſe.*

At dictum hoc non conſiſtit in facto, immò euidenter contradicit ſtylo Romanæ Curiæ, quia quando agitur de exigendo debito ſub obligatione Camerali contracto, aut pro illo relaxantur declaratoriæ litteræ, praxis & ſtylus illius Curiæ habet, vt citationes fiant in iudicio contradictarum ibi principali, aut eius legitimo Procuratore non exiſtente: & ſic expeditur mandatum exequutiuum contra debitorem, quod conſignatur miniſtris iuſtitiæ ad faciendam executionem perſonalem, ſeu realem in bonis condemnati quatenus eo in loco reperiantur, & relatione per eum facta in ſcriptis quatenus ibi nulla bona inueniri potuerunt, nec perſoualis exequutio fieri potuit, tunc præuiis aliis tribus citationibus per contradictas diuerſis temporibus factis loco monitionis Canonicæ prima pro prima, ſecunda pro ſecunda, & tertia pro tertia, debitor in Iuris ſubſidium excommunicatur, & ita proceditur in his excommunicationibus decernendis, vt atteſtatur Marcheſ. *de commiſſion. p.* 1. *pag.* 803. *num.* 154. *in vlt. impreſſ.* Vnde infertur omnia fuiſſe ritè, & rectè geſta, non autem nulliter, & inualidè, vt ex aduerſo gratis dicitur, nec eſt de facili credendum in Romana Curia, & in Tribunali Auditoris Cameræ Apoſtol. & coram ſummo Eccleſiæ Paſtore, eoque approbante, & mandante, in huiuſmodi excommunicationum promulgatione, & relaxatione, quæ quotidie ibi fiunt, errari poſſe, aut hoc aſſerto errore tanto tempore perſeuerari, quod non eſt dicendum à Chriſtiano homine.

Concludendum igitur prorſus à veritate alie- 34
num eſſe dicere, quòd in actu obligationis Cameralis faciendæ excommunicatio decernitur ſine alia citatione, vt vidimus, nec eſt de eſſentia iudicij, quod perſonaliter vocetur debitor, ſeu audiatur quando contrahentes inter ſe conueniunt, quòd nullus inter eos obſeruetur iudicialis ordo, vt ſuprà probauimus *num.* 22. & 23. nec eſt inſolitum paciſci hac de re, immo in noſtra Luſitania tritum, & vulgare apud omnes exiſtit; vt colligitur ex adductis à Valaſc. *conſult.* 144. *num.* 1. ibi: *In cauſa D. P. de multis fuit dubitatum, & primo de illo, quod fit quotidie, obligat enim ſe debitor ſi non ſoluerit in tempore limitato, quod poſſit pro eo citari Titius, & Gon. publicus tabellio huius ciuitatis, an valeat talis obligatio? & non eſt dubium quod ſic, nam præterquam quod hoc vbique praxis admittit, quæ eſt optima legum interpres, & talis citatio reputetur legitima: probatur etiam Iure, quia videtur ad hoc conſtitutus Procurator, qui indubitanter poteſt citari tali caſu, ex ſcriptis per Bart.* in l. ſolent, ff. de alimēt. & cibar. legat. *Alex.* in l. eum qui res, C. de procurator. colum. 1. *Vbi omnes pro conſtanti ponunt, quòd prima citatio cauſæ poteſt incipere à Procuratore, & non eſt omnino neceſſe dominum citari, & hæc eſt magis communis concluſio ſecundùm Iaſ.* ibi col. 2. &c. refert & inducit ad materiam D. Mar. Cutelli *in Codice legum Sicular. ad leges Petri II. not.* 7. *num.* 16. *pag.* 300.

Tertiò idem D. Gabriel Pereira ſuam compro- 35
bat ſententiam quodam Breui Iulij III. quod ponderans *d. cap.* 9. *num.* 13. ſic ait: *Quia ſatisſit, quòd in hoc Regno eſt quoddam Breue Iulij III. quo Regibus huius Regni, indultum eſt à Sede Apoſt. ne cauſæ è Regni finibus extrahantur, vt à Iudicibus exteris iudicentur, vnde cùm originarius huius Regni, vel perſonaliter, vel Procuratore conſtituto ſe obligat in forma Cameræ nunquam ius Principis læsi poteſt, vt ſubditum etiam inuitum defendat, & tueatur;* de quo tamen in præſentiarum agere non intendimus, quia de eius intellectu ex profeſſo tractabimus *q.* 6. *num.* 31. *cum ſeqq.* His potiſſimum fundamentis notus vir ille aliàs doctiſſimus, & Regius Senator, ſententias non ſemel pro hac parte protulit, cùm fuerit huius opinionis

primus

primus auctor,& acerrimus defensor, vnde illi in his materiis fides habenda non est, sicut bene resoluit Ianius Langleius *in semestria Iuris, lib.5.cap.5. fol.mihi* 247. ibi, *Iudici soli de his, quæ ipse gesserit, vel quæ gesta coram eo sint, fidem adhibendam non esse, maximè si quicquam dicat quod ad tuendam sententiam suam, à qua prouocatus fuerit, pertinere videatur. Non enim iustum est de his, quæ ad laudem, vel opprobrium iudicis spectant, fidem ei haberi. Nam, & vt verè Imbertus scribit pro vindicanda contumelia ob suspiciouis causas sibi illata fortè aduersus eiurantem malè affectus aliquid in eius perniciem affirmare posset: vnde æquius videtur nihil illi suæ assertioni fidem haberi*,&c.

36 Quare cognoscens idem D.Gabriel Pereira prædicta tria fundamenta non subsistere, cœpit de sua opinione dubitare, licèt in ea comprobanda multum insudauerit, & ideò noluit absolutè firmare semper; & in omni casu mandata, & declaratorias Romæ relaxatas vigore obligationis Cameralis in partibus minimè esse exequendas, sed totum Iudicis arbitrio relinquendum existimauit,dum eodem *cap.9. num.13.* ita concludit. *Quare hæc omnia prudentis Iudicis arbitrio relinquenda sunt; vt æstimatis circumstantiis loci, temporis, personarum, & causæ subueniendum parti decernat, vel non*,&c.

37 Cuius quidem prudentis Iudicis arbitrium mihi iustè petenti non esse denegandum plures rationes suadebant,quæ virum prudentem, & quemquã doctissimum hominem mouere poterant, nec aliquod præiudicium Regiæ Coronæ illatum considerari potest,dum propter auctoritatem litterarum Apostol.& viam exequutiuam mandata illa ritè, & rectè relaxata debitæ exequutioni demandantur, nec id cuiquam displicuisse præsumendum est,cum semper Hispaniarum Reges tanquam obedientissimi filij ipsam Sedem Apostol. eiusque mandata pluris fecerint,& maximè coluerint. Quod probauit primus Lusitaniæ Rex D. Alphonsus Enriquez,qui populi sui electione iustè in Regem creatus,noluit Regio vti titulo, nisi ab Apostolica Sede illius confirmationem obtineret, nec ob id Regnum illud eidem Sedi Apost. feudatarium permansit,vt latè ostendimus *de officio,& potest.Episcopi,p.3.tit.3.cap.2.num.56.cum seqq.*

38 Rex Ioannes huius nominis secundus prætendens sibi competere ius retinendi Bullas Apost.in Regio consilio,sponte illi renuntiauit,vt attestatur D. Gabriel Pereira *de manu Regia, part.1.in concordatis Regis Ioannis I. pag.227. num.258. in fine*, referens Resendium *in Chronica eiusdem Regis Ioannis II. cap.65. in fine*, qui ita historiam refert. *Costumauasse antiguamente nestes Reynos que todos los Breues, è rescriptos, letras, è Bullas, que de Roma viessem, naõ se fizesse por ellas obra algua, sem primiro serem vistas, è examinadas pello Chanceller maior, è as que achaua serem verdadeiras, è direitamente expedidas, daua licença que se publicassem, è se darem a execuçaõ, è isto era con saõ è bom respecto por se escuzarem falsidades, com que as partes naõ recebessem enganosamente perda, è dano, como muitas vezes se vio, naõ se auia de obedecer nestes Reynos se naõ ao Padre Santo de Roma. E ao Papa Innocencio Octauo com o Collegio dos Cardeaẽs por lhe parecer isto cousa graue, è algum tanto desobediente, è quebra de sua authoridade, no anno de 87. mandaraõ requerer a el Rey que naõ vsasse mais de tal costume. E el Rey por lhes obedecer como Catholico Principe, è comprazer em tudo, o fez assy como lho mandaraõ pedir, de que o Papa, è Cardeaes ouueram muito prazer, è muito contentamento, e com muitos louuores del Rey lho mandaraõ muito aguardecer, e depois para qua sempre se feZ assy.* Et Regum chronicis plenam adhiberi fidem constat ex *l.vnic. in princ. & §.1.* vbi notat Bald. *num.2.ff.de offic.quæst. gloss.verb. trapezitas in cap.1.23.dist.& verb.magis in cap. inter dilectos, de fide instrum.* Ioan. Leceriel *de primog.lib.1. q.12. n.8.* Mascard.*de probat.concl.287. num.1. cum seqq.* nouissimè Ioseph Vela *de iure controu.in Hispalensi Senatu, dissert.4.num.14.* Valenzuel. *cons.201. num.22.* O mira piissimi Regis in Sedem Apostolicam deuotio, & humilis obedientia, in quo sanè tantus ille Rex imitatus est Carolum Magnum simili deuotione præditum, qui cùm obtinuisset priuilegium ab Adriano I. eligendi Summum Pontificem, & eandem Sedem gubernandi, vt habetur *in cap. Hadrianus 63.dist.* illi sponte etiam cessit, & à se penitus abdicauit,sicut referunt Doctores per me citati *in collect. ad illum text.num.6.& 7.*

Huius summæ nostrorum Regum pietatis,& de- 39
uotionis in Sedem Apostol. testimonium nobis præbet consuetudo illa hucusque obseruata, qua Itali in Portugalia pensiones obtinent, & Bullas Apost.sub proprio nomine de illis expedire faciũt, cùm id in aliis Hispaniæ Regnis minimè eis liceat, vt attestatur D. Gabriel Pereira *d. tractat. de manu Regia part.2.cap.64. num.42.* his verbis: *Et ex stylo totius Hispaniæ est, quod exteri in ea pensiones non habeant,& ipsi in capite cuiusdam Hispani eas constituũt, à cuius manu pensiones percipiunt, in quo quidem, & fraus versatur. meminit huius styli Gonçal.* glos. 34. num.119. *At in hoc Regno de plano maximæ pensiones constituuntur Italis sine aliqua contradictione à Sede Apostolica, à qua maximis etiam indultis,& gratiis cumulantur*, &c.

Vnde vidimus inuictissimis Regibus nostris tot 40
Regnorum Coronas deuolutas esse, quia semper Apostolicam Sedem singulari quadam obseruantia, & mirabili deuotione venerati sunt,nec de iurisdictione contendere cum illa vnquam voluerunt,sed tanquam obedientes filij eius mandata adimplere nunquam prætermiserunt;non enim Regiam amittunt auctoritatem Ecclesiæ cedentes, sed suam augent, & dilatant, vt longo discursu comprobant Bossi.*de signis Ecclesiæ tom.3. lib.20. cap.89.* Cardin. Bellarmin. *tom.1.controuers. generali de Ecclesia militante, lib.4.cap.18.* Bonfad.*in suo theatro politico*, vbi ita eleganter. *Hac enim* (scilicet Ecclesiasticæ libertatis obseruatione) *Regnorum iurisdictio non infirmatur, sed confirmatur, Principatus dignitas non deiicitur, sed erigitur, imperij amplitudo non coarctatur, sed dilatatur, splendor Regius nõ obscuratur, sed illustratur.*

Per contrarium autem vbi in debita reuerentia, 41
& subiectione eiusdem Sedis Apostol. defectus aliquando considerari potuerunt, Regnorum incrementa tunc deficere euidenter constitit, vt loquens de Hispania probat Francisc. Longus à Coriolano *in Breuiario chronologico, an.Domini* 704.*pag. mihi* 208.ibi: *Non alia maior causa intercessisse excogitari potest cum Regnum illud* (Hispanum scilicet) *Deus impiis Sarracenis tradiderit inculcandum, quàm defectio à Sede Apost. non quidem in rebus Fidei, sed in iurisdictione,& temporalitate*, refert Illustriss.D.Roder.à Cunha *in comment.ad text.in cap. sigens Anglorum, num.5. dist.56.* Hinc Ludou.Viu.*in opere reg.in 4.persecutione Ecclesiæ Romanæ*; Imperatores, Reges, cæterosque Principes,qui contra libertatem,& Ecclesiasticam auctoritatem insurrexerunt, aut contra Prælatos statuerunt, vel in hoc seculo defecerunt, vel diu infelicissimè vixere, affir-

mat; subdens nunquam alchymistam diuitem, neque incantatorem bene morientem, neque Ecclesiæ rebellem bene prosperantem vidisse, quod etiam Platina *in vita Clementis IV.* dicit, provt eos refert Marches. *de commission. p. 3. de dommiss. relaxat. iuram. ad effectum agendi, cap. 1. num. 74. & 75. pag. 196. in vlt. impress.*

Si verò meæ causæ circumstantiæ inspiciantur, quis iudicabit dictum B. fauore aliquo, & Regia protectione dignum? quis dicet violentiam notoriam illi fieri dum soluere compellitur pensionem, quam se soluturum promisit, & iurauit: quis modum exigendi coram exequutore in Regno deputato condemnabit, cum licitus, & vsitatus a multis retro annis fuerit, nec reprehensione dignus est stylus Romanæ Curiæ, à qua mandata, sententiæ, & declaratoriæ litteræ emanarunt, interueniente circa hoc dicti B. consensu, eiusque speciali obligatione, & id dictante vniuersali praxi hucusque ab omnibus obseruata, & ideò non potest conqueri, sed viam, quam sibi elegit, sequi debet, *l. si mulier §. fin. ff. quod metus causa, cap. quod semel, de reg. iuris, lib. 6.* cum vulgatibus citatis per me *Axiom. 225. num. 1.* Eo maximè quia notorietatem assertæ oppressionis, & violentiæ non probat, vt requirit Ordin. Regia *lib. 1. tit. 9. §. 11.* ibi: *Porem nam tomaram conhecimento de aggrauo que as partes tiraren dos Iuizes Ecclesiasticos nos casos de que o conhecimento lhes pertence, se tuo quando se aggrauaren de notoria oppressaon, ou força que se lhes faça.* Et resoluit D. Gabriel Pereira *d. part. 1. cap. 7. num. 11.* ibi: *Oportet oppressionem, seu violentiam esse notoriam, & patentem, quæ celari nequeat, aut effici dubia.* Vide resoluta ad eandem Ordin. *quæst. 6. num. 22. cum seqq.*

Vtrùm obligans Clericum in prima instantia respondere Romæ pro solutione pensionis ibi facienda iuxta formam obligationis Cameralis eo loci celebratæ, & Apostolica auctoritate confirmatæ, dicatur contrauenire dispositioni Concilij Trid. & Ordinationibus, ac priuilegiis Regibus nostris concessis?

QVÆSTIO VI.

1 *Expenduntur plures rationes ob quas inter Ecclesiasticam, & secularem potestatem oriuntur dissensiones.*
2 *Causæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiamsi beneficiales sint in prima instantia coram Ordinariis locorum dumtaxat cognosci debent.*
3 *Dictio*, omnis, *est vniuersalis.*
4 *Dictio*, quomodolibet, *omnia continet, nullumque respicit casum.*
5 *Iuri primæ instantiæ à partibus in præiudicium Ordinariorum renuntiari non potest.*
6 *Rex Hispaniarum est protector, & defensor Concilij Trid.*
7 *Dictio*, omnis, *aliquando restringit.*
8 *Sedis Apostolicæ auctoritas nihil est imminuta ex decreto* Concilij Trid. sess. 24. de reform. cap. 20.
9 *Auditor Cameræ causas omnes Cameræli obligatione firmatas etiam in partibus existentes auocare potest.*
10 *Obligatus in forma Cameræ tenetur coram Auditore eiusdem Cameræ in prima instantia citatus respondere.*
11 *Auditori Cameræ expresse demandatur executio obligationum Cameralium.*
12 Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 20. *non sustulit modos legitimos, quibus quis ex iuris dispositione forum sortitur.*
13 *Contractus, vel delicti commissi ratione potest quis in prima instantia cognoscere, quamuis non sit loci Ordinarius.*
14 *Ordinarij locorum non possunt se intromittere in executione litterarum Apost. in quibus dantur executores.*
15 Concil. Trid. sess. 24. de reformat. c. 20. *non habet locum in causa, quæ fuit commissa per speciale rescriptum manu propria Sanctitatis suæ subscriptum.*
16 *Veritas examinata magis eluescit.*
17 Ordin. lib. 1. tit. 9. §. 12. *intelligitur.*
18 *Iudicibus laicis integrum est defendere ne Regia vsurpetur iurisdictio.*
19 *Violentia debet esse notoria, vt ratione illius secularis Iudex cognoscat de causis Ecclesiasticis.*
20 *Vim turbatiuam inducere videtur recusans soluere, vel debitum negans, & n. 21.*
22 Ordin lib. 2. tit. 13. § 1. *declaratur.*
23 *Auditor Cameræ procedit aliquando tanquam Iudex exequutor deputatus in Bullis pensionis.*
24 *Vel procedit tanquam Iudex Ordinarius Curiæ vigore obligationis Cameralis.*
25 *Auditor Cameræ quando procedat ordinariæ iurisdictione sibi à lege ratione officij concessa.*
26 *Attenditur quod principaliter agitur, non quod incidenter.*
27 *Iudex loci contractus potestatem acquirit ad cognoscendum inter ipsos contrahentes tanquam si essent sui subditi.*
28 *Fictio tantùm valet in casu ficto, quantum veritas in casu vero.*
29 *Iudex loci contractus super contrahentes alterius Regni iurisdictionem habet.*
30 *Lusitani debent obseruare Ordinationes alterius Regni circa contractus in eo factos sicut volunt, vt suis auctoritas præstetur, & veneratio.*
31 *Causæ criminales, ciuiles, & mixtæ è Regni Portu*

Portugaliæ finibus non extrahuntur.

32 *Breue Iulij III. refertur.*

33 *Cauſis beneficialibus Regni Portugaliæ non poſſunt impetrari Sacræ Rotæ Auditores, ſecundùm vnius ſententiam.*

34 *Breue Iulij III. euidenter loquitur de cauſis criminalibus.*

35 *Proœmialia verba oſtendunt, & declarant mentem concedentis.*

36 *Præfatio inducit cauſam finalem.*

37 *Diſpoſitiua regulatur à proœmiali ratione.*

38 *Mens, & ratio ſtatuentium præponderat verbis, & attenditur magis quàm dictum.*

39 *Dictio,* talis, *eſt præcedentium reſtrictiua, & eſt repetitiua certæ, & determinatæ qualitatis.*

40 *Dictio,* huiuſmodi, *eſt relatiua præcedentium.*

41 *Criminalis cauſa propriè dicitur quando principaliter agitur ad commodum publicum ex delicto tantum.*

42 *Cauſa ciuilis, criminaliter intentata eſt quando pro delicto principaliter agitur in iudicio ad commodum priuatum.*

43 *Cauſa mixta dicitur vbi pœna partim parti, & partim fiſco venit applicanda.*

45 *Cauſarum ciuilium, & criminalium appellatione non comprehenduntur cauſæ beneficiales.*

46 *Perſona loquentis nunquam comprehenditur in generali conceſſione, vel ſermone, ſed ſemper intelligitur excepta.*

47 Ordin.lib.2.tit.10. in princ. *refertur.*

48 *Rota cognoſcit, & ſemper cognouit de cauſis beneficialibus Portugaliæ.*

49 *Obſeruantia ſubſequuta tollit omne dubium.*

50 *Diſpoſitio quælibet declaratur per ſubſequentem obſeruantiam.*

51 *Priuilegium quatenus declaratione indigeat declaratur ab obſeruantia ſubſequuta.*

52 *Diſpenſationis verba declarat obſeruantia interpretatiua.*

53 *Obſeruantiæ plurimum defertur in interpretandis conſtitutionibus.*

54 *Contradictio non dicitur ea, quæ fit de Iure.*

55 *Argumentum valet à delictis ad contractus.*

56 *Caſus duo quando ſunt æquiparati diſpoſitum in vno cenſetur quoque diſpoſitum in alio.*

57 *Roma eſt patria communis.*

1 GRAVIS eſt controuerſia inter Eccleſiaſticos, & ſeculares Iudices Hiſpanos, an in executiuis prima debeatur inſtantia Ordinario, & quando cenſeatur Papa derogare diſpoſitioni in Concilij Trid. *ſeſſ.24. de reform. c.* 20. & an habeat locum in contractibus, delictis, executione litterarum Apoſtol. & in cauſis obligatione Camerali firmatis? At breuiter omnia fere tangendo in propoſita quæſtione negatiuam probabo ſententiam, particulariter examinans Concil. Trid. *d.cap.*20. & inducens aliquas Regni Portugaliæ Ordinationes, & priuilegium Iulij III. quæ ad contrarium probandum ſolent allegari, vt ita pateat quid in hac re iuxta earundem Ordinationum formam tenendum, & iudicandum ſit, cum viderim nonnullos Iudices aliter illas interpretantes, verum earum ſenſum, ac ſanam Regum noſtrorum eas condentium intentionem peruertiſſe, Regni quietem perturbaſſe, diſſenſiones inter vaſallos excitaſſe, ac plurimis ſcandalis exinde ortis anſam præbuiſſe. Sed ſpero modo, vt Rex noſter Philippus IV. multis nominibus maximus, qui æqua lance omnium ſubditorum commodis ſtudet, ſtudio pacis, qua ſublata leges, ac iudicia ſubſiſtere non poſſunt, opportunum adhibeat remedium, quo ciuilia bella nonnunquam inter Magiſtratus ſeculares, & Eccleſiaſticos Iudices excitata, extinguantur, *concordia* enim, vt ait Saluſt. *in Iugurtha, paruæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur,* quia magnæ ſunt concordiæ commoditates; illa namque radix atque otij eſt fundamentum, bonorũ ciuium ſeminarium, quietis publicæ ſeges, almæque pacis altrix, per quam Reges ipſi, eorumque Reſpubl. diutiſſimè conſeruantur, vt optimè ratiocinatur D. Marius Cutelli *in controuerſiis inter Siculos Inquiſitores, ac Ordinarios Magiſtratus, n.*184. Videamus nunc quid diſponat Conc. Trid. *d.c.*20. quomodo intelligendum, & apud noſtros obſeruandum.

*Ad Concil. Trid. ſeſſ.24. de reformat. cap.*20.

Cauſas omnes ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes, etiamſi beneficiales ſint, in prima inſtantia coram Ordinariis locorum dumtaxat cognoſcendas, ſtatuit Concil. *d.cap.*20. *in princip.* ſub cuius diſpoſitione omnes comprehendi cauſas, eius qua loquitur generalitas demonſtrare videtur; nam dictio illa *omnes*, eſt vniuerſalis, & nihil excludit, vt 3
*in l. Iulianus, & in l. teſtatorem, in princip. ff. de legat.*1. *l. hoc articulo, ff. de hæred. inſtitut.* Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. tom.*2. *lit. D. concl.*397. *num.*1. Greg. XV. *deciſ.* 315. *num.*11. & alij per me citati *de diction. vſufreq. dict.*241. *num.*1. Tum etiam ex alia dictione, *quomodolibet*, quæ omnia continet, nullumque reſpicit caſum. Franciſc. Molin. *de brachio ſeculari, c.*4. *n.* 48. & idem importat, quod, *quocumque modo*, ad not. per Pariſ. *conſ.*58. *num.*10. *vol.*1. *& conſ.*58. *num.*1. *vol.*1. *& conſ.*142. *num.*6. *vol.*4. cum aliis per me citatis *diction.*330. *num.*1. ac proinde cum ſit vniuerſalis, omnes ferè comprehendit cauſas, Cened. *ſing.*95. *n.*3. Ego ipſe *d. dict.*330. *ſub num.*1. Vnde exiſtimant non- 5
nulli coram Ordinariis in prima inſtantia omnes ſine delectu cauſas eſſe cognoſcendas, & iuri huiuſmodi primæ inſtantiæ renuntiari à partibus in præiudicium Ordinariorum non poſſe, bene reſoluunt Suar. de Paz *in praxi tom.*2. *præl. vlt. num.*18. Ludou. à Sarauia *de iuriſdict. Adiunctor. q.*7. *num.*7. quos refero nouiſſimè *in collect. ad d. cap.*20. *Concilij Tridentin. num.*2.

Quare Rex noſter inuictiſſimus vti protector, & 6
defenſor Concilij Tridentini ex adductis per Suar. de Paz *in pract. tom.*2. *præl. vlt. num.*10. Azeued. *l.*2. *verſ. Septimò, & conſequenter tit.*6. *lib.*1. *Recop.* Ceuall. *commun. tom.*4. *q.*897. *n.*220. Narbona *l.*59. *gloſſ.*2. *à princ. & n.*14. *tit.*4. *& l.*81. *gloſſ. vnic. n.*3. *tit.*5. *lib.*2. *Recop. in* 3. *p.* P. Henriq. *de Pontificis claue, lib.*2. *cap.*15. *poſt princ. §.*1. *in gloſſ. lit. D. & cap.*20. *gloſſ. fin.* Carraſc.

in interpret. aliquarum legum Regni, cap.9. §.8. n.18. Salgad. *de Regia protect. part.1. cap.1. præl.2. num.73.* poteſt cogere ad illius obſeruantiam, pro qua D. Philippus II. Regia mandata expediit, vt in vniuerſo Regno cuſtodirentur decreta eiuſdem S. Concilij iuxta illius diſpoſitionem *in d.cap. 2. ſeſſ.25. de reform.* provt atteſtantur Herrera *in hiſtoria eiuſdem D. Philippi II. lib.6. cap.1. anno 1564.* Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom.2. quæſt.63. art.19.* Bobadil. *in ſua politica, lib.2. cap.18. num.194.* Iacob. Valdeſ. *de dignitate Regum Regnorumque Hiſpaniæ, cap. 22. num.5.* quos nouiſſimè refero *in collect. ad d. cap.2. ſeſſ.25. de reformat. num.2.* & ſic pro defenſione contentorum in eo recurſum legitimum interponi poſſe ad eundemmet Regem firmarunt Bobadil. *dict. cap.18. num.135.* Flores de Mena *var. lib.1. q.4. num.35.* Salgado *d. tract. p.2. cap.17. num.3.* Ego ipſe *in collect. ad d. cap.1. num.3.* quod verè eſt ipſius ſummæ pietatis, & maximæ in Sedem Apoſt. obſeruantiæ.

7 Verum diſpoſitio Concilij Trid. *d. cap.20.* non eſt ita ample extendenda propter vniuerſales dictiones, quas ſuprà ponderaui us, quin aliquando reſtringatur, vel ratione ſubiectæ materiæ, vel quando ex tali extenſione abſurdum in iure reſultaret, vt de dict. *omnis* notant Cened. *ſing.25. n.4. & 5.* & alij citati per me *dict. 241. num.19. & 20.* Et demum ex ipſius Summi Pontificis declarationibus, & Iuris communis diſpoſitione, vt numeris ſequent. demonſtrabo.

8 Certum namque ex decreto Concilij *d.cap.20. in verſ. ab his excipiuntur*, nihil imminutam eſſe auctoritatem Sedis Apoſtol. adeò vt omnes cauſas, quæ à principio ex diſpoſitione ſacrorum Canonum, & legum ante illud decretum poterant apud dictam Sedem cognoſci, poſſe etiam hodie illo decreto non obſtante, vt tetigi *de officio, & poteſt Epiſcopi, part.3. alleg.81. num.14.* & nouiſſimè *in collect. ad d. cap.20. num.42.*

9 Quare cauſas omnes obligatione Camerali firmatas etiam in partibus exiſtentes Auditorem Cameræ auocare poſſe, etiamſi extra Curiam contractum ſit, & licèt pendeant coram Ordinariis, reſoluunt Lancel. *de attent. lite pend. limit.15. num.3. & cap.20. limit.26.* Flores de Mena *variar. lib.1. q.12. num.48.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.118. in fine*, Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſolut 342.* Nouar. *in ſingul. Iuris Canon. concluſ.54. num.5.* Ego ipſe *d. alleg.81. num.16. & in collect. ad d. cap.20. num.5.* &

10 cenſuit Sacra Congreg. *in vna Colimbrien.* quam originalem, & authenticam anno præterito Vlyſſiponè vidi. Et ſic obligatus in forma Cameræ tenetur coram Auditore eiuſdem Cameræ in prima inſtantia citatus reſpondere, nec poteſt opponere fori exceptionem declinatoriam, aut Iudicis incompetentiæ, ſicut tradunt Mandoſ. *de inhibit. q.93. num.5.* Marc. Anton. de Amatis *deciſ.81. n.2.* Surd. *conſ.280 num.13.* Zachi. *de obligat. Camer. q.7.*

11 *num.26.* qui loquitur de Clerico: Tum quia expreſsè illi demandata eſt executio obligationum Cameralium, Galleſ. *de obligat. Camer. quæſt.7. num.3.* Eraſm. à Cochier *de iuriſdict. Ordin. in exemptos, part. 2. quæſt.46. num.7.* vtpote earum legitimus Iudex ex Rot. *deciſ.52. num.1. p.1. recentiſſ.* in tantum vt Papa inhibeat quibuſcumque Iudicibus, & perſonis, etiamſi Cardinales fuerint, ſub pœnis, ſi ſe in obligationum Cameralium executionibus intromittant, ſicuti ex facultatibus illi conceſſis apertè conſtat: & nouiſſimè expreſſit Paulus V. *conſtitut.20. incip. Eximia, §.33. ſub dat. Romæ apud S. Marcum Kalend. Octobris 1606.*

Hinc etiam infertur præfatum Concilij Trid. de- 12
cretum *in d.cap. 10.* non ſuſtuliſſe modos legitimos, quibus quis ex Iuris diſpoſitione forum ſortitur, vt tetigi *d.p.3. alleg.81. num.14.* & nouiſſimè *in collectan. ad d.cap.20. num.42. in fine*, & ibi per me citatis adde Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.5. cap.837. à num.15.* Narbona *l.59. gloſſ.1. num.238. lib.2 Recop. tom.3.* Vnde ratione celebrati contra- 13
ctus, vel delicti commiſſi poſſe quem in prima inſtantia cognoſcere quamuis non ſit loci Ordinarius, dicit à ſacra Congreg. Concilij fuiſſe reſolutum Franciſc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. part.2. cap.1. num.75.* quem refero *d. alleg.81. num.14.* Et quamuis Doctores id communiter intelligant, ſi contrahens in loco contractus reperiatur, per *cap. Romana, §. contrahentes, de foro compet. lib.6.* tamen huic obiectioni latè reſpondi *q.3. per totam.* Rationem eleganter præſtat inſignis D. Barboſa *in l. hæres abſens, §.1. num.7. ff. de iudic.* his verbis: *Et eſt prædictorum ratio, quia ratione contractus, vel delicti quis efficitur ſubditus illius Iudicis, in cuius territorio contractus fuit celebratus, vel delictum commiſſum, cap. fin. de foro compet. & ideo ille Iudex poteſt procedere contra prædictorum perſonas tanquam contra perſonas ſibi ſubditas, & ibi notat Marian. Socin. num.23. Panor. cap. fin. num.36. eod. tit.* hoc idem ferè tradit Salgado *de Regia protect. tom.1. p.2. c.17. n.6.*

Pari modo dicendum videtur in executione 14
litterarum Apoſtolicarum, in quibus dantur executores, Ordinarios locorum ſe intromittere non poſſe, etiam executioni auxilium præſtando; tum quia ita declarauit ſacra Concilij Trident. Congregatio: tum etiam, quia id non obſcurè inſinuat eiuſdem Concilij decretum *in d. cap. 20. in princip.* ibi, *ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes*, dum videtur ſtatuere cauſas forenſes, & contentioſas tantùm coram Ordinariis locorum dumtaxat cognoſcendas, vt expreſsè habui *d. allegat.81. ſub num.17. & in collect. ad d. cap.20. num.46.* ad notata per Bald. *in cap. 1. §. ſi facta, in fine, num.6. ſi de feudo fuerit controu.* & Dec. *in cap. ſuper eo*, & *ibi* Felin. *col. fin. verſ. Quæro tertiò, de præſumpt.* Cùm igitur agatur in præſenti de executione litterarum Apoſtol. in quibus dantur executores, pariterque de exequenda obligatione Camerali, in qua executiuè, & ſine tela iudicij proceditur, vt dixi *q.5. num.20. cum ſeqq.* ideò Ordinarij locorum in his cauſis executiuis, in quibus dictum decretum Concilij locum non habet, ſe intromittere non poterunt, vt per ſe patet.

Nec ſufficit ſi ex aduerſo dicatur id proce- 15
dere quoad mandata, & declaratorias litteras ab Auditore Cameræ relaxatas, in quo procedunt doctrinæ, & auctoritates ſupra relatæ, non verò in ſententiis, & declaratoriis à S. Rota emanatis, quia reſpondetur cauſam, de qua loquimur, eidem Rotæ fuiſſe commiſſam per ſpeciale reſcriptum manu propria Sanctitatis ſuæ ſubſcriptum, quo caſu non intrat diſpoſitio dicti decreti Concilij in principio, ſed illum excipit paulò inferiùs, his verbis: *Ab his excipiuntur cauſæ, quæ iuxta Canonicas ſanctiones apud Sedem Apoſtolic. ſunt tractandæ, vel quas ex vrgenti, rationabilique cauſa iudicauerit Summus Romanus Pontif. per ſpeciale reſcriptum Signaturæ Sanctitatis ſuæ manu propria ſubſcribendum committere, aut auocare.* ex quo ita colligunt Piaſec. *in praxi Epiſcop. part.2. cap.4. n.3.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. p.1. cap.1. num.73.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol.*

Neapol. p. 4. decis. 273. n. 7. Ego ipse *d. alleg. 81. num.* 10. quibus adde Nicol. Garc. *de benef. p. 6. c. 3. à num.* 6. Flores de Mena *in practic. lib. 1. quæst. 12. num. 11.* Ioan. Maria Nouar. *in nouo Iure Pontific. concl. 54. num. 7.* Narbona *l. 59. à num. 195. & 204. tit. 4. lib. 2. Recop. tom. 3.*

Reſcriptum autem propria manu Sanctiſſimi ſubſcriptum, eſt prout ſequitur: *Beatiſſime Pater. Deuotus S. V. orator Auguſtinus Barboſa obtinuit ab Auditore Cameræ mandatum exequutiuum pro ſolutione cuiuſdam pecuniariæ ſummæ, ac renouatione cedulæ bancharię annuæ penſionis ducentorum ducatorum auri de Camera, aliàs auctoritate Apoſtol. ſibi reſeruatæ ſuper fructibus certis, & incertis, ac deſtributionibus quotidianis Theſaurariæ Collegiatæ Eccleſiæ S. Mariæ de Oliueira oppidi de Guimaraens Bracharenſis Diœceſis, contra Balthaſarem Diaz da Fonſeca modernum Theſaurarium. Caterùm appellante dicti Balthaſaris Procuratore, & cauſa in Rota commiſſa R. P. D. Pirouano, & nunc in gradu appellationis huiuſmodi indeciſa pendente, quia idem Balthaſar continuat in ſua contumacia, & proterua denegatione de ſoluenda dicta penſione, & renouando cedulam, inde aperta eſt via regreſſui, & acceſſui ad fauorem Oratoris in litteris Apoſtol. reſeruatis, & veretur idem Orator ne in perſequutione huius iudicij cogatur per tres ſententias conformes defatigari: Ideo S. V. humillime ſupplicat quatenus dignetur committere, & mandare eidem D. Pirouano, vt in cauſa, & cauſis emergentis quæſtionis ſuper regreſſu, ingreſſu, & acceſſu huiuſmodi, & illius canonizatione procedat omni, & quacunque appellatione remota cum poteſtate, tam dictum Aduerſarium, quàm omnes quoſuis alios etiam per edictum publicum conſtito ſummarie, & extraiudicialiter de non tuto acceſſu, tam in Curia, quam extra citandi, necnon inhibendi etiam ſub cenſuris, pœnis, &c. inobedientéſque, & rebelles eaſdem cenſuras incurriſſe declarandi, aggrauandi, reaggrauandi, interdictúmque ponendi, ſeruata forma Concilij Trident. implorato ſi opus fuerit auxilio brachij ſeculáris, cætera quæ faciendi, & neceſſaria, & opportuna. Præmiſſis, necnon Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtylo Palatij, cæteriſque contrariis, quorum tenores, &c. non obſtantibus quibuſcunque, ſtatum, &c. pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes. De mandato D. N. Papæ Auditor procedat omni, & quacunque appellatione remota, vt petitur, & iuſtitiam faciat.* Placet M.

16 Vnde in cauſa de qua agitur, non eſſe primam inſtantiam coram Ordinario loci agitandam, vel quia Auditor Cameræ cauſas omnes obligatione Camerali firmatas illo decreto non obſtante cognoſcit, vel quia idem decretum non ſuſtulit modos, quibus quis ex Iuris diſpoſitione forum ſortitur, veluti ratione contractus, vel delicti, vel etiam quia agitur de executione litterarum Apoſt. reſeruationis penſionis, in quibus ſpeciales dantur executores; vel denique quia commiſſa fuit cauſa per ſpeciale reſcriptum manu propria Sanctitatis ſuæ ſubſcriptum. Cùm igitur hæc omnia in caſu noſtro ſimul concurrerint, quis ſine lege, immo contra tot leges, & doctrinas audebit dicere me contraueniſſe diſpoſitioni *Concilij Trident. d. cap.* 20. exequendo mandata, & declaratorias litteras Auditoris Cameræ, & S. Rotæ iuſtè, & matura deliberatione relaxata. Videant ipſi quo fundamento ad hoc affirmandum moti fuerint, & ſi dignabuntur, illud in ſcriptis ad me mittant vt ſic, huius negotij veritas diſputando examinata magis eluceſcat, iuxta *cap graue 36. quæſt. 9. cap. inter dilectos, de fide inſtrum.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 11. quæſt. 11. num.* 3. cum aliis citatis per me *Axiom. 224. num. 1.* nam veritas arguendo inuenitur, *l. numerum, §. fin. ff. de muner. & honor.* Card. Tuſch. *tom. 2. lit. D. concl. 507. numer. 1.*

Ad Ordinat. lib. 1. tit. 9. §. 12.

Statuit hæc Ordinatio Luſitana, vt Iudices 17
Regiæ Coronæ cognitionem non habeant queremoniarum, quas litigantes à Iudicibus Eccleſiaſticis ad illos deferunt, vbi inriſdictio ad Eccleſiaſticos ſpectat, niſi quando à notoria oppreſſione, aut vi illata, vel vbi non fuit ſeruatum Ius naturale, conqueruntur ante illos; quia his caſibus Regis officium eſt vaſallis ſic preſſis ſubuenire. Poſtquam Iudices Regiæ Coronæ adiudicauerint cognitionem cauſæ Regiis Iudicibus, non verò Eccleſiaſticis pertinere, eiſdem Regiis Magiſtratibus iubebunt, ne excommunicatos ab Eccleſiaſticis euitent; pœníſve vllis contra excommunicatos apponi ſolitis eos afficiant, cum fuerit ita obſeruatum, & nullum aliud poſſit dari medium opportunum ne Regia vſurpetur iuriſdictio. Luſitano autem idiomate ſic diſponit. *Porem naon tomaraon conhecimento de aggrauo que as partes tirarem de Iuizes Eccleſiaſticos nos caſos de que ò conhecimento lhes pertence, ſaluo quando ſe aggrauaremde notoria oppreſſaon ou força, que ſe lhes faça, ou de ſe lhes nam guardar, ó direito natural, porque neſtes caſos Nos como Rey è ſeñor temos obrigacaon de acodir à noſſos vaſſallos. E depois de os Iuizes de noſſos feitos iulgarem que ò conhecimento pertence à noſſas Iuſtiças, è naon as Eccleſiaſticas, mandaraon as noſſas Iuſtiças que naon euiten as taes peſſoas, nem lhes leuen penas de excomungados, por ſempre aſſi ſer coſtume, è naon auer outro mejo para ſe naon tomar noſſa iuriſdaçam.* Hac Ordinatione motus Iudex Regiæ Coronæ declarauit me notoriam vim facere dicto B. dum penſionem meam ab eo exigere intendo, & declaratorias litteras ab Auditore Cameræ, ſacra Rota, & Iudice executore in Regno deputato rite, & recte pro terminis illius decurſis, & non ſolutis relaxatas, nullas, & iniuſtas eſſe pronuntiauit, ac dictum B. in excommunicationem eiſdem litteris contentam non incurriſſe declarauit; ac denique omnibus Iuris, & facti remediis pro non excommunicato habendum quoad fructus, & diſtributiones lucrandas indebitè mandauit, ab omnibúſque obſeruari fecit; quod non ſolum eſſe contra Iuris communis diſpoſitionem, ſed à vero huius Ordin. ſenſu, & Legiſlatoris intentione penitus alienum perſpicue demonſtrabo.

Duo continent capitula ſeparata præſens Or- 18
dinatio Luſitana, ac diuerſimode ſuper quolibet eorum diſponit; primum eſt quando aliquis conqueritur penes Iudicem Regiæ Coronæ de notoria oppreſſione, aut vi ſibi illata ab Eccleſiaſtico Iudice vel ob denegatam ſibi naturalem defenſionem, vbi ad eundem Iudicem Eccleſiaſticum cognitio cauſæ ſpectat; quo caſu Ordinatio permittit poſſe recurri ad dictum Iudicem Regiæ Coronæ, vt vim illam comprimat, cum Regis officium ſit liberare de manu calumniantium vi oppreſſos, *c. Regum officium 23. q. 3.* Aliud eſt quando cauſæ cognitionem non ad eundem Iudicem Eccleſiaſticum ſpectare prætenditur, ſed ad ſecularem; quo caſu ſi ad laicalem poteſtatem pertinere adiudicatum fuerit, ſeu manifeſtum ſit temporalem

iuriſdictionem vſurpari, tunc videtur integrum eſſe laicis Iudicibus defendere ſuam iuriſdictionem, vt per Bernard. Laurent. *in tractat. de caſibus in quibus ſeculares contra Clericos poſſunt procedere, num.* 13. *cum ſeqq.* Auiles *ad cap.* 20. *Prætor. verb. vſurpan. num.* 9. Anguian. *de legib. lib.* 3. *controu.* 33. *num.* 47. Et Regij Magiſtratus Luſitani in defenſionem ſuæ iuriſdictionis, quam dicunt ſibi notoriè vſurpari, ſolent iubere ne euitentur perſonæ ſic ab Eccleſiaſticis excommunicatæ, neve pœnas contra excommunicatos à Iure impoſitas pati permittant; quod quidem ſatis inſinuat ratio à Legislatore aſſignata, ibi: *E nam auer outro mejo para ſe naõ tomar noſſa iuriſdiçaõ.* ergo medium opportunum iudicat illud de non euitandis perſonis hac de cauſa excommunicatis, ne Regia vſurpetur iuriſdictio; quæ ratio eſt anima ipſius Ordinationis, *l. cùm oratio, ff. de bonis damnat.* Card. Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 6. *lit. R. concl.* 31. *num.* 15. *in medio*, cum aliis citatis à metipſo, *axioma.* 197. *num.* 1. & dum loquitur de vſurpata Regia iuriſdictione, quod pertinet ad ſecundum caput, non poteſt eius diſpoſitio extendi ad primum, quod apertè diſponit de iuriſdictione ad Eccleſiaſticos Iudices ſpectante, ibi: *Porem naõ tomarão conhecimento de aggrauo q̃e as partes tirarão de Iuizes Eccleſiaſticos nos caſos de que ò conhecimento lhes pertence*; cùm igitur diuerſa ratio militet in primo caſu: diuerſa quoque debet eſſe legis diſpoſitio in ſecundo, *l. ſi ita, ff. de manum. teſtam. l. ſeruus, ff. de ſtatu lib.* Surd. *conſil.* 67. *num.* 19. & diuerſitas rationis, diuerſitatem quoque Iuris inducit, *l. inter ſtipulantem, ff. de verbor. obligat. l. fin. ff. de ritu nupt.* Vnde contra diſpoſitionem huius Ordinationis Iudex Regiæ Coronæ nulliter proceſſit, dum iuſſit ne euitaretur dictus B. legitimè excommunicatus, cum certum ſit non agi in noſtro caſu de vſurpanda Regia iuriſdictione, de qua diſponens Ordinatio in ſecundo caſu medium iudicauit opportunum, ne illa vſurparetur, mandare ne euitarentur ſic excommunicati, ſed de penſionis exactione, cuius cognitionem ad Eccleſiaſticum Iudicem ſpectare nemo ambigit, quo caſu, vt ſe intromittere valeat ad effectum ſolummodo aſſertam reprimendi vim, non autem cenſuras tollendi, neceſſe eſt quod notoria, & patens ſit violentia, de qua numero ſequenti.

19 Videndum nunc eſt an dictus Iudex Regiæ Coronæ potuerit iuxta diſpoſitionem primi cap. huius Ordinationis iubere ne mandata, & declaratoriæ litteræ Romanæ Curiæ, & Iudicis exequutoris in litteris Apoſt. huius penſionis ſpecialiter deputati, & in Regno procedentis, executioni mandarentur, quod vt pateat totus negotij cardo verſatur in perquirendo an vis vlla fieri dicatur exequendo dicta mandata, ita vt compellendi veniant eorum Iudices ab ea ceſſare. Perquiramus ergo in quo conſiſtat huiuſmodi vis, quæ non debet eſſe qualis qualis, ſed notoria, & patens, vt ipſamet Ordinatio diſponit, ibi, *de notoria oppreſſaõ ou força*, itavt hæc qualitas ſit eſſentialis ad firmandam in hac ſpecie iuriſdictionem Iudicis laici, ſicut agnoſcit D. Gabr. Pereira *de manu Regia part.* 1. *cap.* 7. *num.* 11. ibi: *Oportet oppreſſionem, ſeu violentiam eſſe notoriam, & patentem, quæ celari nequeat, aut effici dubia*, &c.

20 Ad quod comprobandum ſic argumentor. *Vel vis in hac materia eſt conſideranda in eo quod petitur indebitum; & ſic iniuſtè; vel in eo quod exigitur man-*

dato Iudicis incompetentis, hoc eſt nulliter; ſed nullum ex iis, eſt dicendum, ergo Iudex Regiæ Coronæ abſque iuriſdictione, & de facto ſe intromiſit ad impediendam prædictorum mandatorum executionem. De iuſtitia autem penſionis reſeruatæ, & debitæ non eſt ambigendum: tum, quia conſtat de valida eius reſeruatione in actu renunciationis Apoſtolica auctoritate factæ de conſenſu dicti B. *q.* 1. probatum eſt: tum etiam quia ſimiliter conſtat de mea quaſi poſſeſſione illam exigendi, itavt ſim omnino manutenendus in ea, ſicut *q.* 2. oſtenſum eſt: qua veritate inſpecta videant domini mei, quis noſtrorum vim alteri notoriè inferat, an ſcilicet ego petendo, quod mihi debetur, an dictus B. denegando quod ſoluere tenetur, eleganter quæſtionem diſſoluit Ioſeph Seſſe *de inhibit. cap.* 9. §. 3. *num.* 33. ibi: *Vim turbatiuam inducere videtur recuſans ſoluere, vel debitum negans*, ob idque nunquam in Luſitania dictus Iudex Regiæ Coronæ partes egit recuſantis ſoluere, ſed petentis penſionem, eo quòd iſte, non autem ille vim pati videtur, dum illi ſua denegatur penſio, illaque indebitè ſpoliatur. Dicitur enim ſpoliare debitor non ab eo tempore, quo deſinit ſoluere, ſed ab eo die, quo requiſitus, vt ſoluerer, recuſauit, iuxta elegantem doctrinam Innocentij *in cap. querelam, num.* 3. *de elect.* ibi: *Et nota quod licet per vnum annum, vel plures ego omiſerim ex cauſa petere debitam penſionem; vel ſi vna vice omiſi intereſſe electioni, non per hoc amitto poſſeſſionem, quæ ſine animo non amittitur, ſed quando petam penſionem, ſi denegetur, tunc amitto poſſeſſionem, arg. l. fin. C. de ſeruit. & aqua, & tunc poſſum vti interdicto recuperandæ poſſeſſionis, & in eo veniunt omnes penſiones præcedentium annorum*, idem tenent Angel. *in l. quemadmodum, num.* 1. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Guid. *deciſ.* 629. *num.* 2. Bertrand. *conſ.* 243. *num.* 2. *lib.* 3. quos refert & ſequitur Thom. Valaſc. *alleg. Iuris tom.* 1. *alleg.* 75. *num.* 6. me citato in hoc loco Mendez à Caſtro *in praxi Luſitana part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 157.

Si autem prætendatur Iudicem mandantem eſſe incompetentem, ac proinde eius mandata nulla eſſe; optarem in primis, vt conſtitueretur pro certo penſionem huiuſmodi fuiſſe validè reſeruatam, & abſque dubio debitam, dictumque B. calumniosè diſtuliſſe eam ſoluere (vt omnes ferè Regij Magiſtratus fatentur) quo ſuppoſito non poteſt dici oppreſſionem fuiſſe notoriam, cum talis ſolummodo conſideretur quando exigitur notoriè indebitum, prout euenit in caſu cuiuſdam Canonici Regni Aragoniæ, qui pro quodam termino penſionis per eum in partibus, debito tempore ſolutæ legitimo Procuratori, fuit ad inſtantiam principalis Romæ degentis, & ſolutionem huiuſmodi ignorantis per Auditorem Cameræ declaratus excommunicatus. Et quicquid ſit Auditor Cameræ in noſtro caſu potuit procedere ex dictis *quæſt.* 3. 4. *&* 5. & ſimiliter ſacra Rota, vt ſuprà hac ead. *quæſt. num.* 15. comprobatur, iunctis iis, quæ infrà *quæſt.* 9. adducuntur. Et denique Iudex executor litterarum Apoſtol. in Regno deputatus ritè, & rectè ſecundum praxim, & ſtylum in tota Hiſpania vigentem proceſſit, vt clarè conſtat ex dictis *quæſt.* 7. Vnde licet daretur aliqua occaſio dubitandi an competentes, vel incompetentes eſſent, & vtrum in procedendo exceſſerint? adhuc dictus Iudex Regiæ Coronæ, dubio hoc ſtante, non poterat ſe intromittere, cum ſibi obſtaret diſpoſitio dictæ Ordinationis, ibi: *De notoria oppreſſaõ ou força*: nihilominus tamen

tamen de competentia dictorum Iudicum euidenter apparet; de quo multorum annorum subsequuta obseruantia in Regno Portugaliæ exequendi eorum mandata, vt dictis locis abundè comprobatum est, nulla propter hoc habita querela apud dictum Iudicem Regiæ Coronæ.

Ad Ordinat. lib. 2. tit. 13. §. 1.

22 Habet hæc Ordinatio ne impetrentur Iudices Apost. extra Regna, & dominia Regum Portugaliæ, ibi: *Nem impetrem Iuizes Apostolicos fora de nossos Reynos, e senhorios, nem requeira perante elles cousa alguua.* Inde colligit dictus B. Auditorem Cameræ, & sacræ Rotæ Auditores, Iudices esse extra Regna, ac contra formam huius Ordinat. à Sede Apost. impetratos, quod an verum sit patebit ex dicendis.

23 Et vt certa ab incertis separemus, sciendum est Auditorem Cameræ contra non soluentes pensionem duplicem habere iurisdictionem, dupliciterque posse procedere; vel enim procedit tanquam Iudex exequutor deputatus in litteris Apost. reseruationis (solent enim Romæ in omnibus Bullis, in quibus Iudices deputantur executores, tres nominari, quorum primus semper est Auditor Cameræ, alij duo sunt ex illis partibus vbi executio facienda est) & tunc cum sit Iudex Apostol. à Sede Apost. partibus petentibus impetratus, aliquibus visum est comprehendi sub dispositione huius Ordinat. licèt aliter in Hispania obseruetur; sed de veritate nihil dicendum in præsentiarum existimaui, quia hic non est casus noster.

24 Aut procedit tanquam Iudex Ordinarius Romanæ Curiæ, provt est, iuxta notata suprà *quæst. 3. num. 9.* quando cognoscit vigore contractus Camerali obligatione firmati cum destinatione solutionis inibi faciendæ, & præhabita, quatenus opus esset, proprij fori renunciatione, vt in puncto est casus noster, & tunc dubitari non potest illum minimè comprehendi sub eius dispositione, ex sequentibus.

25 Primò, quia non potest dici à Sede Apostol. per partes contrahentes impetratus, cum ex vi ordinariæ iurisdictionis sibi à lege ratione officij concessæ, in hac causa, procedendum esse duxerit, vt constat ex mandatis, & declaratoriis litteris, quæ per illum relaxatæ fuerunt.

26 Secundò, quia si nullibi prohibetur Lusitanis extra Portugaliam contrahere, cur illis permitti non debet, quod in consequentiam contractus celebrati venire solet, iuxta text. *in cap. prudentiam, §. si verò, de offic. deleg.* attenditur enim, quod principaliter agitur, non quod incidenter, *l. 1. ff. de auctor. tutor. l. is qui, ff. de liber. causa*, cum aliis citatis à Gonçal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 45. §. 1. num. 35.*

27 In consequentiam venit, quod eo ipso, quòd quis in aliquo loco contractum celebrat, statim in eo forum sibi acquirat, *cap. fin. de foro compet. l. hæres absens, §. proinde, ff. de iudic.* iunctis traditis per me supra *quæst. 5.* & etiam Iudex loci contractus auctoritatem acquirit cognoscendi inter ipsos contrahentes (inibi scilicet repertos, aut expressè illius foro se submittentes, vel proprio renuntiantes, vt in casu nostro) ac si essent sui subditi domiciliarij, vel originarij, vt in his terminis optimè resoluunt Salgad. *de protect. Regia, tom. 1. part. 2. cap. 17. num. 6.*

28 D. Barbos. *in d. l. hæres absens*, §. 1. *num. 7.* Quæ fictio in hoc casu idem operatur, quod veritas, *l. 1. ff. de adoption. l. cum ex oratione, ff. de excus. tutor.* Et tanum valet in casu ficto, quantum veritas in casu vero, *cap. ab audientiam, de Cleric. non resid.* Euerard. *in topicis legalibus à vi fictionis, num. 4. cum seqq.* Gonçal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. fi. num. 28.* cum aliis citatis per me *Axiom. 97.*

Quod quidem non ex mera voluntate, & con- 29
sensu contrahentium procedit, ita vt in fraudem legis fieri locus sit præsumptioni, sed à lege ipsa, quæ sic contrahentibus authoritatem præstat nouum acquirendi forum absque aliquo sui ministerio, ad tradita per Rip. *in cap. 1. num. 68. de iudic.* & per Cou. *practic. cap. 19. num. 5. vers. Nono.* Ob quam rationem potestatem illam, quam obtinet Iudex loci contractus super contrahentes alterius Regni originarios, seu domiciliarios, prorogationem necessariam, consequutiuam, & accessoriam eidem contractui vocant Doctores, ac proinde validè fieri posse non obstante dispositione huius Ordinationis resoluit in his terminis D. Barbosa *in l. 1. art. 3. num. 173. ff. de iud.* ibi: *Item valere posse* (prorogationem scilicet) *si contractus sit celebratus extra Regnum, nam tunc valebit prorogatio facta in Iudicem contractus etsi in extraneo Regno iurisdictionem habeat.* Faciunt quæ suprà adduxi *quæst. 3. 4. & 5.* vbi respondi ad aliqua, quæ in contrarium adduci poterant. Et conducunt adducta per Thom. Valasc. *alleg. Iuris, tom. 1. alleg. 72. num. 2.* dum resoluit contractus per Lusitanos extra Regnum Portugaliæ celebratos regulandos esse secundùm Ordinationes, & consuetudines illarum partium.

Optarem maximè, vt sicut nostri desiderant, sta- 30
tuta, & Ordinationes suas obseruari, eodem modo debeant facta in alieno Regno iuxta illius consuetudines, & leges obseruanda proponere, illisque venerationem præstare, & custodiam. Memini me Romæ Lusitanos cognouisse, qui cum vxores in Lusitania ducerent, maluerunt cum eis in Romana Curia vitam transigere, sed ibi dubitatum fuit aliquando an dotales scripturæ in Lusitania factæ per chartum medietatis iuxta Regni consuetudinem, essent Romæ obseruandæ, vbi solet contrahi per dotem, & arrhas? sed fuit semper resolutum præfatas dotales scripturas, eo modo, quo in Lusitania celebratæ fuerunt, esse Romæ inuiolabiliter obseruandas. Sic cum de anno 1619. Vlyssipone diem vltimum clausisset nobilis quidam Mediolanensis, & ibi suum conderet testamentum, eius filij, inter quos fuit R.P.D. Litta vtriusque signaturæ S.D.N. Papæ Referendarius, contendere cœperunt circa hæreditatis partitiones, & dum Romæ circa illas controuerterent, fuit resolutum faciendas esse Vlyssipone, vbi testamentum conditum extitit, & iuxta Regni Portugaliæ statuta, & Ordinationes, secundum ea, quæ resolui suprà *quæst. 3. cum seqq.* Si ergo Romani Magistratus venerationem hanc, & custodiam Ordinationibus Lusitanis præstant circa contractus, & vltimas voluntates in nostro Regno celebratos; cur similiter, & nos contractibus Romæ celebratis eandem non præstamus venerationem, & custodiam? Non est meum hic tractare, sed tantum de interesse proprio agere, & ideo ad alia transire operæ pretium duxi.

Ad Breue Iulij III.

POrtugaliæ Regibus à Sede Apost. indultum as- 31
serit D. Gabriel Pereira *de manu Regia, p. 1. cap. 9. num. 15.* ne causæ criminales, ciuiles, & mixtæ è Regni finibus extrahantur, vt à Iudicibus exteris iudicentur: Breue autem huius indulti refert,

part. 2.

part. 2. cap. 6. numero 14. in hæc verba.

32 *Iulius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Romanum decet Pontificem prouidere, ne quod in bonorum fauorem indultum extitit, iis, qui Chriſtianæ Religionis decorem ſuis flagitiis deturbare non verentur, delinquendi licentiam in delictis patrocinium cum impunitate ſubminiſtret. Hinc Chriſtianiſſimus in Chriſto filius noſter Ioannes Portugaliæ, &c. Algarbiorum Rex Illuſtris nobis nuper exponi fecit, quòd cum nonnulli Clerici, tam in minoribus, quam in ſacris Ordinibus conſtituti, & Beneficiati, ac alij, tam ſeculares, quàm Regulares perſonæ Portugaliæ, & Algarbiorum Regnorum, ac aliorum Dominiorum ipſius Ioannis Regis, præſertim facinoroſi, & diuerſis criminibus obumbrati, magis ne liberius in ſuis delictis inſordeſcant, & ſuorum delictorum impunitatem diutius conſequantur, ſuoſque aduerſarios moleſtare valeant, cum primum ſibi alicuius delicti, ſeu criminis conſcij exiſtunt, aut ex quauis occaſione ſe in cauſam talem trahi poſſe præſentiunt, ſuorum Ordinariorum, ac Iudicum, & Officialium eorundem Regnorum, & Dominiorum iuriſdictionem declinant, ipſiuſque Ordinariis, Iudicibus, & Officialibus per diuerſas commiſſiones, litteras, & reſcripta a Nobis, & Sede Apoſtolica, aut illius Nuntiis, & Legatis per eos obtẽta, vel potius exorta ſub certis grauaminibus in illis expreſſis, cenſuris, & pœnis inhibere, ac commiſſiones, litteras, & reſcripta huiuſmodi Iudicibus extraneis extra Regna, & Dominia prædicta commorantibus, delictorum, & criminum cauſas, ac delinquentium eorundem demerita ignorantibus, & viplurimum eorum aduerſariis ſuſpectis, ad quos aduerſarij ipſi pro beneficio iuſtitiæ conſequendo ſe commodè conferre non audent, neque poſſunt, idque ſi poſſint, vel audeant, ab eo tamen ob nimios labores, & expenſas in perſecutione cauſarum huiuſmodi, præſertim in partibus alienis ſubeundos, & faciendos cauſantibus, & non minus longè, periculoſiſque itineribus, & viarum diſcriminibus reuocantur, committi procurant, quò fit vt locorum Ordinarij, aliique Iudices prædicti, eorumque officiales, Promotores, & Procuratores fiſcales, Clericos, & laicos, etiam enormibus delictis, & homicidiis notatos, prout illis incumbit, & iuſtitia debitum requirit, inquirere, coërcere, & punire, atque ij, quorum intereſt, illos accuſare, & in cauſam trahere non poſſunt; vnde Clerici, & laici præfati in ſuis malitiis inſordeſcentes, ſuorum delictorum impunitatem, vel abſolutionem facilè conſequuntur, & ad delinquendum longè procliuiores fiunt, ac à ſuorum aduerſariorum petitione indebitè liberantur, in non modicum Chriſti fidelium ſcandalum, & iuſtitiæ perturbationem, ac ſtatus Eccleſiaſtici depreſſionem, atque non ad mala impunè agenda, ſed ad iuſtitiæ adminiculum concedi debent litterarum Apoſt. non in abuſum. Quare idem Ioannes Rex Zelo iuſtitiæ accenſus cupiens omnibus iuſtitiam æqua lance miniſtrare, ac ſceleratos quoſcumque debitis pœnis mulctare, probos vero ab iniuriis releuari per dilectum filium Alphonſum de Alencaſtre eius conſobrinum, & præceptorem maiorem Militiæ Ieſu Chriſti Ciſtercienſis Ordinis, & pro eo ad Nos, & Sedem Apoſtol. Oratorem ſupplicare fecit, vt in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtol. dignaremur. Nos igitur, qui omnibus præſertim Regia dignitate fulgentibus, & iuſtitiæ debitum exoptantibus perſonis fauorabiles eſſe debemus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati; quòd de cætero perpetuis futuris temporibus nulli Clerici, tam in minoribus, quàm Sacris, & Presbyteratus ordinibus conſtituti, ſeu Beneficiati, tam ſeculares, quàm quorumuis Ordinum Regulares perſonæ, & laici, ſuper criminibus, & delictis per eos in Regnis, & Dominiis Ioannis Regis huiuſmodi hactenus, & pro tempore quomodolibet perpetratis, aut rebus ad eos pertinentibus, vel alia quauis occaſione litteras etiam in forma Breuis, aut reſcripta à Nobis, & Romanis Pontificibus pro tempore exiſtentibus ad alios, quàm in Regnis, & Dominiis Ioannis Regis huiuſmodi commorantes Iudices, & perſonas directa in prima, ſeu alia quacumque inſtantia, & nunc mota, & indeciſa pendente, & cum præſentium litterarum ſpeciali, & ſpecifica mentione, & expreſſa derogatione ex quauis cauſa etiam per viam grauaminis, & appellationis impetrare poſſit. Et ſi illa quandoque impetrauerint, ac eiſdem extraneis Iudicibus communiter, vel diuiſim committi obtinuerint, locorum Ordinarij, eorumque Officiales, & Promotores, & Procuratores fiſcales, ac quomodolibet in cauſis ipſis intereſſe habentes, ac Iudices, & quacumque alia perſona Regnorum, & Dominiorum Ioannis Regis huiuſmodi eiſdem commiſſionibus & reſcriptis, atque in eis appoſitis clauſulis, necnon eorum vigore, ſeu prætextu emanantibus inhibitionibus, citationibus, decretis, mandatis, cenſuris, pœnis, & ſententiis exinde ſubſequutis (niſi commiſſiones, & reſcripta huiuſmodi ſuper ſupplicationibus manu noſtra propria, vel Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, & cum clauſula Motus proprij ſignatis expedita fuerint) obedire, vel acquieſcere minimè teneantur, nec ad id obligati exiſtant; quinimò prædicti Ordinarij, Officiales, Promotores, Procuratores, Iudices Regnorum, & Dominiorum Ioannis Regis huiuſmodi commiſſionibus, & reſcriptis, atque exinde ſubſequutis citationibus, inhibitionibus, & decretis, mandatis, cenſuris, & aliis executionibus prædictis non obſtantibus contra Clericos, & laicos, ac alias perſonas huiuſmodi ſuper criminibus, & delictis per eos perpatratis, ac bonis, & rebus contra eos quomodolibet motis inquirere, & per inquiſitionem, aut ex mero officio, ac aliàs iuxta formam Iuris procedere, & punire, ac carceribus mancipare, cauſaſque, & lites ipſas audire, cognoſcere, & decidere, inſontes abſoluere, aliaque in illis neceſſaria, & opportuna facere exequi liberè, & licitè valeant in omnibus, & per omnia, ac ſi littera, & commiſſiones, & reſcripta huiuſmodi nullatenus emanaſſent, aut illis nominatim, & expreſsè directa fuiſſent, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ex certa noſtra ſcientia ſtatuimus, & ordinamus, ac omnes & ſingulas, tam criminalium, quàm ciuilium, ac etiam mixtarum cauſarum huiuſmodi commiſſiones, & reſcripta, ac aliàs, & gratiæ, litteras Apoſtolicas contra præſentium tenorem a Nobis, & Sede Apoſt. pro tempore emanata, necnon citationes, proceſſus, executiones, & ſententias exinde ſubſequutas, ac excommunicationes, & alias cenſuras, & pœnas promulgatas, ſequeſtraque, & interdicta quomodolibet appoſita, nullius roboris, vel momenti fore, & eſſe, ac eoſdem Ordinariorum Officiales, Procuratores, & alios Iudices, atque quomodolibet intereſſe habentes, citationibus per eoſdem Iudices extraneos, vt præfertur, pro tempore factis obedire: differre, vel acquieſcere nullatenus debere, ipſaſque præſentes ex quauis cauſa de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu noſtræ intentionis defectu notari, vel impugnari nullatenus poſſe, ac ſub quibuſuis, & illarum totum tenorem inſerentibus reuocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis eis in toto, vel in parte derogantibus, etiam à Nobis, ſeu Romano Pont. pro tempore exiſtente, ſeu dicta Sede, vel illius Legatis quomodolibet pro tempore emanatis nullatenus comprehenſas, ſed ſemper ab illis per huiuſmodi exceptas, & quoties emanabunt toties in priſtinum, & validum ſtatum reſtituta, repoſitas, & plenariè reintegratas eſſe, & cenſeri, ipſiſque præſentibus nullatenus derogari poſſe, ſicque per quoſcumque quauis auctoritate fulgentes Iudices, & Commiſſarios, & cauſarum Palatij Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate,

33 34 35 36

facultate, & auctoritate, interpretari, & decidi debere, & si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus, non obstantibus præmissis, & Apostol. ac in Prouincialibus, ac synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus, Constitutionibus & ordinationibus, necnon statutis, & consuetudinibus etiam iuramento, & confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate aliàs roboratis, priuilegiis quoque, indultis, ac litteris Apostol. & conseruatoriis quibusuis Vniuersitatibus, Ecclesiis, Monasteriis, locis, Militiis, & Ordinibus, eorumque superioribus & personis ac quibusuis aliis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibuscumque clausulis, & decretis etiam irritantibus, & aliàs quomodolibet etiam iteratis vicibus concessis, & approbatis, & innouatis, quibus omnibus, etiamsi eis caueatur expresiè quòd illis nullatenus, aut nonnisi sub certis forma, & modo in eis expresso derogari possit, illorum veriores tenores, ac si de verbo ad verbum inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illas aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat harum serie specialiter, & expresiè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Et quia difficile foret easdem præsentes litteras ad singula quoque loca, in quibus expediens fuerit, deferri, volumus eadem, & auctoritate Apostol. decernimus, quod illarum transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, seu Curiæ Ecclesiasticæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra vbilibet adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Marcum sub annulo Piscatoris, die 21. Iulij 1554. Pontificatus nostri anno quinto.

33 Præfati Breuis vigore sunt qui dicant non posse in causis beneficialibus à Sede Apostol. impetrari S. Rotæ Auditores, cæterosque Romanæ Curiæ Iudices etiam per viam grauaminis, & appellationis, in prima à Iure illis permissa, seu quacunque alia instantia, quod est contra mentem Summi Pontificis, & expressa verba dicti Breuis, ex seqq.

34 Primò, quia Breue euidenter loquitur de causis criminalibus tantum, vt constat ex verbis proœmialibus, ibi: *Hanc Christianissimus in Christo filius noster Ioannes Portugaliæ, & Algarbiorum Rex illustris nobis nuper exponi fecit, quòd cum nonnulli Clerici, tam in minoribus, quàm in Sacris Ordinibus constituti, atque aliàs, tam seculares, quàm Regulares personæ Portugaliæ, & Algarbiorum Regnorum, ac aliorum Dominiorum ipsius Ioannis Regis, præsertim facinorosi, & diuersis criminibus obumbrati, vt magis ac liberius in suis delictis insordescant, & suorum delictorum impunitatem diutius consequantur, suosque aduersarios molestare valeant, cum primum sibi alicuius delicti, seu criminis conscij existunt, aut ex quauis occasione se in causam talem trahi posse præsentiunt, suorum Ordinariorum, ac Iudicum, & officialium eorundem Regnorum, & dominiorum iurisdi-*

35 *ctionem declinant*, &c. Quæ proœmialia verba ostendunt, & declarant mentem Papæ concedentis; ad notata *in l. item quia, §. fit, ff. de pactis, l. cum hi in princ. ff. de transact.* Mascar. *de probat. concl.* 1284. *num. 6.* Gutierr. *pract. lib. 1. q. 89. à num. 3.* Nihil autem est vnde magis voluntas concedentis declaretur quam à præfatione, *l. cùm hi, in princ.* & *ibi* Batt. & Ias. *ff. transact.* Crauet. *cons.* 221. *numer.* 8. *vers. Septimo*

36 *verò.* Cum enim præfatio inducat causam finalem, *l. fin ff. de hæredibus instit. l. 1. ff. ad Maced.* Rom. *cons.* 180. *numer. 6.* vbi loquitur in priuilegio, Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs. 2. à princip.* vbi agitur de statuto, Bullis, & rescriptis, cum aliis citatis per me *Axio.* 192. *num.* 1. aperit mentem concedentis, ita vt illa à præfatione vt à sua causa finali reguletur, limitetur, aut extendatur, *l. cùm pater, §. dulcissimis, ff. de legatis 3. l. si de certa, vbi* Bart. *Cod. de transact.* Bald. *in l. sub prætextu numer.* 12. *Cod. eodem*, Paulus de Castro *cons.* 332. *libr.* 1. Crauet. *cons.* 16. *numer.* 5. Vbi quòd verba sunt restringenda ad rem super qua exprimuntur, *l. si quis ita, ff. de testam. tutel.* Surd. *decis.* 217. *numer.* 6. Vbi quòd quando exprimitur certa causa, verba generalia vltra dictam clausulam nihil operantur, sed debent restringi ad eam, quando salua ratione recti sermonis restrictio fieri potest. Hic autem recti sermonis ratio postulat, vt fiat dicta restrictio, ne Pontificis gratia, seu concessio trahatur ad eos, quibus non conuenit ratio concessionis, atio enim siue causa pro œmialis dicitur influere in dispositiuam, Rot. *decis* 454. *numer.* 4. *p.* 1. *diuers.* Vnde eadem Rot. apud Mohed. *decis.* 13. *de præben.* dicit, quòd in priuilegiis, & gratiis, non tam verba sunt attendenda, quàm mens considerandæ: nam verba trahuntur ad mentem, & rationem, non è contra, Oldrad. *cons.* 9. *vers. Item cum Iura dicant n.* 3. & 4. Feder. de Senis *cons.* 4. *n.* 5. *vers. Multum, est*, iunctis aliis per me adductis, *Axio.* 148. *n.* 2.

Ratio proœmialis dicti Breuis hoc ipsum aper- 37
te demonstrat, ibi: *Vnde Clerici, & laici præfati in suis malitiis insordescentes suorum delictorum impunitatem, vel absolutionem facile consequuntur, & ad delinquendum longe procliuiores fiunt, ac à suorum aduersariorum petitione indebitè liberantur*, &c. Et ideo ab hac ratione debet regulari dispositiua, quia sicut corpus ab anima, ita dispositio à proœmiali ratione regulatur, ex Ias. *in l. qui quadringenta, col. 2. ff. ad Tribell.* quem refero *Axiom.* 192. *n.* 4. & ab ea intentio colligitur legislatoris, Angel. *cons.* 67. *incip. Municipali lege n.* 2. *versic. de secundo.* Barbat. *cons.* 1. *n.* 1. *lib.* 3. & illius mens, *cap. ex multa* 9. §. *Secundò quæsiuisti, de voto*, Octau. Glorit. *resp.* 1. *p.* 3. *numer.* 136. Rot. *decis.* 619. *num.* 5. *p.* 2. *recent.* cum aliis adductis per me *Axiom.* 148. n. 7.

Nec eius dispositiua aliud insinuat, quia in ea 38
sic dicitur: *Nos igitur, qui omnibus, præsertim Regia dignitate fulgentibus, & iustitiæ debitum exoptantibus, fauorabiles esse debemus, huiusmodi supplicationibus inclinati, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus nulli Clerici, tam in minoribus, &c. super criminibus, & delictis per eos in Regnis*, &c. Loquitur igitur de causis tantum criminalibus, & quamuis apertè non insinuasset, vt insinuauit; secundum proœmialem rationem, de illis erat decisio omnino intelligenda, quia mens, & ratio statuentium præponderat verbis, Mari. Socin. *cons.* 35. *circa prædictam col.* 2. *vers. Et quamuis lib.* 1. Cardin. Tusch. *pract. conclus. lit. R. conclus.* 31. *nmmer.* 16. & attenditur magis quam dictum, *l. cùm pater, §. dulcissimis, ff. de legat.* 1. Brunor. à Sole *in locis communibus verb. ratio* 2. eo quod dictum per rationem ampliatur, & limitatur, *l. vnum ex familia, §. fin. ff. legat.* 2. *l. si is qui animo, ff. de acquiren. possess.* Surd. *cons.* 67. *num.* 20. *cum seq.* Octau. Glorit. *resp.* 2. *nmmer.* 35. & *resp.* 5. *n.* 58. Ror. *decis.* 10. *numer.* 2. *p.* 1. *recentis.*

Cui interpretationi ex proœmiali ratione, ac 39
narratiua, & dispositiua Breuis desumptæ non obstat generalitas quorundam verborum dicti Breuis eius, ibi: *Aut ex quauis occasione se in causam talem, &c.* Quia particula, *talem*, est præcedentium restrictiua, *c.* 2. *de tempor. ordin.* Grat. *cons.* 54.

num. 15.*lib.* 1. Ego ipse *de diction. vsufreq.dict.*398. *num.*1.& est repetitiua certæ, & determinatæ qualitatis, Seraph. *decis.* 822. *num.* 2. Minus obstant alia verba paulò generalia. *Ac omnes, & singulas, tam criminalium, quàm ciuilium, atque etiam mixtarum huiusmodi*, &c. Quia particula, *huiusmodi*, est relatiua præcedentium cum omnibus suis qualitatibus, glos. *verb.huiusmodi, in cap. Abbate, & in cap.nemo,de elect.lib.6.* Gonçal.*ad reg.*8.*Cancel.glos.* 4.*num.*4. Seraphin. *decis.* 338.*numer.6.& decis.*608. *num.6.*Cardin.Tusch.*pract.conclus.tom.2.lit. D.concl.* 387.*num.*1. Rot.*decis.* 373. *num.6.p.2. recent.* Debet igitur generalitas horum verborum restringi secundum procemialem rationem,à qua mens,& voluntas concedentis declaratur, vt supra probaui *in vers.Primo n.*34.

41 Remanet vt explicem quid importent verba illa, *Ac omnes,& singulos,tam criminalium, quam ciuilium atque etiam mixtarum huiusmodi*, &c. Si enim Breue de criminalibus causis tantùm agit, ad quid de ciuilibus,& mixtis mentionem facit. Quia facile resoluitur obiectum si aduertamus dari triplicem causarum criminalium speciem. Vna dicitur propriè criminalis,quando principaliter agitur ad commodum publicum ex delicto tantùm, seu ad publicam vindictam, vt per Mascard. *de probat.concl.*463. Farin.*in praxi crim. p.* 3 *q.* 100.*à princip.* & alios quos retuli *in tract. de appellatiua verbor. vtriusque Iuris signif.appel.*44.*n.*2.Marant. *de ordine iudicior.p.*4.*dist.* 1.*n.*2.Et hinc est, inquit ipse,quòd si aliquis ex delicto venit puniendus corporaliter ad publicam vindictam, dicitur causa criminalis, quia ex tali pœna corporali nullum commodum sentit priuatus, refert,& sequitur Buccaron *de different. inter iudicia ciuilia,& crimin.in procem.*1.*n.*3.

42 Altera dicitur ciuilis, quando pro delicto principaliter agitur in iudicio ad commodum priuatum, pro pœna scilicet pecuniaria parti applicanda, Ias. *in rub.C. de iudic.& in l.plerique, ff.de in ius vocando num.*14. Clar.*in praxi crimin.* §. *fin. quæst.* 1.*in vers. Quarto igitur, & vers.seq.* Buccaron. *d.procem.*1.*n.*4. Camill.Borrell.*in summa decis.tom.*1.*tit.*42.*n.*11.Cabed.*p.*1.*decis.*14.*n.*4.Rot.*decis.*19.*n.* 1.*de iudic.in antiq. & decis.* 113. *numer.* 2. *post tom.* 2. *consiliorum Farin.*

43 Tertia denique dicitur mixta, vbi pœna partim parti, & partim fisco venit applicanda, vt aduertunt Alex. ad Bart. *in l.* 3. *in princip. ff. de sepulchro viol.in lit.* D. & per Dec. *in rubr. de iudic.numer.*52. *vers.Et causa mixta in 2.lect.*Bossi. *in pract.crimin. titul.de appellat.numer.*8.vbi de communi,Ioseph.Ludou.*decis.*71.vbi dicit hanc opinionem esse canonizatam per vniuersum Orbem,Cardos.*in praxi Iudicum verb.causa* 3.Cabed.*d.dec.*14.*num.*6.

44 Cùm ergo habeamus dari causam mere criminalem, ciuilem criminaliter intentatam, & mixtam, vbi pœna partim parti, & partim fisco venit applicanda; de his intellexisse Pontificem clarum est, tum ex ratione procemiali, & dictione, *huiusmodi*, cum qua videtur se referre ad causas, de quibus in principio egerat; tum etiam ex aliis supra adductis, in quibus probandis immorandum non est,cum sint notoria, & in dubium attento Iure reuocari non possint.

45 Secundò probatur euidenter Breue non agere de causis beneficialibus, quia etiamsi concedamus sine veri præiudicio, quòd comprehendat causas etiam mere ciuiles, contra verba, procemialem rationem, & mentem Pontificis concedentis, adhuc non comprehenderet causas beneficiales, cum appellatione causarum ciuilium, & criminalium illæ non veniant, vt pote quia aliam speciem constituunt à ciuilibus, & criminalibus distinctam, Lap.*alleg.*70. Papon.*in addit.ad decis.* 27. *de procur. in nouis.vers.Qui dicit*,Pute.*dec.*247.*alias* 241. *lib.*2. *in correctis*, ibi: *Tamen fuit dictum, quod si erat procurator constitutus ad causas criminales, & ciuiles,non censebatur constitutus ad causas beneficiales, secundum* Franc. *in cap.qui ad agendum,* §.*procurator col.*3.*vers. Tertio an in beneficialibus,de procurat.in* 6.&c.

Tertiò, quia non est credendum Iulium III. vo- 46
luisse Sedi Apostolicæ & Sacræ Rotæ causarum Portugaliæ omnimodam cognitionem verbis hoc non importantibus, in perpetuum tollere, arg. *cap.super eo* 55.*de offic,delegati*,Grammat.*cons.*2.*num.* 11.Gonçal.*ad reg.*8.*Cancel.*§. 2. *procemial. numer.*17. Tum, quia in generali concessione, vel sermone nunquam comprehenditur persona loquentis, vt læsa censeatur, *l.si mercedem* 53. §. *si habitatoribus, ff.de action.empti*,vbi glos.*verb.habitatio*, Rot. *decis.* 241.*n.*5.*& seqq.par.*1.*diuers.*3.& in indiuiduo in statutis, legibus, & priuilegiis, Angel.*in l.*1.*numer.*6. *ff.quod quisque iuris*, Surd.*decis.*13.*num.*12.Lancellot.Gallia *cons.* 97. *ex numer.* 29. Alderan.Mascard. *de statutis conclus.*5.*num.* 176.*cum sequentib.*Matiens. *l.*6.*glos.*5.*tit.*15. *lib.*5.*nouæ Recop.* Immo semper intelligitur excepta, *cap.fin.de offic. deleg.lib.* 6.Mand. *reg.*11.*Cancel.cap.fin.*Surd.*cons.*47.*num.*19. *cum seqq.* Vbi quòd generale rescriptum, & generalis dispositio non comprehendit Principem concedentem; tum denique quia in quibuscunque concessionibus semper Principis auctoritas censetur præseruata, Natt.*cons.*580.*numer.*4.*vers. Nam prædictis*,Mench. *de successionum creat.lib.* 2. §. 17.*num.*88.*cum seqq.*Surd. *cons.*152.*num.*16.Papa enim nunquam censetur tantum concessisse quin maiorem auctoritatem sibi,& successoribus reseruauerit, *cap.dudum & cap.quamuis lib.*2.*de præben.in* 6. Alphon. Soto *super reg.*24. *Cancel.n.*3.Aym.*cons.*126.*n.*4.*vers.itaque si Papa*,Cephal.*cons.*135.*n.*4.*& consil.*168.*num.*28.Et quicquid dicendum sit in Papa concedente an possit sibi ligare manus, vt non valeat dispositio contraria absque speciali derogatione, secus est in successore qui absque derogatione non habet manus ligatas, Prob.ad Monach. *in cap.* 1. *numer.* 11.*de constit.*Alphons.Soto *super reg.*40.*num.*4.*& reg.*24.*numer.* 4. Rota *in Comaclen.seu Ferrarien. Præpositura* 15. *Decemb.*1624. *coram bonæ mem. Remboldo, & in Cracouien.iuris legendi* 21.*Maij* 1627.*coram R.D.meo Coccino Decano.*

Quartò, quia D.Gabrielle Pereira *d.p.*2.*de manu* 47
Regia cap. 64. *num.* 44. dum colligit ex dicto Breui non posse Lusitanum per viam grauaminis, seu appellationis in secunda, seu alia vlteriori instantia ad Romanam Curiam appellare, loquitur expresse contra Ordin.Regiam *lib.*2.*tit.* 10. *in princ.* quæ ita statuit,*Mandamos, que sendo algua sentença dada por Iuiz Ecclesiastico contra algum Clerigo, ou Beneficiado,ou cõtra leigo,no caso em que he de sua iurisdiçion, posto que à sentença dada contra o Clerigo naon seia sobre posse de beneficio;se o Clerigo,ou leigo appellar para a Corte de Roma, no caso em que podem appellar, è antes que o tempo do seguimento d'ella seia acabado pedir carta para que pendendo a appellaçio, se naon proceda contra elle por nossas Iustiças, nem seia preso, nem euitado, nem lhe leuem penas de excomungado, hauemos por bem de lhe ser dada a cada hum delles quando mostrarem por escritura publica que appellaraçio, è seguem suas appellaçiones, posto que lhes naon seian recebidas, por quanto*

assi

assi foi sempre vsado, è praticado, è se costumanas semelhantes cartas serem dadas pellos DeZembargatores do Paço. Defendit ergo Ordinatio hæc appellantem ad Curiam Romanam ad effectum, vt pendente tali appellatione nihil innouetur, ac per consequens illa permissa debet censeri, & non prohibita, vt ex aduerso dicitur, & est ridiculum dicere appellationem posse quidem interponi ad Romanum Pontificem, sed vt ipse cognoscat, nec vt committat causam in Curia Romana cognoscendam, sed vt ad Regnum remittat, deputato in eo Iudice, qui ibi de illa cognoscat; frustra enim de Romana Curia mentionem fecisset dicta Ordinatio, sed tantùm de Pontifice committente, nam si Papa non posset causas huiusmodi ad ipsum appellatas, in Rota, vel aliis Iudicibus in Curia committere, excusaretur Curia Romana, quod non est dicendum, aut ferendum, nec vllatenus impediendus recursus ad eam, & esset quodammodo contra Bullam in Cœna Domini, vt optimè aduertit Valasc. *consul.62.num.7.*

48 Denique probatur irrefragabiliter ex pacifica possessione, in qua ab immemoriali tempore est S. Rota cognoscendi de omnibus causis beneficialibus, & aliis Ecclesiasticis ad eam per viam appellationis è nostro Regno deuolutis, quod constat ex innúmeris pene decisionibus Vlixbonen. scilicet Bracharen. Colimbrien. Visen. Egitanien. Eluen. quæ habentur in collectis per Farinacium, Seraphinum, Manticam, Caualer. Gregorium XV. Burattum, Duran. pluresque alios ipsius S. Rotæ Auditores, ante, & post dictum Breue, vsque ad præsentem diem, & hoc tanquam indubitatum suo tempore præsupponit Valascus, vir quidem doctus, & Senator Regius, *d. consult. 62. per totam.*

49 Vnde dato, & non concesso, quòd dictum Breue potuerit capere alium sensum, vel eius verba quoad hanc dispositionem obscura essent, nihilominus tamen obseruantia hæc per tot annos subsequuta tolleret omne dubium, Bart. *in l. omissi opinatores num.14. Cod. de exact. tribut. lib.10.* Becc. *cons. 140. num.21.* & latè *cons. 202. num.11. lib.2.* Osasch. *decis.136. num.4.* Alex. *cons.39. col.1. vol.3. cons.211. in fine, lib.6.* vbi quod si statuta de gabella soluenda, essent in aliquo verbo dubia, tamen deberet attendi, quod ante fuerit obseruatum, nec erit recedendum ab intellectu, & interpretatione declaratiua, data communi obseruantia, Menoch. *cons. 825. num.13. lib.9.* Marta *cons.143. num.21.* Stephen. Gratian. *discept. forens. tom.5. cap.825. n.14. & 15.* Ramon *cons.68. n.28.*

50 Est enim generale, quod quælibet dispositio declaratur per subsequentem obseruantiam, *cap. cùm venissent*, vbi Imol. *num.19. de constit.* Cranet. *cons. 294. sub num. 8. & cons. 459. num. 21.* Natt. *cons. 498. numer. 28.* Beroi. *cons. 91. num.10. vol.1.* Decian. *cons. 44. num. 28. & 115. vol.4.* Honded. *cons.6. num.34. lib.1.* Cassanat. *cons. 45. numer. 144. cum seq.* Menoch. *cons. 104. num. 13. & cons. 341. num. 23.* Becc. *cons. 101. numer. 49. libr. 1.* Ioseph. Ludou. *consil. 38.* Valenz. *cons. 52. numer. 45. cùm seqq.* Solorzan. *de Iure Indiarum lib. 2. cap. 24. ex numer.84.* nouissimè Castillo *tom. 7. de tertiis cap. 31. numer.65.* D. Mari. Cutelli *decis. 20. numer. 80. & in patrocinio pro Regia iurisdict. In quisitoribus Siculis concessa controu. 1. num. 45.* Rota apud Tamburin. *in fine tom. 3. de iure Abbatum decis. 114. n.10.*

51 Et ideo ptiuilegium, quatenus declarationem indigeat, declaratur ab obseruantia subsequuta, Corn. *cons.193. num.10. vol.2.* Socin. *consil. 111. in fine lib.1.* Osasch. *d. decis.136.* Honded. *cons.92. numer.38. lib.1. & cons. 60. num.11. lib. 2. & cons.35. numer.44. eod. lib.2.* Obseruantia enim subsequuta dicitur priuilegiorum interpres, Ioseph. Ludou. *dicta conclus. 38. illat.13.* Roman. *consil. 89. circa fin. vers. Vltimò, & cons. 271. numer. 3.* Menoch. *cons.390. numer.16.* Vincent. de Franch. *decis.56. num.6. par.1.* Honded. *consil.1. n.36. lib.2.*

Et obseruantia interpretatiua declarat verba dispensationis, *l. si de interpretatione, ff. de legibus.* Aym. *consil.101. num.3.* Seraph. *decis.600. num.3.* Rot. *decis.574. num. 3. p.1. diuers. & in Romana pecuniaria 26. Maij 1627. coram Cardin. Virili in vers. Quinto.* 52

Ac in interpretandis constitutionibus plurimum defertur obseruantiæ, *l. si de interpretatione, ff. de legibus cap. cum dilectus, de consuetud.* Aym. *cons.294. n.6. vers.21.* Menoch. *cons.276. n.19.* Surd. *cons. 362. n.10.* Rot. *decis.455. n.1. p.2. recentissim.* quod sine dubio quando verba sunt dubia, nam vbi fuerint clara, non est locus obseruantiæ interpretatiuæ, Aretin. *cons.85. num.5. & cons.215. n.2.* Rota *decis.108. n.6. p.2. diuers. & decis.37. n.27. p.2. etiam diuers. & in Toletana Canonicatus Pœnitentiariæ 25. Iulij 1640. coram R.D. Coccino decano.* Nouissimè post primam & secundam huius praxis impressionē ad manus meas peruenit Codex legum Sicularum à doctissimo D. Mario Cuteli in lucem editus, vbi dum ageret *de legibus Petri II. c.6. not.7. n.19. cum seqq. pag.301.* meminit præfati Indulti Iulij III. & iisdemmet nostris terminis sententiam à me suprà defensam, sequitur his verbis. *Quòd si aliqua differentiæ ratio conducatur ex indultu Iulij III. Pont. Max. quo statuitur ne causæ Lusitaniæ finibus extrahantur, neve à Iudicibus exteris terminentur, hoc quòd ex speciali indultu proficiscitur: quoad cæteras prouincias nequaquam dispositionem variat: licèt existimarem hoc idem seruari ibi quoque debere ni aliud aduersetur: quoniam si bene illud perlegi, de delictis, vel contractibus in illa ditione perfectis loquitur, quorum definitionem noluit alibi præterquam in Regno agitari; vt nec externorum Iudicum postulatio, ac designatio proficeret, nec à Regni finibus excessus. Cæterum quin si extra Regnum contraherent, vel delinquerent, forum ibi quoque sortirentur, non vetauit; nam hoc eius effectus esse pernoscitur, vt in illa specie pro incola, ac originario eius loci delinquens habeatur, vt supra ex Barb. in l. hæres absens §.1. n.7. tractatum est, ac euidenter constitutio Imperialis dictat in auth. de Consulibus, & in auth. de mandat. Princip. At indultum quin aliud domicilium possit constitui, quando eo animo non fit, vt legi fraus inducatur, non prohibet, ALIAS LVSITANOS OMNES HVMANA SOCIETATE (ne præter Regni fines contrahere possent) PELLEREMVS: vel loci delicti in præiudicium eius loci dominorum, quibus inquirendi ius quæritur, denegaretur, cum potius expressis verbis ex indultu colligatur loqui tantum de causis illis, quæ ibi debuissent eadem ratione terminari; ita dictant illa verba exordij, Quidam, &c. vt magis ac liberius in suis delictis insordescant, vt suorum delictorum impunitatem diutius consequantur, suosque aduersarios molestare valeant, cum primum tibi alicuius delicti conscij existunt, aut ex quauis occasione in causam talem trahi posse præsentiunt, suorum Ordinariorum, & Iudicum & officialium eorundem Regnorum, & dominiorum iurisdictionem declinant, &c. & inferius. Nulli, &c. super criminibus, & delictis per eos in Regnis, & dominiis Ioannis Regis huiusmodi hactenus, & pro tempore quomodolibet* 53

perpetratis, aut rebus ad eos pertinentibus, vel alia quauis occaſione litteras etiam in forma Breuis, &c. *impetrare poſſint. Quibus ad idem ſine vlla, aut aliqua dubietate pertrahor: præſertim dum ſuppoſita natura huiuſmodi contractuum, qui executionem præſeferunt, quicquid exequendum remanet, dum reus ibi moram agit, eiuſmet Regni Iudici remittitur, nec perſonæ aliter extrahuntur, nec proceſſus. Quodque apud Auditorem Cameræ agitur, aliud non eſt, quam clauſulas contractus præambulas in ordine ad executionem implere, vt expeditior Iudici executori via ad implementum promiſſorum pateat: quæ vt coram eo fierent, nulla ratio ſuadebat. Demum quoniam diſpoſitio hæc ad euitandas, quæ in recta iudicia, excogitabantur fraudes, inducta fauori cederet eorum qui cum Romæ contrahant, eludere autem Auditoris Cameræ iudicia excogitant, quod eodem modo vitari debet, quo conſtitutum eſt, ne id in fraudem Luſitanorum Iudicum fieret, vt legem quam tulere, vel vt ferretur, rogauere patiantur, vt quiſque Iuris quod in alium ſtatuerit, ipſe eodem iure vtatur: neque enim quos mores quis pro ſe probauit ſine iniuria in aliis reprobat l. 1. Cod. de inoffic. teſtam. & Pandect tit. 2. quod quiſque Iuris; his quoque fauet natura iudicij exactionis, nempe penſionis beneficij, cui quis in manus Sanctiſſimi cedit, cuique videtur ille, cuius gratia fit, ſe obligaſſe ad onus aſſumptum pendendum: huius enim generis cauſæ coram eo agitari debent tum ratione loci contractus, tum quia beneficiales ſunt, ex conſideratis per Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 2. proœm. n. 6. poſt Rot. deciſ. 36. n. 2. de appellat. in nouis: per quæ exiſtimo recedendum eſſe à Pereira quoad hoc ſpectat, quoniam nullum ſecularibus Principibus agitur præiudicium, ſi cauſæ huiuſmodi clericorum Romæ perfectæ, Ordinario Prouinciarum exequendæ tranſmittantur, cum nec reus, nec proceſſus alibi trahantur, licèt Regius Iudex vices executoris ſortiatur.* Hactenus d. Marius Cutelli. Tutiſſimum, inquit Viu. *deciſ. 35. num. 4. cumſeqq.* ſe conſtituit pro victoria obtinenda, allegans deciſionem legis, vel alicuius Doctoris in terminis; Caualcan. *deciſ. 30. num. 38. p. 1.* idem dicit his verbis. *Volo tibi tradere vnam medicinam his noſtris temporibus propter tot ſcribentium auctoritates: quando habes cauſam aliquam, noli acquieſcere donec legem, gloſſam, aut deciſionem in terminis terminantibus inuenies, & poſtea illa inuenta, videas de veritate articuli, & librum mitte Iudici, vt faciebat pater veritatis D. Alex. in conſ. 207. num. 5. vol. 4. quia hodie ſunt pompoſi Iudices, quod ſi non vident textum aut deciſionem in terminis, nolunt credere, vt dicit Pract. Papien. formul. cap. quando teſtes, in fine art. 113.* &c.

54 Videat ergo pius lector, & attente conſideret an in aliquo Concilij Trid. & Ordinationum Regiarum, ac dicti Breuis diſpoſitioni contrauenerim, exequendo mandata Auditoris Cameræ, S. Rotæ, & Iudicis exequutoris in partibus deputati pro exigenda penſione mihi debita; & non ſoluta ritè, & rectè relaxata, vt quæſtionibus præcedentibus, & ſequenti latè probaui, non enim dicitur contradictio ea, quæ fit de Iure, vt de clauſula contradictores reſoluunt gloſ. & Doctores *in cap. pro illorum, de præbend.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib. 1. q. 4. n. 44.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſ. 9. §. 1. in annot. num. 242.* & alij per me citati de *clauſulis vſufreq. clauſ. 33.* Nec poteſt dici legum violator, qui eas intelligit iuxta ſenſum Iuri communi conſonum, per ea quæ adducit Parens meus *in Remiſſ. ad Ordin. Regias Luſitan. in prælud. libri quarti.*

55 Adhuc in fortioribus terminis accipientes dictum Breue, illudque (vt contrarij volunt) ad omnes cauſas extendentes, contra eius verba, mentemque Pontificis concedentis, exiſtimamus locum non habere in noſtro caſu; tum quia apertè agit in criminibus, & delictis in Portugalia commiſſis, ibi: *Super criminibus, & delictis per eos in Regnis, & Dominiis Ioannis Regis huiuſmodi hactenus, & pro tempore quomodolibet perpetratis*; ergo non loquitur de delictis extra Portugaliam commiſſis, proindeque nec contractibus alibi, quam in Portugalia celebratis, valet enim argumentum, à delictis ad contractus, *l. omnes l. tam ex contractibus ff. de iudic.* Cardin. Tuſch. *practic. concluſ. to. 1. lit. A. concl. 507. n. 26.* cum aliis citatis per me *de locis communibus, argumen. Iuris loco 35.* Nam quoad hoc æquiparantur delicta, & contractus, *cap. vlt. de iudic.* & quando duo caſus ſunt æquiparati, diſpoſitum in vno cenſetur diſpoſitum in alio, gloſ. *verb. aduocandum in l. mancipia. C. de ſeruis fug.* gloſ. *in cap. ſi poſtquam, de elect. lib. 6.* cum aliis citatis per me *Axiomat. 39. n. 9.*

Iuſtum eſt enim, vt Princeps, qui vult punire delicta in ſuo Regno commiſſa, & contractus in eo 56
celebratos obſeruari facere priuatiuè quoad alios permittat, & ipſe, vt idem fieri poſſit ab aliis Principibus in ſuis Dominiis. Tum etiam, quia loquitur de cauſis commiſſis per litteras, & reſcripta à Sede Apoſtol. emanata, ibi, *per diuerſas commiſſiones, litteras, & reſcripta à Nobis, & Sede Apoſt.* &c. In noſtro verò caſu non cognoſcit Auditor Cameræ per ſpeciale Sanctiſſimi reſcriptum, ſed vigore generalium facultatum Iure ordinario ſibi competentium per ea quæ adduximus ſuprà *quæſt. 5.* Tum denique quia agit dictum Breue de cauſis commiſſis Iudicibus extraneis, ergo non comprehendit illas, quæ non committuntur, ſed mero Iure ſpectant ad Iudices, qui propter iuriſdictionem, quam in partes contrahentes in ſuo territorio acquiſierunt, non extranei, ſed propriè naturales cenſentur; ſicut & ipſi contrahentes tanquam veri originarij, & domiciliarij eius ſubditi habentur, quoad ipſum contractum, iuxta ea quæ notant Salgado *de Regia protect. tom. 102. cap. 17. num. 6.* D. Barboſ. *in lege hæres abſens, §. 1. num. 7. ff. de iudic.* Facit quia Roma eſt pa- 57
tria communis, Cicer. *in orat. 2. de lege Agraria, verè Romam eſſe omnium noſtrùm patriam, dicit* Iul. Cæſar Bulenger. *lib. 2. de imperio Romano cap. 5. pag. 315. Romam à Modeſtino communem patriã appellari affirmat*, Plin. *lib. 35. cap. 5. appellauit Romam vnam eſſe cunctarum gentium in toto Orbe patriam*, Reſtaur. Caſtald. *de Imper. q. 105. num. 8.* Paleoth. *de nothis, & ſpur. cap. 3. num. 6.* gloſ. *verb. compelli in cap. vlt. de foro comp. in Mandoſ. reg. 20. Cancel. q. 10. num. 2.* Sigiſm. Scacc. *de iudic. cap. 66. num. 24.* Dionyſ. Paul. *de vera quatuor Patriarchal. ſedium erect. cap. 16. num. 26. & 27.* nouiſſimè D. Felician. de Vega nunc Archiep. Mexicanus *in relect. ad d. cap. fin. num. 15. de foro compet.* vbi *n. 18.* id intelligit quoad clericos & perſonas Eccleſiaſticas, quia ibi reſidet Sedes Apoſt. & audientia cauſarum omnium Eccleſiaſticarum ſpectantium ad ipſam Sedem, quamuis de facto contingat quod Summus Pontifex abſens ſit, ſeu mortuus, Stephan. Gratian. *diſcept. Forenſ. tom. 3. cap. 569. num. 14. & 15* Gabr. Pereira *deciſ. 2. num. 13.* Valenzuel. *conſ. 200. num. 13.* Ita vt omnes Romæ habitantes dicantur eſſe in propria patria, ac proinde Iudices ibidem exiſtentes non tanquam extranei debent quo ad eos cenſeri, & maximè ſi ſint Clerici, iuxta notata *q. 3. verſ. Denique num. 11.* Vnde prouenit, vt qui exulatur à ciuitate, vel oppido vnde originem ducit, eo ipſo exulatur etiam ab Vrbe Roma, vti patria omnium communi, vt *in l. fin. ff. ſi ſeruus exportandus*

portandus veniat, Marian.*in d.cap.vlt.n.*13. Alberic. *in l.Roma,n.*3.*ff.ad municip.& in diction. verb.Roma*, Farin.*fragm.crimin.part.*1.*lit.D.n.*197. Scip. Rouit. *super fragm.Regni Neapol.tit.de contumacib.n.*8.*&* 9. Valenzuel.*d.conſ.*200.*n.*15.

58 Ex quibus omnibus fit conſequens ordinationes præfatas nihil probare ex quo veniat impedienda executio mandatorum,& declaratoriarum Auditoris Cameræ,& S.Rotæ,ac Iudicis executoris in partibus deputati,nec adeſt lex aliqua Regni,quæ hoc prohibeat, nihil enim euincit aduerſarij malitia, dum affirmat me plura allegaſſe in hac cauſa contra Regiarum ordinationum diſpoſitionem ; omnes enim valde eorum audaciam admirantur, qui talia falsò affirmare non erubeſcunt,vt ſic amiſſo miniſtrorum ſæcularium fauore cauſam perdere coactus ſim ; ſed quis credet me ignoraſſe Concilij Trident. diſpoſitionem, quod olim non infructuoſis Remiſſionibus, & hodie copioſis Collectaneis exornaui? Quis dicet me non conſideraſſe Ordinationes Regias,cum mea opera,& diligentia ſuper illis vtiliſſimas ediderit remiſſiones doctiſſimus Parens meus, quem non minus naturæ, quàm doctrinæ meæ reuereor auctorem ; credendum eſt igitur me inuidia potius quàm lege perſecutionem hanc, & animi afflictionem pati, quæ in cauſa eſt, vt à libris meis penitus diſtentus non poſſim vltimam imponere manum Collectaneis in Ius ciuile vniuerſum,opus omnibus in Iure verſantibus maxime vtile, & neceſſarium.

Vtrùm, & quando executor literarum Apoſtolicarum penſionis in regno deputatus teneatur exceptiones oppoſitas per Titularem contra earum executionem admittere, vel reiicere,ſeu iudicio Ordinarij diſcutiendas remittere?

Qvæstio VII.

1 *Iudex executor penſionis quomodo ad eius exactionem procedi debeat oſtenditur.*

2 *Exceptio non poteſt impedire effectum excommunicationis iam productum.*

3 *Factum legitimè retractari non debet licet caſus poſtea euenerit à quo non poſſit inchoari.*

4 *Cauſa quando produxit effectum perfectum, & conſummatum, licet poſſit ceſſare ipſa cauſa, non tamen ceſſat effectus.*

5 *Nullitatis intrinſeca exceptio neſcit ceſſare executionem.*

6 *Nullitas oppoſita facit ceſſare executionem quando ex ipſis actis,& contextu probabatur,nec altiorem indaginem requirit.*

7 *Nullitas, quæ conſtat ex actis, dicitur intrinſeca inhærens oſſibus inſtrumenti.*

8 *Probatio quando dicatur fieri in continenti.*

9 Ordinatio Regia lib.3.tit.25.§.1.*expenditur,& n.*16.

10 *Exceptiones, quæ ab extrinſeco ſunt probandæ,& requirunt altiorem indaginem,poteſt executor remittere Ordinario.*

11 *Iudex executor, qui exceptiones altiorem indaginem requirentes remiſit Ordinario, non tenetur interim in executione ſuperſedere.*

12 *Executionem non impedit nullitas extrinſeca,nec illa, cuius probatio altiorem requirit indaginem.*

13 *Poſſeſſorium exequutiuum abhorret exceptiones requirentes altiorem indaginem.*

14 *Iudex cognoſcens exceptiones per calumniam oppoſitas fuiſſe, vt executio retardetur,non debet eas admittere.*

15 *Iudex tenetur calumnias obuiare.*

17 *Appellatio à ſententia lata per executorem pro ſoluenda penſione emiſſa à poſſeſſore condemnato non eſt admittenda.*

18 *Exceptio nullitatis ſi repellatur nullo modo ad Regem patet recurſus.*

19 *Iudex executor an poſſit procedere contra Capitulum pro terminis penſionis decurſæ de tempore vacationis beneficij, oſtenditur,& num ſeqq.*

20 *Gregorius XIII.& Clemens VIII.declararunt Capitula Elboren.& Vlixbon.teneri ſoluere penſiones tempore vacationis Canonicatus decurſas.*

21 *Deciſio aurea S.Rotæ quoad hoc propoſitum refertur.*

22 *Dictio,*quomodolibet, *comprehendit omnem modum, & omnia etiam vltra expreſſa.*

23 *Verba,*quibuſuis aliis,*comprehendunt maiora expreſsis, immo extranea, & diſsimilia.*

24 *Penſio eſt onus reale,& ſequitur beneficium.*

25 *Capitulum ſi bona fide fructus inter præſentes diſtribuat, an poſt talem diſtributionem teneatur ſoluere terminos penſionis decurſæ de tempore vacationis Canonicatus, oſtenditur.*

26 *Scientia præſumitur circa facta & geſta ab amico,vicino,& ſocio.*

27 *Notorium factum eſt quod à maiori parte populi,Parochiæ, viciniæ, aut Communitatis ſcitur.*

28 *Executor ſolum habet iuriſdictionem aduerſus nominatos in commiſsione.*

29 *Executor vt contra nominatos poſsit procedere non eſt neceſſe quod ſint nominati in indiuiduo,& expreſsè,ſed ſufficit quod comprehendantur in commiſsione per clauſulas generales,tacitè,incidenter, aut viriualiter.*

30 *Exceptio defalcandi onus à titulari ſolutum non admittitur in iudicio poſſeſſorio ſi in*

eo petat Pensionarius manuteneri in ea summa quam exigere solitus est.

31 *Pensionis reseruatio posterior subsidio,& excusato est ab eo exempta,& immunis, secus,si fuerit anterior.*

32 *Exemptio in subsidio,& excusatio solùm durat pro illo quinquennio,nam in sequenti solet derogari exemptioni huiusmodi.*

33 *Exemptio Pensionis amplissima refertur, quam non diminuit posterior subsidij & excusati concessio.*

34 *Subsidij & excusati concessio solum afficit Pensionarios Hispanos quoad Regem.*

35 *Nisi concordia inita fuerit inter Regem, & Clerum Hispaniarum super modo soluendi,quia tunc afficit etiam totum Clerum inter se.*

36 *Principis concessio ita intelligi debet, vt respectu impetrantis aliquid operetur.*

1 IN quolibet debito petendo, cui via executiua competit,debet Aduocatus cauere ne verbis ad viam ordinariam spectantibus, puta damnandi, condemnandi,quoquomodo vtatur, sed ad executiuam propriè pertinentibus,hoc est,compellendi,soluendi,&c. aliàs pars præiudicabit, quia ordinaria via electa, non ei postea ad executiuam patebit regressus, Burg.de Pace *cons.*39.*n.*7. Parlador.*rerum quotid.lib.*2.*c.fin.*§.1.*n.*17. & 18. & §.11. *n.*20. Valasc.*cons.*88.*n.*9. Villadieg. *in politica cap.*2. *n.*52. Gonzal. *ad reg.*8.*Cancell.gloss.*6.*n.*192. Sigism. Scacc.*de iudic.lib.*1.*c.*62.*n.vlt.& c.*76.*n.*9. *post princ. vers.quia qui potest agere, & de appellat. q.*17. *limit.*9. *n.*45. Garc. Mastrill. *decis.*157.*ex n.*1. *p.*2. Cancer. *var.lib.*1.*c.*17. *de appellat. à n.*34. *& lib.*2.*c.*3. *n.*91. Gutier.*pract.lib.*3.*q.*39.*n.*5.Maresc ot.*var.resolut.lib.*1. *c.*38.*n.*4. Mar.Antonin.etiam *var.resolut.lib.*1.*resol.* 29.*n.*8.Stephan.Gratian.*discept-forens.c.*118.*à n.*49. Fontanel.*de pactis nupt.claus.*7.*p.*5.*glos.*2.*n.*30.Cenci. *de censib.p.*2.*c.*2.*q.*5. *art.*6. *n.*28. Salgado *de protect. Regia,p.*3.*c.*4.*n.*60. *& p.*4.*c.*7. *n.*172. Mari. Giurba *decis.*55. *n.*18. *& decis.*74. *n.*11. *& decis.*100. *n.*53. Perez de Lara *in compendio vitæ hominis c.*27.*per tot. maximè num.* 18. Quod verum est vbi lite contestata in via ordinaria actor ad executiuam progredi vult; secus si lis non defuerit contestata, quia ad executiuam tunc actor redire refusis expensis poterit, Francisc. Auiles *ad c.*10. *Prætor. verb. execucion n.*2.*ad fin.*Gutier.*d.q.*39 *n.*6. Stephan. Grat.*d.c.*118. *à n.*51.Hermosilla ad Greg.Lop.*l.*56.*glos.*11.*&* 12. *n.*158.*&* 159.*tit.*5.*part.*5. Ioan. à Sande *decis.Frizicarum lib.*1.*tit.*7.*de except. definit.*1. Vnde praxis & stylus Romanæ Curiæ, vbique terrarum communi calculo obseruatus obtinuit,vt cum Iudex executor deputatus in litteris Apostolicis pensionis procedere vult contra recusantem eam soluere, monitorium expediat cum clausula iustificatiua, vt scilicet soluat intra tot dies, aut infra illos compareat ad allegandam legitimam exceptionem, quo termino transacto, si nihil alleget, vel exceptiones producat illius qualitatis, quæ executionem retardare non possint, tunc Iudex executor declarat eum excommunicatum: de qua praxi,& stylo etiam in tota Hispania vigente attestantur Nicol.Garc.*de benefic. part.*1. *cap.*5. *à n.* 532. & Franc. Salgado *de Regia protect.p.*3. *cap.*3.*n.*31. *cum seqq.* Nec tenetur in ferenda huiusmodi sententia excommunicationis seruare formam decreti Concil. Trident. *sess.*25. *de reform. cap.*3. cum facultas illi data in litteris Apostolicis excommunicandi morosum in solutione pensionis non censeatur data in subsidium,vt refert decisum Nicol. Garc. *d.c.*5. *num.*587. vbi tamen *in addit.* subdit, quod licet *in vna Illerden.pensionis* 13. *Nouembris* 1593. *coram Orano*, Rota dixisset sententiam Auditoris Cameræ latam contra resignatarium ob non solutionem pensionis resignanti reseruatæ fuisse nullam, ideóque reuocandam, quia non fuit in potestate Auditoris Cameræ per sententiam declarare eum incidisse in censuras comminatas in monitorio ob non solutionem pensionis,nisi præmissis diligentiis requisitis de faciendo executionem realem,vel personalem,iuxta dispositionem illius decreti; hoc tamen asserit esse contra declarationem Sacræ Congregat. & tenorem ipsarum litterarum pensionis; quod ego intelligendum esse censeo locum habere quando Auditor Cameræ procederet vigore obligationis Cameralis, qua pensionarius ad pensionem soluendam obligatus existit, in quibus terminis malè reprehenditur à Garcia,refero ego ipse *in collectan.ad Concil.Trident. d.cap.*3.*n.*25. Potest enim Auditor Cameræ duplici iurisdictione vti,vt ostendi *q.*6.*n.*23.*&* 24.

2 Post cuius excommunicationis declarationem si pars alleget exceptionem legitimam, illa non poterit impedire effectum censuræ iam productum tempore habili, in quo nihil fuit oppositum, quod illum posset reprimere, arg. text. *in cap.pastoralis, § verùm, & in cap.ad hæc, de appellat. cap.ad reprimendum, de offic.Ordin.cap.*is *qui, §.fin. de sent.excom. lib.*6. *& est l.Regia Castellæ* 21. *tit.*9. *part.*1. Salgad. *d.tract. de Regia protect. p.*2. *cap.*5. *cum seqq.* vbi latè quando excommunicatio sub termino, aut conditione lata est, & intra terminum, aut conditione pendente contradicat, & appellet grauatus, tunc solùm suspenditur eius effectus, cùm adhuc non fuerit ad esse productus.

3 Quod vlteriùs comprobatur, quia ea, quæ legitime semel facta sunt, durant,quicquid postea contigerit; & quia factum legitimè retractari non debet,licèt casus postea euenerit,à quo non possit inchoari,text. *in l.pluribus,§.si placet, ff.de verb.obligat. l.patre furioso,ff.de his, qui sunt sui, l.vt primum,* §.1. *ff.de seruitut.l.in ambiguis,§.non nouum,*vbi latè Deci. *ff.de regulis iuris, l.fin. ff.de acquirend. possess.capit.factum legitime,de regulis Iuris lib.*6.quæ Iura latissimè exornant plures relati à Castill. *controuers. tom.* 3. *cap.*15.*num.*4.*& de tertiis,c.*21.*n.*19. *cum multis seqq.*

4 Tum etiam, quia quando causa produxit effectum perfectum, & consummatum, licet possit cessare ipsa causa, non tamen cessat effectus, *l.fin.in princip. ff.vnde liberi,l.sancimus,C.de adminis.tutor.*cum aliis citatis per me *de Axiomat. Iuris vsufrequen. Axiom.* 40.*n.*11.

5 Sed tota quæstio est de exceptionibus infra terminum oppositis an obstent executioni:in qua distinguendum est inter exceptiones intrinsecas nullitatis, seu subreptionis pensionis], quæ ex ventre, & contextu Bullarum, vel incontinenti probantur, & inter illas, quæ ab extrinseco sunt probandæ, & requirunt altiorem indaginem. In primo casu certum est, quod nullitas opposita facit cessare executionem, iuxta ea, quæ resoluit D.Gabr. Pereira *de Manu Regia tom.*1. *cap.*9. *num.*16. ibi: *Vnde regula est quod si ab illo, qui excipit, nihil est extrinsecus probandum, tunc exceptio expedit executionem, veluti si nullitas*

nullitas constaret ex actis, vbi sit notoria, &c. & *n.*27. idem fe. è resoluit, ibi : *Nullitas opposita facit cessare executionem quando ex ipsis actis, & contextu probatur, nec altiorem indaginem requirit*, &c. Ad idem faciunt quæ notant Giurba *decis.* 100. *num.* 8. Salgado *de Regia protect. part.* 3. *c.* 9. *à princip.* Caroc. *de exception. except.* 42. *n.* 44. & 46. vbi ait quod euidens, & notoria nullitas dicitur illa, quæ constat ex actis, & oculo corporeo ex lectura processus potest videri.

7 Vnde huiusmodi nullitatem, intrinsecam inhærentem ossibus instrumenti vocat Mari. Antonin. *var. resol. lib.* 2. *resol.* 3. *num.* 29.

8 Cessat etiam executio, vt supra tetigi, quando probatio nullitatis, seu subreptionis allegatæ offertur incontinenti, quæ tunc dicitur facta incontinenti, cum quis habet instrumentum præ manibus, illúdque offert, & ostendit sine alia dilatione; ita Dec. *consil.* 424. *volum.* 2. Tiraq. *in l. si vnquam, verb. libertis num.* 15. *C. de reuocand. donat. & de retract. lign.* §. 2. *glos.* 1. *ex num.* 20. Reinoso *obseruat.* 45. *num.* 13. Nulla est enim actio adeò priuilegiata, etiamsi executiua, & possessoria sit, quæ si contra eam opponatur exceptio releuans, & incontinenti probetur, non suspendat eius effectum, *cap. litteras, de restitut. spoliat. l. si is à quo, ff. vt in poss. legat.* Menoch. *de recup. possess. remed.* 1. *quæst.* 21. *num.* 240. *cum seqq. & de retinenda remed.* 3. *q.* 75. *num.* 633. *& seqq.* Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 16. vbi resoluit, quòd dicitur probari incontinenti quando intra terminum à Iure assignatum instantiæ, & processui principali probantur, Azeued. *l.* 1. *num.* 158. *tit.* 21. *lib.* 4. *nouæ Recop.* Giurb. *decis.* 21. *num.* 1. & 2. Stephan. Gratian.

9 *discept. forens. cap.* 384. *n.* 9. Sed apud Lusitanos ex *Ordinat. Regia lib.* 3. *tit.* 25. §. 1. dicetur fieri probationem incontinenti, quæ per testes, vel scripturam fiet perfectè intra decem dies, & ideò consulerem Iudici executori in Lusitania procedenti, vt si pars vigore monitorij citata comparuerit, & intra terminum exceptiones produxerit, si reuelantes fuerint, & admittendæ, decem assignet dies, intra quos si perfectè pars eas probauerit, tenetur in executione supersedere. Idem quoque videtur tenendum in Hispania, iuxta ea, quæ adducit Azeued. *d. l.* 1. *num.* 158. & D. Ioannes Alphonsus de Butron *in sua iuris allegatione pro Ioanne Garcia de Veldoña*; admittendæ enim sunt in quacunque causa exceptiones, quæ intra decem dies à lege præfinitos probantur, vt optimè consuluit Fului. Pacian. *cons.* 10. *per tot.* Parlad. *lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin. part.* 5. §. 2. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 411. *n* 25. & 26. Gaito *de credito, cap.* 2. *tit.* 9. *de apocha banchar. num.* 2232. Giurba *decis.* 21. *num.* 1. & 2. Salgad. *de Regia protect. p.* 4. *cap.* 7. *à princip.*

10 In secundo verò casu, quando scilicet exceptiones huiusmodi ab extrinseco sunt probandæ, & non incontinenti, ac proinde requirunt altiorem indaginem, tunc potest dictus Iudex executor eas Ordinario remittere, ad quem spectat prima instantia ad hoc vt de illis plenariè cognoscat iuxta tenorem Concil. Trident. *sess.* 24. *de reform. c.* 20. vt tenent in terminis Flores de Mena *var. quæst. lib.* 1. *q.* 12. *n.* 17. *cum seqq.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea resolut.* 339. Ioan. Maria Nouar. *in practica noui Iuris Pontificij, tit. de causis in prima instantia concluf.* 1. *aliàs* 54. *num.* 15. 16. & 17. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 1. *c.* 5. *num.* 546. Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p.* 1. *cap.* 5. *num.* 546. latè, & eleganter, D. Ferdinandus Azcon *in sua doctissima Iuris allegatione pro Illustrissimo, & Reuerendissimo D. D. Fratre Antonio de Sotomaior Archiepiscopo Damasceno, Inquisitore Generali, & à Confessionibus Catholicæ Maiestatis, contra Capitulum Metropolitanæ Ecclesiæ Valentinæ fol.* 5. *verso*, ibi : *Praterea, en satisfacion del primero fundamento se dize, que dado que sin embargo de las razones referidas pudiera auer alguna dificultad en la capacidad que oy tiene el señor Inquisidor general para obtener dicha pension, y que las excepciones que por parte del Cabildo se oponen fueron considerables, no puede el executor desta causa conocer de aquellas, porque todas ellas*, requirunt altiorem indaginem, *y siendo tales*, non extenditur iurisdictio executoris ad illarum cognitionem, &c. Et paulo infrà. *Deinde, se responde, que aunque es verdad, que regulariter, el executor en estos casos puede conocer de las excepciones, quæ oriuntur ex ventre rescripti; & per illius inspectionem de facili liquidari possunt, esto no procede quando el pensionario está in quasi possessione exigendi pensionem : porque en este caso, cum ratione quasi possessionis reddatur turbida, & dubia exceptio oriens ex ventre rescripti, & sic altiorem requirat indaginem, no puede el executor conocer della, assi lo resueluen en proprios terminos*, Pute. *decis.* 585. &c.

Remissa in hoc euentu dictarum exceptionum 11
causa ipsi Ordinario, illáque coram eo pendente, non ob id tenetur executor in executione supersedere, nec Ordinarius illi potest inhibere, aut aliquo modo impedire potestatem, quam habet, exequendi, vt optimè resoluit Nicol. Garc. *d. p.* 1. *cap.* 5. *n.* 525. ibi : *Pendente tamen causa nullitatis, seu reformationis pensionis coram Ordinario absque commissione, certum videtur non impediri executionem litterarum pensionis*, Flores *d. num.* 32. *Etiamsi oppositum esset de litis pendentia, & inhibitum, quia Ordinarius non potest inhibere executori, qui est superior : & quia executor est Index solius pensionis, Ordinarius verò nullitatis, & reformationis, & sic vnus non debet impedire alium*, Ceuall. *q.* 897. *num.* 909. & seq. *cum aliis, qui tamen malè id intelligit quando pensionarius est in possessione percipiendi, non enim id necessarium, vt executor possit procedere*, &c. refert, & sequitur Salgad. *de Regia protect. p.* 3. *cap.* 3. *num.* 44. & 45.

In Iure enim constans est conclusio, quod execu- 13
tionem non impedit nullitas extrinseca, vt resoluit Mari. Antonin. *var. resolut. lib.* 2. *resolut.* 3. *n.* 29. nec illa, cuius probatio requirit altiorem indaginem, Ripa *in l.* 4. §. *condemnatum, num.* 1. *cum seqq. ff. de re iudic.* Caputaq. *decis.* 321. *p.* 1. Mohedan. *decis.* 4. *n.* 3. *de fide instrum.* Rota *in Firmana pensionis* 23. *Ianuarij* 1627. *coram R. P. D. Duran*, inter eius impressas *decis.* 60. Salgado *d. p.* 3. *cap.* 3. *à num.* 51. ibi : *Hoc autem, quod de exceptione nullitatis diximus, ita erit intelligendum, vt si non sit notoria, & euidenter de ea constet, sed requirat altiorem indaginem, siue cum ex litis pendentia simul, siue ipsa sola apponatur executioni, vtique obstare non tenetur ex iis, quæ per* Bart. & aliis *in l.* 4. §. *condemnatum, de re iudic.* Lancellot. *de attentat. tit. de attentat. nullit. pendent. & nos ex iis, quæ sursum diximus, & inferius in cap.* 9. *vbi latè, vt putà quando nullitas versatur circa extrinseca gratiæ pensionis, videlicet quando pensio fuit reseruata ex causa resignationis, aut cessionis Iuris, & litis, & disputatur de titulo, & Iuribus resignantis, vel de validitate concordiæ, quæ non impediunt, sed reseruantur iudicio Ordinario*; & procedunt Doctores *supra secundum* Flores de Mena *d. quæst.* 11. *num.* 32. quem in hoc sequitur Garcia *suprà n.* 546. &c.

Idem tenet D. Gabr. Pereira *d. tom.* 1. *cap.* 9. *sub* 14
num. 16. ibi : *Si verò aliquid probatum est, & probatio altiorem indaginem requirit, executionem non impedit*, &c. Et huiusmodi possessorium executiuum abhorret exceptiones requirentes altiorem indaginem,

vt

vt per Pacific. *de Saluiano interdicto inspect. 2. n. 42.* vbi cumulat plures Rotæ decisiones.

14 Si verò cognoscat Iudex exceptiones per calumniam oppositas fuisse, vt executio retardetur malitiosè (prout tales præsumuntur quando ab extrinseco sunt probandæ, & non ex ventre, & contextu Bullarum, nec probatio offertur in continenti, vt in nostro casu) tunc non debet eas admittere, nec Ordinarij iudicio discutiendas remittere, sed tenetur omnino reiicere, vt patet Honded. *cons. 17. n. 45. vol. 2.* Giurba *decis. 8. num. 8.* Parlad. *rerum quotid. lib. 2. part. 5. §. 11. num. 60.* Salgado *d. part. 3. cap. 3. num. 24.*

15 Iudex enim debet calumniis obuiare, & exceptiones ad intricandum, & procrastinandum iudicium oppositas etiam ex officio repellere, secundùm Innocent. *in cap. post electionem, de concess. præbend.* cum aliis per Foler. *in pract. crimin. in verbo etsi confiscantem in 3. p. tertiæ partis post num. 50.* & per Menoch. *remed. 15. recuper. n. 326. cum seqq.* quos refert, & sequitur Salgado *d. p. 3. cap. 6. n. 71. cum seqq.*

16 Hoc idem ferè decidit Ordinat. Regia Lusitana *lib. 3. tit. 25. §. 1.* in casu, de quo loquitur, videlicet quando proceditur vigore alicuius instrumenti garentigij per assignationem decendij, ibi: *E nam prouando perfeitamente nos dez dias os embargos, è forem taes que prouados releuem da condenaçaõ, o Iuiz o condenara no contendo na scrittura, è lhe receber à os embargos, è dará sua sentença a execuçaõ sem appellaçaõ, nem aggrauo.* Id est. *Et si non probauerit perfectè intra decendium exceptiones, qua tales proponantur, vt illis probatis non veniat reus condemnandus, tunc Iudex illum pro contentis in scriptura condemnabit, & exceptiones huiusmodi admittet, sententiámque suam, quacunque appellatione remota, executioni mandabit.* Adiungit verò eadem Ordinat. Regia, §. 2. *E em caso que o Iulgador naõ condenar o Reo por lhe parecer que prouou seus embargos perfeitamente dentro dos dez dias, ou lhe receber os embargos, è o condenar por lhe parecer que os naõ prouou perfeitamente, a parte que se sentir aggrauada se podera aggrauar por instrumento, ou petiçaõ aos Superiores, porem naõ se sobrestará na execuçaõ da sentença por causa de ditto aggrauo.* Id est. *Et in euentu, quòd Iudex Reum non condemnauerit, eo quòd existimauit exceptiones perfectè non probasse intra decendium, aut illas admiserit, & condemnauerit, eo quòd putauit eas perfectè minimè probasse, tunc pars quæ se grauata senserit, poterit superiori per instrumentum, vel petitionem supplicare, sed ob causam dictæ supplicationis non supersedeatur in executione sententiæ;* quid clariùs? Has ordinationes refert Thom. Valasc. *allegat. Iuris tom. 1. alleg. 76. n. 46.* vbi à princip. plura vna earum legum, & similium intellectus cumulat.

17 Vnde non est ferenda resolutio Iudicis omnino incompetentis, qui contra Iuris regulas, & expressas Doctorum resolutiones, de quibus suprà, voluit prætextu assertæ violentiæ, vt executor propter friuolas quasdam exceptiones aduersarij extrinsecis probationibus indigentes, ac altiorem petentes indaginem, teneretur illas, principalémque causam Ordinario via ordinaria discutiendas remittere, quod est merum delirium Iuris, vt non obscurè colligitur ex iis, quæ adducit Francisc. Salgado *de Regia protect. p. 3. n. 5.* ibi: *Quando autem pensio alicui reseruata fuit, eo quod beneficium resignauit, seu litigando cessit iuri, liti, & causæ, super qua litteræ Papales fuerunt expeditæ, & tunc pariter neque à sententia lata super eis per executorem pro soluenda pensione appellatio emissa à possessore condemnato minimè admittenda est, nec in denegata dilatione violentia committitur, cum careat suspensiuo,* &c. Nec est admittenda altera eius resolutio, qua pronuntiauit debere Iudicem executorem expressè pronuntiare super exceptione incompetentiæ suæ iurisdictionis, quam opposuit aduersarius, & ante omnia declarare formiter super illius articulo, itaut exinde sequuta non facta huiusmodi declaratione nulla essent, & attentata; nam exceptiones personam Iudicis respicientes per processum ad vlteriora non reiiciuntur, Bart. *in l. 2. in repet. num. 17.* & *ibi* Ias. *n. 45. ff. si quis in ius voc. non ierit,* Vant. *de nullit. tit. 14. quibus mod. sent. nullit. possess. rep. n. 9.* Abb. *cons. 14. In causa seu quæst. num. 3. p. 1.* Maluas. *cons. 73. n. 7.* Garc. *de nobilit. glos. 1. n. 25.* Marc. Ant. Natta *cons. 271. num. 3. tom. 2.* Schrader. *de feud. tom. 2. p. 10. in præam. n. 39.* Grassis *de except. except. 18. num. 15.* quia respondetur aduersarium approbasse illius executoris iurisdictionem, dum coram eo super meritis causæ principalis exceptiones opposuit, & quamuis protestatus fuisset se id facere absque approbatione iurisdictionis, tamen protestatio huiusmodi tanquam contraria facto nihil operatur, ad tradita per Menoch. *cons. 375. num. 28.* Rot. apud Farinac. *decis. 539. num. 6. p. 2. recentior.* Præterea quando Iudex habet iurisdictionem, & pars aduersa tractat de elidendo illam ope alicuius exceptionis, tunc necesse non est, vt formiter fiat declaratio super competentia iurisdictionis, sed sufficit tacita, procedendo scilicet ad vlteriora, Franc. *in c. si duobus, de appellat.* Sigism. Scacc. *de appellat. q. 17. limit. 6. memb. 7. à n. 54.* quos refert, & sequitur Salgado *de Regia protect. tom. 1. p. 2. cap. 18. num. 26.* Iudex enim in hoc casu ad vlteriora procedendo videtur opposita exceptiones reiicere, *l. 1. C. de ordine iudic. l. à procedente,* vbi Bart. *C. de dilat.* Anton. Gabr. *commun. tit. de except. concl. 1. per tot.* Brunor. à Sole *in compendio resolut. Iuris, lit. I. verbo Iudex ad vlteriora procedendo.* Vnde prouenit, quòd ex quo Iudex executor in hoc casu habet indubitanter iurisdictionem ad procedendum contra debentes pensionem, licèt aduersarius ope exceptionis intendat illam elidere, non tenetur formiter super competentia iurisdictionis declarare, sed sufficit tacitè procedendo ad vlteriora; ita in his terminis Iudicis delegati resoluit Marc. Antoni. Genuens. *in praxi Archiep. Neapolit. cap. 69. de causis deleg. n. 9* & doctissimè ponderauit D. Ferdinandus Azcon *in sua Iuris allegatione pro Illustrissimo, & Reuerendissimo D. D. Fr. Antonio de Sotomaior Archiepiscopo Damasceno Inquisitore generali, & à Confessionibus Catholicæ Maiestatis contra Capitulum Metropolitanæ Ecclesiæ Valentinæ. fol. 10. vers. No haze dificultad.*

Ex quibus clare conuincitur defendendi nullo 18
modo posse iudicium, quod Iudex Regiæ Coronæ emisit reuocatorium sententiarum declaratoriarum, & mandatorum Cantoris insignis Ecclesiæ Vimaranensis executoris in litteris Apostolicis dictæ meæ pensionis deputati, dum scilicet eundem Cantorem inhibere fecit, vt dictas exceptiones, quas vti friuolas, & calumniosas summo cum iudicio reiecerat, Ordinario remitteret, mandando ne deinceps dictum B. ad pensionis solutionem compelleret, aut sententias, & declaratorias litteras, ac mandata, quæ in hac causa pronuntiauerat, exequi curaret, sub grauibus pœnis amissionis naturalitatis, & quod peius est, eundem B. post terminum elapsum, ac ante exceptiones per eum oppositas legitime excommunicatum iussit non habendum pro tali, deberéque admitti ad Officia diuina, & participationem fructuum, ac distributionum quotidianarum, arrogans sibi hoc casu cognitionem huiusmodi, quam nec per viam excogitatæ violentiæ

poterat

poterat vsurpare, vt in terminis resoluit D. Gabr. Pereira *de Manu Regia p.1.cap.9.num.25.* ibi: *Primo casu opposita nullitate si talis exceptio repellatur, regulariter nullo modo ad Regem patet recursus,cum appellari possit ad Superiorem Ecclesiasticum*, &c. Quod est multum considerandum, ne tam facilè admittantur in Lusitania falsæ recurrentium querimoniæ, & rarò casus euenit, quòd aliquis ex huiusmodi recurrentibus repellatur improuisus, vel ei postulatum denegetur auxilium:audi casum inauditum, & Catholicas aures offendentem, quidam vt præceptum Ecclesiæ in Quadragesima adimpleret Communionem à proprio Parocho petiit, quem cùm repelleret,eo textu,quod esset ab Episcopo excommunicatus denuntiatus, cuius excommunicationis absolutionem sibi reseruauerat; ex hac responsione Parochi tam iustè Communionem denegantis, dum absolutionem non obtinebat, subditus iste apud Iudicem Regiæ Coronæ Vlyssiponensis de illo Parocho querelatus est, & causam proposuit, quòd cùm vti Christianus fuisset in pacifica possessione quolibet quadragesimali tempore recipiendi Corpus sanctissimum Domini nostri Iesu Christi ab eo vti suo Parocho; ipse priuando illum tali possessione denegauerat Communionem, Iudex verò prædictus statim iudicauit vim fieri in denegatione huiusmodi, & sub pœnis amissionis naturalitatis iussit eidem Parocho, immo coëgit, vt communicaret hominem illum; vidi processum, & acta propria, & valde admiratus sum. Aliter procedit supremum Regium Concilium Matritense, in quo assistunt grauissimi Patres Iurisconsulti eminentissimi, sapientissimi, & integerrimi, in his materiis consideratissimi, & rarò euenit casus, quo illi Iudices Ecclesiasticos vim facere declarent, & vtplurimum Ecclesiasticam sustinent, & non destruunt iurisdictionem, & lætus obseruaui, quod in hoc mense Ianuarij 1635. intra quindecim fere dies quatuor causas per viam violentiæ ex Tribunali Illustrissimi D. mei Nuntij ad dictum Consilium Regium delatæ fuerunt, & in omnibus integerrimi illi Consiliarij declararunt nullam vim fieri partibus querelantibus, & re vera abominantur illos; qui hoc prætextu sine iusta, & euidenti causa, & violentia, ad eos accedunt. Etenim si Iudex executor teneretur quascunque exceptiones coram se oppositas Ordinario remittere, nec amplius posset ad executionem procedere, nec de illis cognoscere in casibus supra enarratis, non habito respectu an sint friuolæ, vel calumniosæ, seu an ab extrinseco veniant probandæ, vel earum probatio altiorem requirat indaginem, nullos recusante titulare suam posset exigere pensionem, sed cuicunque ansa præberetur calumniandi, & differendi illius solutionem, & sic in potestate debitoris esset obiiciendo quascunque exceptiones, excludere viam exequutiuam, & omnia Iuris remedia pro expedita pensionum exactione ob bonum publicum inuenta malitiosè eludere; quomodo ergo, qui ex Regis gratia pensiones obtinent, in tuto essent quin contra eos huiusmodi posset rigore procedi, & sic esset commune omnium damnum, cui maximè mediis omnibus obuiare oportet.

19 Supereſt vt videamus an contra Capitulum posset Iudex executor procedere ad terminos pensionis decursæ de tempore vacationis beneficij, super cuius fructibus fuit reseruata, eo modo, quo potest procedere contra possessores titulares? Quidam existimarunt id minimè licere,quia Capitulum non consensit illius reseruationi; neque est successor consentientis,& quamuis succedat in fructibus applicatis distributionibus, illos iure proprio,& non alieno retinet;hanc partè sustinet Monet. *de distrib. quotid.p.3.q.8.à n.17.*& nonnulli;quos tacito nomine refert D.Ferdinandus Azcon *vbi suprà fol.6.verso.*

Verùm contrariam sententiam merito tuentur 20
Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. tit. de pensionib.decis.* 434. Ceuall. *commun. contra communes lib.4. q.897. n.505.cum seqq.* Gonzal.*ad reg.*8.*Cancel.glos.*5.§.4. *à n.*44.Garc.*de benefic.p.1.c.5.n.*122. Maresc.*variar. resol.lib.2.c.*18.*à n.*51.Bonacin.*de distribut.disp.2.q.6. puncto 3.n.*11. Ego ipse *in tract.de iure Ecclesiast.vniuerso,lib.3.c.*11.*n.*93.*circa fin.*& me citato in hoc loco neruosè D. Ferdinandus Azcon *citato loco*, & maximè post Gregorium XIII. qui declarauit Capitulum Ecclesiæ Elboren. teneri soluere pensiones tempore vacationis Canonicatus decursas, idem declarauit Clemens VIII. contra Capitulum Vlixbonen. quarum declarationum meminit Nicol. Garc. *d. cap.5. à num.*217. & Rota apud Farin. *d.decis.*133. *num.*2. *part.*2. *recentior.* Idem censuit Vallisoletana Cancellaria dum ad illam per viam violentiæ recurreret Capitulum Ecclesiæ Giennen. prætendens vim facere Iudicem executorem illud compellendo ad soluendas pensiones tempore vacationis decursas, & dicta Cancellaria tãdem concludit violentiam in hoc casu nõ fieri,vt tradit Ceuall. *d.lib.4.q.*897.*n.*511. *cum seqq.* Et in Senatu Curiæ Iustitiæ Aragonum temporibus proxime elapsis idẽ fuit iudicatum,non obstante consuetudine,seu possessione in contrarium, quam in his terminis iniustam, & iniquam appellant Crescent. *decis.*3. *de solution.* Gonzal. *d.*§.5. *num.*44. Maresc. *d.lib.*2.*cap.* 18.*num.*5.Denique insigne Capitulum Toletanum conuocatis hac de re Canonicis Doctoralibus, & aduocatis ad videndum quid Iuris in hac quæstione, omnes vnanimiter censuerunt teneri soluere pensiones tempore vacationis Canonicatus diuersas,prout refert Ceuall.*d.q.*897.*n.*505.*cum seqq.*

Rationem huius resolutionis præstat Rota *in* 21
*vna Colimbrien.coram bonæ mem.Cardin.Millino,*relata per Farin.*decis.*133.*par.*2. *per tot.* & maximè *n.*2. ibi:*Et præterea omisso hoc fundamento Domini firmarunt quod quamuis pensio imponatur super distributionibus Scholastriæ,vel alterius Dignitatis,quæ non acquiruntur à Titulari ante præstitum seruitium;tamen intentio Papæ est grauare ab initio in fauorem pensionarij non solum illas distributiones, quæ acquiruntur titulari post seruitium,sed etiam eas,quæ sunt destinatæ Canonicatui, & Scholastriæ,quas titularis residendo,& inseruiendo acquisiuisset.* Quæ quidem ad hoc propositum aurea decisio numeris seqq. quatuor refert fundamenta. Primum, quia in litteris Apostolicis reseruationis exprimitur valor distributionum, quæ debentur Titulari si inseruiat, & non valor illarum, quæ actu ei acquiruntur, vnde infertur Papam voluisse grauare distributiones ante præstitum seruitium, & acquisitionem Titularis. *Secundum,* quia pensio in fauorem Pensionarij reseruata fuit, cui sine aliquo seruitio est debita; & per consequens Papa voluit grauare distributiones ab initio non habito respectu ad seruitium Titularis. *Tertium*, quia si pensio non fuisset hoc casu debita, non esset annualis, sed euentualis pendens ex seruitio Titularis,& illius assistentia quod est absurdum,& contra verisimilem mentem Papæ,& stylum vsitatum,iuxta quem pensio omni tempore debet solui absque aliqua subductione ratæ tempore

vacationis. *Quartum*, quia ita statuit Summus Pontifex contra Capitulum Ecclesiæ Vlixbonen. vnde infertur Papam voluisse ab initio grauare huiusmodi distributiones in abstracto, quas lucraturus erat titularis seruiendo, siue massa particulares Canonicis sit assignata, siue non; ex quo prouenit Capitulum non posse amplius illas percipere in præiudicium pensiouarij iure proprio per ius non decrescendi, siquidem Papa illas segregauit à massa Capitulari, & per consequens necesse est quod veniant ex iure accrescendi, quod transit ad Capitulum cum onere pensionis.

22 Confirmatur hæc resolutio ex clausulis apponi solitis in litteris Apostolicis reseruationis pensionum, quæ dum agunt de illis, qui ad eas soluendas cogi possunt, sic cantant. *Soluantur per F. eiúsque successores pro tempore Præbendam & Canonicatum quomodolibet obtinentes*, ponderando particulam illam, *quomodolibet*, quæ ex sui natura importat idem quod, *quocunque modo*, vel *quolibet modo*, Paris. *consil.* 58. *num.* 10. *volum.* 1. Gozadin. *cons.* 14. *num.* 22. & sic comprehendit omnem modum, & omnia etiam vltra expressa, Seraphin. *decis.* 313. *num.* 3. latè ego ipse *de dictionib. vsuf. dict.* 23. 329. & 330. Vnde manifestè colligitur Papam noluisse Titularem consentientem solum grauare onere solutionis, & eius successores in Canonicatu verè & propriè, hoc est obtinentes titulum præbendæ per Canonicam institutionem, sed etiam obtinentes Canonicatum quomolibet, hoc est succedentes in fructibus, aliàs frustra adiungeretur particula illa, *quomodolibet*, si solus successor in Dignitate, & Præbenda per Canonicam institutionem teneretur soluere pensionem, quia iste taliter succedens vere, & propriè dicitur obtinere Præbendam.

23 Idem ex aliis verbis earundem litterarum circa fin. clarius confirmatur, vbi post illa verba, *non obstantibus quibuscunque constitutionibus Apostolicis, & consuetudinibus contrariis*, &c additur. *Aut si F. aut successoribus prædictis, aut quibusuis aliis communiter, aut diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad præstationem, vel solutionem pensionis alicuius minime teneantur*, ex quibus verba illa, *aut quibusuis aliis*, comprehendunt maiora expressis, immo extranea, & dissimilia, Couarr. *pract. quæst. cap.* 25. *num.* 3. Mandos. *in reg. Cancel. quæst.* 5. Caputaq. *decis.* 246. *n.* 6. *p.* 2. ibi: *Quòd si quis impetrauit rescriptum contra talem Sacerdotem, & quoscunque alios, comprehendit rescriptum non solum Sacerdotes, sed etiam laicos.* Ex quo manifestè infertur teneri Capitulo ex vi illorum verborum, dato quòd non esset successor in Canonicatu, soluere pensionem de qua agimus; hoc ipsum bene insinuauit Rota *decis.* 407. *num.* 2. *part.* 1. *recentiss.* siue *tom.* 1. *in posthumis Farin.* vbi post illam clausulam. *Etiam Ascanio, aut quibusuis aliis ab Apostolica Sede sit indultum*, &c. addit verba sequentia. *Ex quibus verbis ibi, & quibusuis aliis satis apparet Papam cogitasse quòd pensio solueretur ne dum à Commendatariis, verùm etiam ab aliis, qui non essent Commendatarij.*

24 Non obstat quòd contrariæ opinionis Auctores pro sua tuenda parte superius deducebant quia Capitulum hoc casu succedit eo modo qui sufficit ad hoc vt teneatur pensionem soluere cùm sit successor in fructibus, & distributionibus super quibus est imposita pensio. Et prout successor in beneficio tenetur soluere pensionem, quia pensio est onus reale & sequitur ipsum beneficium super quo fuit reseruata, Gig. *de pensionib. q.* 40. *n.* 1. Rot. apud Farin. *decis.* 352. *n.* 1. *p.* 2. *recentior. & decis.* 407. *n.* 2. *tom.* 1. *recentissimar.* ita etiam successor in fructibus tenetur illam soluere pro tempore, quo illos percepit, quia pensio non solùm super beneficio, sed etiam super fructibus imponitur, immo potius magis videtur imposita super fructibus, quam super ipso beneficio, prout resolui in meo tract. *de iure Eccles. vniuerso lib.* 3. *c.* 11. *n.* 93. *circa fin.*

Sed difficultas non modica versatur an hucusque 25
dicta procedant eo casu, quo litteræ Apostolicæ reseruationis pensionis non fuerunt Capitulo intimatæ antequam fructus, super quibus est reseruata pensio, distribuerentur inter præsentes? ansam huic dubio præbuit, Gonzal. *d. glos.* 5. §. 5. *num. fin. vers. Declara tamen*, ibi: *Antequam diuideret bona fide tales fructus, & distributiones*, &c. dum resoluit Capitulum quando bona fide distribuit fructus inter singulos, non teneri soluere pensionem, quia debetur à singulis. Contrarium resoluit Garc. *d. p.* 1. *cap.* 5. *ex num.* 221. dicens hoc casu pensionarium habere electionem procedendi contra Capitulum, vel contra singulos. Quas quidem contrarias opiniones componit idem Garc. *d. cap.* 5. *num.* 224. dum ait suam opinionem procedere in casu, quo fructus non distribuuntur in integrum singulis diebus inter interessentes; vt verò subiungit sententiam Gonzalez habere locum quando fructus seu distributiones singulis diebus distribuuntur à Capitulo, cui primo loco, & immediate peruenerunt, in integrum pro rata inter interessentes, itaut penes Capitulum nihil remaneat ex portione fructuum qui correspondet distributionibus illius diei.

Sed adhuc firma remanente resolutione Gonza- 26
lez non verificatur bona fides, quam ille exigit, in nostro casu, quia certum est Capitulum habuisse explicitam notitiam reseruationis pensionis huiusmodi, soluendæ per dictum B ex assidua conuersatione, amicitia, & vicinitate, vnde circa facta, & gesta ab amico, vicino, & socio præsumitur scientia, Bart. *in l. is potest num.* 18. *ff. de acquir. hæred.* Bald. *in l.* 1. *num.* 11. *C. de caduc. tollen.* Menoch. *de arbitr. casu* 186. *num.* 1. Mascard. *de probat. conclus.* 879. *num.* 11. & 12. & *conclus.* 1106. *n.* 16. Quod adeò verum est, vt in facto huiusmodi ignorantiam allegare, dicatur affectata ignorantia quæ scientiæ æquiparatur, Ias. *in l. si seruus plurium*, §. *si quis ante n.* 2. *ff. de legat.* 1. Menoch. *de arbitr. casu* 316. *num.* 56. Mascard. *vbi suprà n.* 30. & *n.* 32. Rot. apud Farin. *decis.* 364. *num.* 3. *part.* 3. *recentior. & decis.* 342. *p.* 2. *etiam recentior. n.* 2. & 3. ibi: *Huiusmodi autem ignorantia debet esse verisimilis, probabilis, & valde iusta, nec sufficit ignorantia crassa, & affectata: talis enim ignorantia crassa, & affectata pro scientia habetur, & ideò illa generica præsumptio ignorantiæ sufficit, quod in casu isto per contrarias coniecturas elidatur ad hoc, vt non possit peti restitutio: stantibus enim coniecturis scientiæ, ignorantia non est probabilis, nec verisimilis, quotiescunque adest præsumpta scientia alleganti ignorantiam non datur restitutio.*

Et quamuis nonnulli ex Capitularibus hoc igno- 27
rauerint, verè, & realiter, non possunt præiudicare aliis, quia sufficit, vt maior pars sciuerit non solùm ad constituendum Capitulum in mala fide quoad distributiones fructuum, super quibus pensio fuit reseruata, sed etiam ad confitendum scientiam interueniisse, quia versamur circa factum notorium, cum tale sit quod à maiori parte populi, Parochiæ, viciniæ, aut Communitatis scitur, quando factum ad populum, Parochiam,

seu

seu Communitatem pertinet, Capr. *in tract. de notorio memb. 2. num. 4.* Farinac. *in praxi crim. p. 1. q. 21. num. 45.* vbi cum Bart. ait: *Quòd quando factum sui natura tale est, vt omnes id sciant, vel scire verisimiliter possint, tunc illud debet à Iudice reputari notorium.* Nec in hoc casu ignorantia debet præsumi, quia cum Capitulum ope exceptionis allegat se ignorasse talem reseruationem, cum hoc sit fundamentum suæ intentionis, ad ipsum pertinet ignorantiam probare plenè, verisimiliter, probabiliter, iustè, & non affectatè, Rot. *decis.* 342. *n. 2. p. 2. recentior.* ibi: *Regula enim quòd ignorantia præsumatur, non habet locum quando ignorantia est fundamentum intentionis agentis*, &c.

28 Non obstat quòd iurisdictio executoris est delegata, ac proinde non potest extendi vltra nominatos in sua commissione, & ideò cum Capitulum ibi non nominetur, nec de eo fiat vlla mentio, videtur non posse executorem contra illud procedere pro terminis pensionis decursæ de tempore vacationis beneficij; quia respondetur, quod licet verum sit executorem solum habere iurisdictionem aduersus nominatos in commissione, itaut procedendo contra alios, nihil agat, & vim inferat; ex latè traditis per Doctores *in cap. P. & G. & in cap. cùm olim, de offic. & potest. Iudic. deleg.* Menoch. *consil.* 340. *num.* 54. Cochier *de iurisdict. Ordin. in exemptos part. 2. quæst. 11. num. 2.*

29 Nihilominus tamen ad hoc vt executor contra nominatos posset procedere, non est necesse, quòd sint nominati in indiuiduo, & expresse, sed sufficit, quòd comprehendantur in commissione per clausulas generales tacite, incidenter, aut virtualiter; ita deducitur ex Doctoribus proximè citatis, & ex aliis quos refero *in collect. ad d. cap. P. & G.* videndus Salgado *de Regia protect. part. 4. cap. 8. num. 2.* Vnde colligitur, quòd cùm Capitulum comprehendatur in commissione saltem per regulas generales, & virtualiter, vt constat ex illis verbis litterarum Apostol. ibi, *aduersus F. eiúsque successores quomodolibet*, &c. & ibi, *vel quibusuis aliis*, &c. vt suprà ponderauimus, ideo necessariò fateri oportet executorem in hoc casu habere iurisdictionem contra Capitulum, & refert decisum in Cancellaria Vallisoletana Ceuall. *commun. contra communes lib. 4. q. 897. n. 511. cum seqq.*

30 Denique quod attinet ad aliam exceptionem defalcandi onus à Titulare solutum, est tenendum in iudicio possessorio minime esse admittendam, quamuis de viribus exemptionis dubitetur, quia manutenendus est pensionarius in ea summa, quam constat sibi fuisse solutam, absque eo, quòd indagetur quid in ea solutione comprehendatur, & an aliud vltra debitum fuerit deductum, vt censuit Rota *in Montis falisci pensionum 27. Maij 1627. coram R. P. D. Vbaldo.*

31 Dubitabatur etiam an pleniſſima exemptio, quam obtinent pensiones secundum hodiernum stylum reseruatæ, præiudicet in aliquo subsidio & excusato? in quo dubio vera est distinctio eorum, qui resoluunt reseruationem pensionis posteriorem excusato esse ab eo exemptam, & immunem, secus verò si anterior fuerit reseruatio, quia per posteriorem excusati concessionem seu prorogationem censetur derogatum clausulis anterioris exemptionis, ita Monet. *in tract. de decim. c. 9. q. 3. n. 89.* vbi postquam resoluit pensionarium teneri contribuere pro rata ad solutionẽ subsidij, & deinde limitat in casu quo pensio fuerit immunis & exempta ab iis & aliis oneribus, tandem *n. 90.* sublimitat, ibi: *quæ ta-*

men declaratio restringitur nisi eidem exemptioni per Pontificem postea in litteris impositionis decimarum, quod semper fit, aut alias derogetur cum clauſ. quorum tenores, &c. Idem fere tenet Azori. *instit. moral. part. 2. lib. 8. cap. 9. quæst. 2.* ibi: *Priuilegium posterius subsidij ita concessum, vt contribuere debeant pensionarij etiam habentes pensionem liberam, & exemptam derogat exemptioni pensionis anterioris*, &c. & censuit Rota coram Seraphin. *decis. 1348.* ibi: *Fuit resolutum quantum ad primum dubium an gratia conseruationis pensionis Reuerendissimi Domini Episcopi Astensis super fructibus Canonicatus, faciat illum esse immunem, & exemptum à solutione subsidij Apostolici concessi Serenissimo Duci Sabaudiæ, itavt ad contributionem non teneatur, prædictam gratiam non præiudicare in aliquo subsidio debito Serenissimo Duci propter prægnantiam clausularum in indulto contentarum cum clausula sublatæ, & derogatoriarum derogatoriis*, &c. In idem tendit eadem Rota apud Nicol. Garc. *de benefic. part. 1. cap. 5. num 174.* ibi: *Fuit resolutum Pensionarium teneri contribuere pro rata suæ Pensionis in oneribus per Religionem Hierosolymitanam impositis super fructibus super quibus est reseruata, non obstante clausula exemptionis ab omni onere, quia hæc exemptio sublata per Constit. Gregorij XIII.* Eadem Rota *decis. 162. p. 2. diuers.* ibi: *Fuit concorditer concluſum Episcopum Vrgeuanen. teneri contribuere ad solutionem excusati pro rata suæ pensionis secundum distributionem Iudicum excusati, quia reseruatio suæ pensionis est anterior excusato; & licet in ea adsint clausulæ prægnantissimæ, nihilominus fuit illis derogatum in confirmatione concordiæ excusati.* Optimè Nicol. Garc. 32
d. p. 1. c. 5. n. 173. ibi: *Quæ tamen exemptio in subsidio & excusato solum durat pro illo quinquennio, nam in sequenti solet derogari huiusmodi exemptionibus & clausulis in concordia, quæ sumitur inter Regem, & statum Ecclesiasticum, & confirmationem illius*, &c.

Quæ resolutio procedit etiamsi exemptio pen- 33
sionis sit concepta per verba ampliſſima, & quamuis dicat quod pensionarius non teneatur nec compelli possit ad præstationem, vel solutionem subsidij & excusati nisi litteræ concessionis talis subsidij plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indultu huiusmodi exemptionis mentionem fecerint; quia adhuc huiusmodi exemptionibus solet per sequentem subsidij concessionem derogari, nisi concipiatur clausula exemptionis prout vidi in exemptione cuiusdam pensionis auctoritate Apostolica reseruatæ super fructibus, &c. dignitatis & Canonicatus S. Ecclesiæ Toletanæ, videlicet. *Ac Imperatorum, Regum, & Reginarum, Ducum, & aliorum quorumcunque Principum instantiam canonicè, vel de facto etiam motu proprio impositæ, & pro tempore quomodolibet imponendis, etiamsi in impositionibus huiusmodi caueatur expresse quod pensionarij quæcunque pro rata pensionum suarum quantumuis exemptarum præmissis omnibus contribuere teneantur, quam ratam dictus Petrus tum etiam suorum successorum infra scriptorum nominibus de suo, & eorum proprio, etiamsi exemptionis huiusmodi per Sedem prædictam pro tempore derogare contingat; quo casu & in euentum in quem idem Petrus, & successores prædicti subsidij & excusati deductionem petant, seu procurent, alia similis summa, & quantitas pro rata dictorum subsidij & excusati pensionis annuæ eadem auctoritate Apostolica eo ipso reseruata intelligatur, soluere promittit, absque spe vnquam aliquid postea repetendi, seu defalcandi.*

Illud hac in re aduertere oportet concessionem 34
subsidij, & excusati solum afficere Pensionarios

Hispanos, quoad Regem, vt sæpius fuit resolutum in Rota coram Seraphin. *decis.* 1348. *& in Bergomen. pensionis* 13. *Nouembris* 1626. *coram R. P. D. Duran. & in Romana, seu Carthaginen. pensionis* 9. *Febr.* 1629. *coram eodem*, inter eius impressas *decis.* 48. & 184.
35 quæ decisiones loquuntur in terminis simplicis concessionis Regi factæ; at verò si concordia inita fuerit inter Regem, & Clerum Hispaniarum super modo soluendi, & distribuendi subsidium, & excusatum per Papam in forma speciali confirmata, tunc afficit non solum pensionarios quoad Regem, sed etiam totum Clerum inter se, ex reg. text. *in l. si in rem* 12. *C. si certum pet.* in puncto Rota *decis.* 161. *p.* 2. *diuers. & in d. Bergomen. pensionis.* Vnde nō applicatur, quod concordia nihil addat concessioni subsidij, & excusati prius factæ; quia est verum quoad Regem, cui tam pensionarij, quam titulares etiam conscripta concordia vigore concessionis tenebantur; operatur tamen quoad Clerum inter se, prout sunt clara verba concordiæ, dum in ea conuentum fuit subsidium, & excusatum pro rata distribui inter Titulares, & pensionarios cum derogatione omnium, & quarumcunque exemptionum, quæ derogatio, nisi effectum aliquem haberet ad Cleri vtilitatem, ad cuius etiam petitionem fuit concordia confirmata, profecto fuisset superflua, quia quoad Regem exemptio nihil operabatur, sed solum quoad Titulares, vt resoluit Rot. *in Valentin. subsidij* 22. *Maij* 1615. *coram Cardin. Pamphilio iuniore*, quæ est *decis.* 702.
36 *p.* 2. *recent.* & *in d. Bergomen. pensionis.* Principis autem concessio ita intelligi debet, vt respectu impetrantis aliquid operetur. *cap. si Papa de priuileg. lib.* 6. Dec. *in l.* 1. *col. vl. C. de secund. nupt.* & in simili Menoch. *cons.* 276. *n.* 2.

Vtrùm, & quando Iudex laicus possit declarare censuras esse nullas, & iniustas, ac proinde minimè ligare personas, contra quas promulgatæ fuerunt?

QVÆSTIO VIII.

1 *Pœna nulla maior in Ecclesia esse potest quàm excommunicatio.*

2 *Excommunicatio vocatur animæ, & corporis detrimentum, æternæ mortis damnatio, mucro Episcopi.*

3 *Excommunicatio contemni non debet.*

4 *Sententia Pastoris, siue iusta, siue iniusta timenda est.*

5 *Theodosij iunioris exemplum refertur.*

6 *Excommunicatio quibus modis iniusta dicatur.*

7 *Excommunicans non potest quatuor modis in excommunicatum potestatem habere, & tunc excommunicatio ab eo prolata est nulla, & iniusta.*

8 *Sententia excommunicationis est iniusta, & iniqua, quando constat de manifesta causa suæ iniustitiæ.*

9 *Sententia excommunicationis quando sit iniusta ob non seruatum Iuris ordinem in ea promulganda, ostenditur.*

10 *Excommunicationis sententia quamuis iniusta, sed tamen valida, habet quoad Ecclesiam suum integrum, & completum effectum.*

11 *Auctoritas S. Gregorij, quod excommunicatio, siue iusta, siue iniusta timenda est, declaratur.*

12 *Iustitia sententiæ excommunicationis latæ contra B. ostenditur.*

13 *Refertur opinio P. Suarez, & D. Gabrielis Pereira.*

14 *Iudex sæcularis non potest cognoscere de causis excommunicationis nullæ.*

15 *Iudici sæculari non licet declarare an excommunicatus euitari debeat, vel non.*

16 *Laicus est incapax Iuris, & potestatis spiritualis, & non potest illam præscribere.*

17 *Dubitans de sua excommunicatione si nihilominus celebrauerit sic excommunicatus, efficitur irregularis.*

18 *Sententia excommunicationis si sit iniusta, & nulla, adhuc timenda est, vt illa non contemnatur in foro exteriori, & n. seq.*

19 *Excommunicatus iniustè debet se gerere pro excommunicato, etiamsi nulliter sit excommunicatus, interim dum non agnoscitur publicè de nullitatis causa.*

20 *Suspensionem incurrit indispensabilem qui excommunicatus se promoueri fecit ad sacrum Ordinem.*

21 Cap. cùm illorum, de sent. excom. *extenditur ad quamcunque excommunicationem, & n.* 22.

23 *Suspensio* cap. cùm illorum, de sentent. excom. *est latæ sententiæ.*

24 *Populi rumore qui habetur pro excommunicato, debet se abstinere.*

25 *Ignorantia an excuset à suspensione*, c. cùm illorum, de sentent. excom.

26 *Paria sunt non esse, vel esse nullum, & non fieri ac inutiliter fieri.*

27 *Absolutio excommunicationis Auditoris Cameræ est reseruata.*

28 *Executor, cui nuda potestas excommunicandi fuit commissa ab auditore Cameræ, potuit ligare, sed non absoluere.*

29 *Executor ab Auditore Cameræ non potest declarare censuras ab eo promulgatas esse nullas.*

30 *Executor ab Auditore Cameræ non potest, nisi publicari facere censuras ab eo promulgatas, & quæ præter illud attentauit fuerunt nulla.*

31 *Depositio sacculi clausi non prodest.*

32 *Pensionarius, qui non soluit pensionem infra terminum, quomodo in excommunicationem incidat, ostenditur.*

32 *Excommunicatus,*
33 *Interdictus,*
34 *Suspensus,*
35 *Irregularis,* } Balthasar.
36 *Periurus,*
37 *Suspectus de hæresi,*
38 *Priuatus,*

39 *Iudices seculares in censurarum, & Ecclesiasticæ immunitatis validitatem nullatenus se intromittant.*

40 *Contumelia illata quandoque est repellenda.*

41 *Laudatur D. Ferdinandus de Oieda in summo Regij patrimonij Consilio Senator meritissimus.*

42 *Refertur, & reprobatur sententia Hieronymi à Ceuallos, & n.43.*

44 *Iudex Ecclesiasticus est propriè & vere competens declarationis iudicialis Ecclesiasticæ immunitatis.*

45 *Immunitatis causa pendente in Tribunali Ecclesiastico minime potest procedi per Iudicem secularem ad sententiam corporis afflictiuam.*

46 *Bulla Gregorij XIV. de immunitate Ecclesiaca agens an fuerit recepta in Hispania, ostenditur numeris sequentib.*

49 *Ad Episcopum spectabat cognitio super immunitate Ecclesiæ etiam ante Bullam Gregorij XIV.*

50 *Papa potest vbique locorum statuere.*

51 *Legis acceptatio non est necessaria in spiritualibus, aut spiritualia concernentibus.*

52 *Immunitatis cognitio secundum aliquos est mixti fori.*

53 *Declaratur Praxis, & n.55.*

54 *Reprobatur Ceuallos, & n.56. & seqq.*

1 NVLLA maior in Ecclesia pœna est quàm excommunicatio, vt probat text. *in cap. corripiantur* 24. *q.* 3. ibi: *quia nulla maior in Ecclesia esse potest pœna,* 2 & ob id illa vocatur animæ, & corporis detrimentum *in cap. de manifesta.* 2. *q.* 2. æternæ mortis damnatio *in cap. nemo Episcoporum,* 11. *quæst.* 3. & mucro Episcopi *in cap. visis* 16. *q.* 3. de qua ita Augustin. *quæst.* 39. *in Deuteron. Hoc agit in Ecclesia excommunicatio, quod in veteri feciſſe legitur mors corporalis.* Item S. Cyprianus *lib.* 1. *epist.* 11. *Interfici Deus iussit Sacerdotibus suis non obtemperantes, Iudicibus à se ad tempus constitutis non obedientes, & tunc quidem gladio occidebantur, quando adhuc, & circuncisio carnalis manebat, tunc autem, quia circuncisio spiritualis esse ad fideles seruos Dei cepit, spirituali gladio superbi, & contumaces necantur, dum de Ecclesia eiiciuntur.* Idem ferè refert S. Hieron. *epist.* 1. his verbis: *In veteri lege quicunque Sacerdotibus non obtemperasset, aut extra castra positus lapidabatur à populo, aut gladio ceruice subiecta contemptum expiabat cruore: nunc verò inobediens spirituali mucrone truncatur, & eiectus de Ecclesia rabido dæmonum ore discerpitur.*

3 Grauis pœna, & tanti ponderis, & momenti in Ecclesia Dei contemni non debet, vt habetur *in cap. nemo* 11. *q.* 3. ibi, *nemo contemnat vincula Ecclesiastica, non enim homo est qui ligat, sed Christus,* 4 quamuis ob illius iniustitiam non videatur obligare, vt ait S. Gregor. *homil.* 26. *in Euangel.* relatus *in cap.* 1. 11. *q.* 3. *sententia Pastoris, siue iusta, siue iniusta timenda est.* Memoriale Theodosij iunioris, exemplum ad hoc propositum referunt, Theodo- 5 ret. *lib.* 1. *cap.* 36. Nicephor. *lib.* 14. *cap.* 4. Mari. Alter. *de censur. tom.* 2. *disp.* 2. *lib.* 3. *cap.* 1. *in fine,* ibi: *Vir quidam vitam excolens monasticam animo paulo audaciore præditus ad Imperatorem rei cuiusdam petendæ gratia accedit, quod cum sæpius feciſſet, nec ab Imperatore quicquam impetrare potuiſſet, Imperatori Ecclesiastica interdicit communione, vinculoque Ecclesiæ ei iniecto decedit. Imperator autem fide excellens in primis ad Palatium veniens cum tempus instaret conuiuij, & omnes conuiuæ adesſent; dixit se non prius capturum cibum quam Ecclesiæ vinculo solueretur: prouide vnum ex familiarissimis ad Episcopum mittit, vt potestatem faciat ei, qui ipsum ligauerat, vinculo soluendi. Cum autem Episcopus respondisset non debere cuiuscunque vinculum admittere, significaretque eum solutum esse, non tamen solutione illa contentus fuit, donec is qui eum ligauerat, magno cum labore conquisitus, communi illum restituisset, huiusmodi erat Imperatoris erga leges Ecclesiasticas fides, & deuotio.*

Vt autem pateat verus intellectus ad auctoritatem 6 S. Gregorij suprà relatam, constetque de qualitate iniustitiæ, seu nullitatis, quam allegat dictus B. contra litteras declaratorias, & censuras Auditoris Cameræ, sacræque Rotæ ne debeat tanquam excommunicatus reputari, præsupponendum est excommunicationem iniustam tripliciter dici. *Primò* quando relaxatur ab eo, qui non habet potestatem in excommunicatum. *Secundò*, quando fuit relaxata ex causa iniusta, & irrationabili. *Tertiò*, quando in ea promulganda non fuit seruatus Iuris ordo: sed necessario excommunicatio iniusta non semper est inualida; quia quædam est valida, alia vero inualida, eo modo, quo aliæ sententiæ quamuis iniustæ regulariter sunt validæ in foro exteriori, & executioni mandantur, ac si fuissent iustæ, *cap. cùm inter, de re iudic. l. res iudicata ff. de regul. iuris,* & aliæ sunt irritæ & nullæ, *l. prolatam, C. de sentent.*

Quoad primum modum, aduertendum est qua- 7 dripliciter excommunicantem in excommunicatum potestatem habere non posse, aut quia non est eius superior, *cap. nullus, de Paroch.* aut quia non est ab Ecclesia toleratus, seu quia pronuntiauit censuras contra formam alicuius priuilegij, *cap. quanto, de priuil. cap.* 1. §. *ex parte, de conceſſ. præb. lib.* 6. Vel denique, quia excommunicauit post appellationem legitime interpositam, *cap. per tuas, de sentent. excomm. cap. ad præsentiam, de appellat.* & in his quatuor casibus excommunicatio est nulla, & iniusta, ita Mari. Alter. *de censur. tom.* 1. *disp.* 2. *lib.* 3. *cap.* 1. *vers. Modo tractandum.* Nouissimè Doctor Ioannes Machado *del perfeto Confessor y Cura de Almas lib.* 1. *part.* 3. *tr.* 2. *docum.* 15.

Circa secundum modum est sciendum quòd sententia excommunicationis potest esse iniusta, quando constat de manifesta causa suæ iniustitiæ, & tunc dicitur etiam iniqua, ac per consequens non obligat vtpote continens errorem intolerabilem si fuerit in eadem sententia deductus, *cap. solet, de sentent. excom. lib.* 6. Fr. Ludou. à Miranda *in man. Prælat. p.* 2. *q.* 35. *art.* 14. Mari. Alter. *d. cap.* 1. *vers. In primo,* Bonaci. *de censur. disp.* 1. *q.* 1. *puncto* 10. *numer.* 4.

Filliuc. *tom.1.tract.11.num.224.* Machado *d. docum. 15.n.5.*

9 Circa tertium eſt notandum ſententiam excommunicationis poſſe eſſe iniuſtam, eo quod in ea promulganda non fuit obſeruatus ordo à iure præſcriptus, qui vel eſt accidentalis, vtpote quando primum non interuenerunt tres Canonicæ admonitiones, ſeu eſt ſubſtantialis, & neceſſarius, puta quod ſaltem vnica citatio non præceſſit. Quando deficit ſolum accidentalis iuris ordo, tunc dici poteſt ſententia iniuſta, ſed non inualida: at quando deficit conditio ſubſtantialis, tunc certum eſt ſententiam excommunicationis non ſolum eſſe iniuſtam, ſed etiam inualidam, quia intrinſecè eſt nulla, ac proinde nullum poteſt producere effectum, *l.4 §.condemnatum, ff. de re iudic.* cum aliis citatis per me *de Axiomat. Iuris vſufreq. Axiom.164.n.1.* Vnde Machad. *d.docum.15.n.7.*

10 Ex quo iam infertur quamcumque excommunicationis ſententiam quamuis iniuſtam, ſed tamen validam, quantum ad formam Iuris integrum, & completum ſuum effectum habere quoad Eccleſiam, taliter, & eo modo, vt ſi Clericus ita excommunicatus ſuos ordines exerceret, irregularitatem incurreret, S. Thom. *in 4. diſt. 18.q.2.art.1.q.4.gloſ. verbo præterquam in cap.1. de ſent.excom.in 6.* Silueſt. *in ſum. verbo excommunicatio 2.§.2. & verbo reſtitutio*

11 8.§.6. Caiet. *2.2.q.70.art.4.ad 2.* & in hoc ſenſu ſecundum nonnullos intelligitur auctoritas S. Gregorij *ſuprà* relata, vt ſcilicet procedat in ſententia excommunicationis, quæ iniuſta eſt, ſed tamen valida, v. g. ſi Prælatus excommunicaret aliquem ex praua intentione, vel non ſeruato ordine ab ipſo iure præſcripto, ſed ex vera, & iuſta cauſa, & ex conſequenti valida, quia tali caſu vere legat excommunicatio, ita Soar. *de cenſur. tom.5. diſp. 31. ſect.7. in fine*, Mari. Alter. *d.cap.1. verſ. Secundò*, vbi addit ſic interpretandum quoque eſſe dictum Vrbani Papæ *ſua epiſt. Decretali, cap.5.* dum ait valde timendam eſſe ſententiam Epiſcopi, licet iniuſte leget aliquem. Idem fere tenet Bonacin. *de cenſur. diſp.1.q.1. puncto 10.num.3.* ibi: *Hinc patet quomodo intelligenda ſit illa* Gregorij *ſententia*, homil.26. in Euangel. *vbi ſic habetur. Sententia Paſtoris, ſiue iuſta, ſiue iniuſta ſit, timenda eſt, intelligenda enim eſt de illa ſententia, quæ fertur à Paſtore non ſeruato Iuris Ordine tantum accidentali, aut de illa ſententia, quæ prouenit ex prauo affectu.*

12 Noſtro caſui totam hanc doctrinam applicantes videamus an ſententiæ excommunicationis relaxatæ contra dictum B. fuerint iniuſtæ, & inualidæ ad hoc ne illum obligent, iuxta opinionem, quam tenet D. Gabr. Pereira *loco infrà citando.* In primis non poſſunt tales dici eo quod fuerint latæ à Iudice non habente in illum aliquam poteſtatem, quia *quæſt.3. cum duobus ſeqq.* latè oſtendimus poteſtatem & iuriſdictionem Auditoris Cameræ in cognoſcendo de hoc contractu, & obligatione Camerali, & in cenſuris promulgandis iuxta illius formam; & *q. ſeq.* pariter videbimus ſacram Rotam cenſuras in dictum B. ritè, & rectè promulgaſſe. Nec vllo modo dictæ ſententiæ dici poſſunt iniuſtæ, & inualidæ, eo quod in eis promulgandis non fuit ſeruatus ordo à Iure præſcriptus, quia *quæſt.5. ferè per tot.* & præcipuè *numer. 14. cum ſeqq.* latè demonſtrauimus multis ad id relatis deciſionibus S. Rotæ, fuiſſe obſeruatum ſtylum Romanæ Curiæ in relaxandis his cenſuris hucuſque præſcriptum, & vſitatum.

13 Vnde ex dictis colligitur nullo modo applicari poſſe noſtro caſui reſolutio ſi vera eſſet (quod omnino negamus) D. Gabrielis Pereira *d.tract. de manu Regia p.1.cap.7.num.23.* dum tenet (ex mente, vt ille ait P. Franciſci Suarez) quòd bene poteſt Iudex Regiæ Coronæ declarare excommunicationem iniuſtam, & inualidam minimè obligare, ac proinde tuta conſcientia poſſe excommunicatum acquieſcere hac declaratione. Verba autem dicti D. Gabrielis Pereira, quibus ſuam hanc profert ſententiam, ſunt quæ ſequuntur. *Adhuc tamen ſupereſt dubium an lata ea ſententia in fauorem ſubditi adhuc teneatur pro abſolutionis beneficio excommunicatorem adire, vt eum abſoluat, vel an poſſit acquieſcere ſententiæ, & declarationi Iudicis Regij? In qua quæſt. & aliis olim conſultus P. Franciſcus Suarez cuius fama ſydera pulſat, reſpondit cum diſtinctione in hæc verba. Prima interrogatio eſt quando Iudex Regiæ Coronæ iudicat cenſuram eſſe iniuſtam, & ideo iubet, aut petit cenſuras non mandari executioni per Eccleſiaſticum executorem, ſed potius tolli ſi ab ipſo ſint latæ, vel procurare ab eodem, vt à Superiore tollantur, ſi ab ipſo poſitæ fuerunt, an pars excommunicata teneatur petere abſolutionem ab eo, qui cenſuram tulit, ſi executor non poteſt, aut non vult illam concedere? In quo puncto diſtinguendum eſſe cenſeo an cenſura iudicetur non ſolum iniuſta, ſed etiam inualida, nam in priori caſu ſi ſententiâ Iudicis Regij iuſta, & data ex fundamentis moraliter certis, & euidentibus, poterit, perſona quæ excommunicata fuerit in illa ſententia acquieſcere, nec tenebitur amplius ad Eccleſiaſticum Iudicem recurrere vt abſolutionem, vel declarationem petat. Ratio huius partis eſt, quia licet Iudex Regius non poſſit abſoluere à cenſura, neque habeat iuriſdictionem ſpiritualem, nec directam in materia Eccleſiaſtica, nihilominus poteſt declarare nullitatem cenſuræ ſuppoſita conſuetudine (quam ſuppono eſſe iuſtam) & ideo eius ſententia quoad talem declarationem reputari poteſt authentica, & ſufficiens quandiu de illius errore non conſiterit. Vt autem Iudex talem ſententiam iuſtè, & ſine ſcrupulo ferat, oportet, vt tam ex probationibus facti, quàm ex Iure clarum, certum, & euidens ſit ſententiam cenſuræ fuiſſe non ſolum iniuſtam, ſed etiam habuiſſe impedimentum irritans, & annullans illam, quia in dubio potius debet faueri validitati actus, & iuri ſuperioris, pro quo ſemper præſumitur. At verò ſi ſententia ſit valida, quamuis iniuſta, neceſſarium eſt, vt perſona excommunicata ab aliquo Iudice Eccleſiaſtico abſoluatur, alioquin ſemper ſub cenſura manebit, & illam obſeruare tenebitur, etiamſi Iudex Regius millies in fauorem eius iudicet*, &c. Hactenus D. Gabriel. Pereira.

Ad hoc igitur, vt Iudex Regiæ Coronæ poſſit 14
declarare ſententiam excommunicationis non obligare ſecundum aſſertam doctrinam P. Franciſci Suarez, quam refert, & ſequitur D. Gabriel. Pereira *citato loco*, neceſſe eſt, quod illa ſit iniuſta, & inualida, conſtetque de eius iniuſtitia, & nullitate ex fundamentis moraliter certis, & euidentibus, tam ex probationibus facti, quàm ex Iure, & quod habuit impedimentum annullans, & irritans. Quæ tamen videntur difficillimè poſſe in ſimul concurrere, immo in materia noſtra iudico impoſſibile, niſi quando quis fuerit excommunicatus pro termino penſionis, quem iam ſoluerat proprio Penſionario, & quietantiam ab eo obtinuerat, aliàs enim negari non poteſt nunquam poſſe eidem Iudici Regiæ Coronæ conſtare euidenter de nullitate, & iniuſtitia ſententiæ excommunicationis, deque eius impedimento annullante, & irritante, niſi ſuper hoc proceſſum formet, plenariéque cognoſcat de cauſis excommunicationis nullæ, quod illi eſt prohibitum, & ſolum ad Iudicem ſpectat Eccleſiaſticum,

vt

vt benè resoluit Ceuall. *de cognitione per viam violentiæ, glos. 9. num. 111. cum seqq.*

15 Non enim secularibus personis permittitur, sed illis semper, & quocunque casu prohibitum à Iure reperitur cognoscere de iniustitia, nullitate, & inualiditate censurarum, neque eis licet declarare an excommunicatus euitari debeat, vel non, per ea quæ resoluunt Nau. *in Man. cap. 27. num. 40.* Ceuall. *d. n. 111.* Ioseph. Sesse *de inhibitionib. §. 3. num. 104.* D. Gabr. Pereira *d. c. 7. n. 22.*

16 Neque consuetudine, aut præscriptione aliqua poterit dictus Iudex talem acquirere potestatem, quia esset contra libertatem Ecclesiæ, & sanctorum Patrum instituta, ac proinde inualida, *cap. 2. de foro compet.* tum etiam, quia laicus est omnino incapax iuris, & potestatis spiritualis, nec potest illam ciuiliter possidere, ac per consequens, nec vllo tempore præscribere, *cap. causam*, vbi omnes, *de præscript.* Ioan. Andr. *in c. quanto, n. 2. de consuetud.* Deci. *in c. decernimus n. 38. de iudic.*

Quicquid sit, requisita supra dicta verificari non possunt in nostro casu; siquidem declaratoriæ litteræ, mandata, sententiæ Auditoris Cameræ, & Sacræ Rotæ iustè, & validè contra B. latæ fuerunt, euidenterque constat de notoria iniustitia, ac summa proteruia ipsius B. soluere nolentis, & malitiosè retardantis, vt apud omnes in confesso est, quibus stantibus non apparet in quo consistat euidentia nullitatis, & iniustitiæ, ac impedimenti irritantis, & annullantis, qua tantum suffultus poterat dictus Iudex deuenire ad declarationem, qua cum notabili scandalo, ac irreparabili omnium damno præcipitanter vsus est.

17 Debebat igitur dictus Iudex ab his se abstinere, sed quando propria auctoritate, & de facto hanc cognitionem sibi vsurpare vellet, tenebatur in omni casu pro censurarum validitate iudicare; eo quod essent tantorum Tribunalium approbatione roboratæ, veluti Auditoris Cameræ, signaturæ iustitiæ, Metropolitani Bracharensis, Iudicis executoris, sacræ Rotæ, & Collectoriæ Apost. Vlyssipone existentis non obstante quacunque partis contrariæ oppositione, ex qua posset dictarum censurarum validitas in dubium reuocari, quia in dubiis quando agitur de salute animæ, tutior pars est amplectenda, alioquin dubitans exponeret se periculo peccati mortalis, & celebrando sic excommunicatus efficeretur irregularis, vt bene resoluunt Sot. *in 4. dist. 22. q. 2. art. 3.* Ludou. Miranda *d. art. 14. concl. 3.* Bonacin. *de censur. disp. 1. q. 1. punct. 10. n. 11.* Mar. Alter. *d. cap. 1. vers. Quando verò.* Et addit paulo infrà. *Potest etiam propositio Gregorij habere locum interdum in sententia iniusta, quæ re ipsa sit nulla, quando non constat certo de nullitate, quia in re dubia parendum est Prælato, & hoc pertinet ad commune bonum, & conuenit optimo regimini Ecclesiæ, & est magis expediens ad salutem animæ, cum agatur de pœna spirituali, qua in re tutior pars est eligenda. Tandem illud etiam est addendum, quod quamuis sententia excommunicationis esset iniusta, & nulla, & id constaret reo, non tamen illam contemnere deberet in exteriori foro, si in illo de sententiæ inualiditate non appareret, vel cum aliorum scandalo, vel etiam si omnia essent publica & nota: non idcirco reus ita Prælati sententiam dispicere posset, vt eius potestatem negligere videretur, sed moderate, & prudenter liceret ei solum Iure suo vti.*

18 Idem fere tenet P. Franciscus Suarez *d. disp. 4. sect. 7. in fin.* ibi: *Denique addo etiamsi sententia sit iniusta, & nulla, idque euidenter constet subdito, adhuc timendam esse, vt eam non contemnat in foro exteriori si forte in illo sit valida, vel vt non cum aliorum scandalo, si forte alij ignorent illius defunctum, vel certè, vt licet omnia publica sint, & nota, non propterea ita sententiam, vel præceptum Superioris dispiciat, vt ipsum etiam superiorem & potestatem eius contemnere videatur.*

Excommunicatus enim iniustè debet se gerere 19
pro excommunicato etiamsi nulliter sit excommunicatus, interim dum non agnoscitur publice de nullitatis causa, vt tenent S. Antonin. *p. 3. tit. 24. c. 73. §. 1. in fine*, Nauar. *in Man. cap. 27. num. 3. & in c. cum contingat, remed. 3. num. 5. de rescript.* Ratio est, quia excommunicatio quamuis iniusta contemni non debet ne ex ipso contemptu reus remaneat ligatus, *cap. si is qui §. cùm ergo in fine 11. q. 3.* Mari. Alter. *d. tom. 1. lib. 4. disp. 5. c. 4. prope fin. vers. Respondet vtrobique.*

Remanet igitur firmum declarationem dicti Iu- 20
dicis Regiæ Coronæ contra censuratum validitatem esse nullam, dictumque B. legitimè excommunicatione ligatum esse non tantum semel, sed etiam pluries ob maximam eius contumaciam, debereque pro tali reputari, vnde in ea excommunicatione ad Subdiaconatus Ordinem se promoueri faciens, suspensionem incurrit indispensabilem, sicut resoluunt Cou. *in cap. alma mater p. 1. §. 6. num. 6.* Nauar. *in Man. cap. 27. num. 241. in princip. & in cap. confideret, §. cautus num. 29. de pœnit. dist. 5.* Suar. *de censur. tom. 5. disp. 31. sect. 1. num. 57.* Auila *in simili tract. p. 7. disp. 9. sect. 1. dub. 6. vers. Secunda conclusio*, Mari. Alter. *eod. tract. tom. 2. disp. 10. de suspens. cap. 6. in princip.* Bonacin. *etiam eod. tract. disp. 3. de suspens. punct. 5. §. 1. n. 10. & nouissimè de suspens. in particulari disput. 3. q. 1. punct. 6. num. 1.* Filliuc. *in quæst. moral. tract. 17. c. 5. n. 94.* Ad hoc afferentes textum expressum *in cap. cum illorum, de sentent. excom.* cuius verba melius suspensioni, quam irregularitati accommodari verius duco, licet Henriq. Nauar. Maiol. Valent. & Reginald. existiment hunc irregularitatem incurrere.

Quamuis autem in *d. cap. cùm illorum*, fiat expres- 21
sa mentio excommunicationis propter violentam manuum iniectionem in Clericum, nihilominus tamen generaliter de quacunque alia excommunicatione debet intelligi sicut in terminis tener Suar. *d. num. 57. in fine*, ibi: *Solum ego video posse probari suspensionem hanc in cap. cum illorum, de sentent. excom. vbi expresse ponitur, non tamen in generali, sed specialiter in casu excommunicationis propter violentam manuum iniectionem in Clericum, quia tamen ibi non videtur spectari ad grauitatem illius delicti excommunicationis, sed ad generalem culpam suscipiendi Ordines cum excommunicatione, ideo illa pœna, & suspensio generalis esse censetur pro omnibus excommunicatis suscipientibus Ordines.*

Idem tenet Mari. Alter. *d. cap. 6. vers. Ad proban-* 22
dam, in fine, ibi: *Et licèt in specie sermo sit de excommunicatione propter violentam manuum iniectionem in Clericum, nihilominus Summus Pontif. in responsione ad quæstionem non videtur respexisse peculiare illud crimen, & excommunicationem eidem annexam, sed generaliter considerasse quam indecens, & à Religione alienum apparet, vt quis censura obstrictus Ordinibus Ecclesiasticis insigniri præsumat, ideo pœna suspensionis ibi posita locum habet in omnibus excommunicatis.*

Non obstat quòd suspensio dicti *cap. cùm illorum*, 23
videtur ferendæ sententiæ, ibi deponendos, vnde cùm non fuerit dictus B. talis declaratus, non potest illam incurrere; quia respondetur huiusmodi suspensionem ipso iure latam esse, vt optimè declarat

rat Bonacin. *de suspens. in particulari disp. 3. q. 1. puncto 6. num. 5.* his verbis. *Neque obstat illud perspicuum, deponendos : quod est futuri temporis, & non videtur continere censuram ipso iure latam, sed ferendam: respondeo enim continere censuram ipso iure latam, tum quia coniungitur eo illo verbo*, censemus, *quod est temporis præsentis, & illud verbum*, deponendos, *non adhibetur ad significandam suspensionem comminatoriam, sed ad significandum eos, qui in futurum post editionem illius textus ordines capient in excommunicatione, censuræ suspensionis obnoxios esse : tum quia vna pars dispositionis aliam explicat, l. 2. ff. de reb. dubiis ; sed in eodem textu fertur suspensio ipso facto contra Religiosos, ergo etiam ipso facto fertur contra Clericos seculares : tum quia in præcitato cap. denegatur Episcopis facultas dispensandi*, ibi : In reliquis casibus, tam Archiepiscopi, quam Episcopi, absque mandato Sedis Apostolicæ speciali dispensandi facultatem se nouerint non habere : ergo censura censetur ipso iure lata, alioquin frustra denegaretur dispensandi facultas.

24 Neque obstat allegata Balthasaris ignorantia dictæ excommunicationis ; quia contrarium constat euidenter, tum quia fuit publicè excommunicatus in dicta Ecclesia Vrmaranensi cum magno populi concursu, solemniter, campanis pulsatis, candelis accensis, & demum extinctis, ac in terram proiectis, Cruce erecta, Religione indicta ; tum etiam quia pro tali se reputans à Fidelium communione per quatuor fere annos se abstinuit ; tum denique quia concurrebat populi rumor, qui sufficiens, ad hoc videbatur, *cap. illud, de Clerico excom. ministr.* vbi Abb. *num.* 4. Syluest. *in sum. verbo irregularitas, §. 15. q. 13. vers. Sextum, & §. 4. q. 2.* Maiol. *de irregul. lib. 4. cap. 34. num. 4.* vbi reddit rationem, *quia cùm excommunicatus scire debeat, est in culpa si ignoret.*

25 Nec etiam obstat, quòd dictus B. postea fauore dicti Iudicis Coronæ Regiæ fuit per illum declaratus non excommunicatus, & sic ignoranter cum hac bona fide ad sacrum subdiaconatus Ordinem se promoueri fecit, quia nulla illa declaratio, & affectata ignorantia non prodest, eo quod dictum *cap. cùm illorum*, probat necessariam esse dispensationem Episcopi quando ignoranter ignorantia facti, vel iuris Ordines recepit excommunicatus, ergo supponit culpam præcedentem : ita Couar. *in cap. alma mater p. 1. §. 6. num.* Maiol. *d. cap. 34. numer. 4.* Mar. Alter. *d. cap. 6. dub. 2.* In nostro verò casu nullo modo potest dictus B. allegare ignorantiam, siquidem ab Archiepiscopo Bracharense responsionem accepit, ob excommunicationem, qua erat ligatus, Ordinis requisiti incapacem esse ; sed hac responsione non obstante subreptitiæ, & sine eius licentia, litterisque dimissorialibus ab alio Ordines accipere non expauit.

26 Denique non obstat, quod de mandato dicti Iudicis Regiæ Coronæ quidam Clericus dicto B. absolutionem impertiretur, quia ex defectu iurisdictionis, tam ex parte mandantis, quam absoluentis talis absolutio debet nulla censeri, ac proinde habenda ac si facta non esset, paria enim sunt non esse, vel esse nullum, *l. duo sunt Titij, ff. de testam. tutel. l. non putauit, §. non quæuis, ff. de bonor. possess. contra tab.* Surd. *decis. 51. num. 14. & decis. 222. num. 2.* cum aliis citatis per me, *Axiom. 174. n. 13.* Et paria sunt non fieri, & inutiliter fieri, *l. pen. in princ. ff. de suis, & leg. hæred. l. quoties.* vbi gl. & Doctores, *ff. qui satisdare cog. §. sciendum Instit. de satisdat. tutor. glos. verbo inutilem in cap. 2. de translat. Prælat.* iunctis aliis, quæ refero *dict. Axiom. 174. num. 14.* vel minus legitimè fieri, *l. si autem nullum, Cod. de legitim. hæred. capit. inter corporalia, de translat. Episcopi, c. veniens, de presbyt. non baptiz.* Cardin. Tusch. *tom. 6. lit. P. conclus. 87. num. 1. cum seqq.* Surd. *consil. 45. num. 42. & cons. 88. num. 16.* plures, quos refero *d. Axiom. 174. n. 15.*

Quod autem Clericus ille inualidè absoluerit 27
ex defectu iurisdictionis, ex eo apertè constat, quia declaratoriæ litteræ Auditoris Cameræ, quarum vigore tanquam earum merus executor Cantor Ecclesiæ Bracharensis declarauit excommunicatum dictum B. habebant expressam clausulam reseruationis censuræ eidem Auditori, in hæc verba: *Cuius absolutionem nobis reseruamus.* Tum etiam, quia nullus potest absoluere à censuris Auditoris Cameræ, nisi ipsemet, aut eius Locumtenens, seu ab eis deputatus, vt decidit Paulus V. *constit. sua 28. aliàs 20. incip. Eximia §. 21. sub Dat. Romæ apud S. Marcum Kal. Octobr. 1606.* ibi : *Et quod à te vel Locumtenentibus, & aliis prædictis pro tempore excommunicati, seu aliàs censurati ab aliis, quàm à te, vel Locumtenentibus, & aliis tuis huiusmodi etiam de partium consensu præter quàm in mortis articulo constitutum absolui non possint ad euitandas collusiones statuere*, &c.

Et hoc adeò verum est vt etiam dictus Cantor 29
merus dictarum declaratoriarum executor, cui tantùm nuda potestas excommunicandi fuit commissa ab Auditore Cameræ potuerit solùm ligare, sed non absoluere, si id facere voluisset, quod noluit suarum facultatum conscius ne excederet fines mandati, glos. *verbo ligare in cap. cùm infertur, de maiorit. & obed.* Sayr. *de censur. lib. 2. cap. 20. num. 13.* Azeued. *l. 1. numer. 123. tit. 5. libr. 8. nouæ recop.* Rendina *in prompt. receptar. sentent. tom. 1. tit. 41. de excommun. n. 4.* Flores de Mena *var. lib. 1. q. 4. num. 4.* Et in his terminis hoc ipsum decidit, Rot. *in Elboren. fructuum 17. Nouembris 1629. coram R. P. D. Queipo*, his verbis: *Neque obstat, quòd executor ab Auditore Cameræ in partibus deputatus declarauerit censuras ab eodem Auditore Cameræ promulgatas esse nullas, quia in hoc huiusmodi executor nulliter processit, cùm executori non liceat super validitate sententiæ, cuius executioni additus est, pronuntiare, l. sicut proponis, l. executorem, Cod. de execut. rei iudic. l. si Prætor 75. ff. de re iudic.* Bart. *in l. à diuo Pio in princ. à num. 4.* Alex. *num. 9. Iaf. num. 12. ff. de re iudic.* Felin. *in cap. pastoralis, §. quia verò num. 16. de offic. deleg.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 38.* Surd. *cons. 405. numer. 15.* Couar. *pract. cap. 16. numer. 5.* &c.

Eadem Rota *in eadem causa sub die 14. Martij* 30
1631. coram R. P. D. Ghislerio, hanc eandem sententiam firmauit, dum in gradu appellationis vigore ante dictæ decisionis emanatam confirmaret, ibi: *Nec prætextu, quod fuerit nulliter excommunicatus potuit lucrari distributiones, quia cum executori fuerit tantum commissum nudum purum factum publicationis censurarum, non potuit declarare Hieronymum non incurrisse in censuras, vel ex quo non fuerit in Curia personaliter citatus ante relaxationem mandati, vel ex quo non fuerit seruata forma solita in illis intimandis : quia de legitima excommunicatione apparet, & de stylo Curiæ cum censuræ emanassent ab Auditore Cameræ, executor de partibus non potuit, nisi eas publicari facere, & quæ præter illud attentauit fuerant nulla ad tex. in l. si vt proponis, & in l. penultim. Cod. de execut. rei iud. Bart. in l. à diuo Pio numer. 10. vers. Quandoque post latam sententiam, ff. de re iudic. Doctores in cap. de cætero, vbi Abb. & Felin. eod. tit. cùm essent partes Iudicis delegantis, cap. si delegatus in fine, de offic. deleg. lib. 6. Franch. in cap. dilecti el 3. num. 30. de appellat.* &c. Quæ quidem

dem sacræ Rotæ decisiones reperiuntur impressæ apud Franc. Ripam *in fine sui tract. de simonia pag. 333. cum seqq.*

31 Ex quibus omnibus euidenter apparet quot censuris misere irretitus fuerit dictus B. & adhuc in eis pertinaciter remaneat sine proposito aliquo obtinendi absolutionem, vel soluendi quod mihi debet, seu dimittendi Thesaurariam vigore ingressus, & accessus, de quo *quæst. seq.* agendum est, parum sibi suffragante ficta, & affectata protestatione, quod paratus erat soluere, si tunc & adhuc hodie in actis affirmauerit pensionem meam fuisse, & esse nullam, ac proinde ad eius solutionem non posse obligari, vt constat ex assertis oppositionibus, quarum memini *in proœm. n. 24. cum seqq.* Vnde non poterat effugere censuras, seu ingressus canonizationem, protestando se velle soluere, sacculo, vt aiunt, clauso, sed debebat pecunias effectiuè deponere, *l. 8. tit. 14. part. 5.* Ioseph. Ludou. Perus. *decis. 105. num. 2.* ibi: *Imò nec etiam realis sufficeret oblatio, nisi offerens habens pecunias in marsupio dictas pecunias de marsupio extraheret, & testibus ostenderet*, &c. & optimè resoluit Rota *decis. 102. num. 2. part. 2. recentior.* ibi: *Et vbi fuisset locus depositio, istud tamen, quod prætendit Iosephus, illum ex pluribus non liberasset. Primo, quia factum fuit per depositionem sacculi clausi absque eo, quod ne dum numeraretur, sed nec etiam videretur pecunia*, Bartol. *in l. cum seruus, num. 3. ff. de condit. & demonstr.* Paul. de Castro *consil. 228. num. 1. circa medium, lib. 2.* Roman. *consil. 351. n. 3. in fine*, Ias. *d. cons. 9. col. penult. vers. Minus etiam valet, lib. 1.* Curt. iun. *consil. 28. sub n. 1.* &c.

32 Excommunicatus igitur sæpissimè fuit dictus B. & hodie adhuc extat vigore litterarum declaratoriarum Auditoris Cameræ, quæ Vrmaranis, & Romæ affixæ, & publicatæ fuerunt: deinde à S. Rota cum aggrauatione & reaggrauatione, vt ostendimus *quæst. sequent.* & cum affixatione cedulionis, de quo *num. sequent.* Et licèt de huiusmodi censuris non ita euidenter appareret, sufficiens ad hoc videri debet decretum, quod habetur *quæst. seq. num. 21.* ad hoc, vt dictus B. excommunicationem in eo contentam incurrere diceretur; quia vel sequi debeamus opinionem eorum, qui tenuerunt incidere in excommunicationem ipso iure sine aliqua intimatione pensionarium qui non soluit pensionem antequam terminus elapsus fuisset, quia dies interpellat pro homine, ex quorum numero sunt Anton. Massa *de obligat. Camer. pag. 136.* Nauarr. *in Man. cap. 27. num. 274.* Vel teneamus aliorum sententiam, qui affirmarunt hanc excommunicationem non incurri priusquam creditor Pensionarius declaret velle illum incurri, vt per Couarr. *in cap. alma mater, p. 1. §. 9. num. 4.* Mari. Alter. *de censur. tom. 1. lib. 2. disp. 1. cap. 4. vers. Primam opinionem pag. 177.* Nihilominus tamen cum sæpe sæpius declarauerim velle illum incurri, & facto sæpissimè id demonstrauerim petendo declaratorias litteras, easque publicando, & affigendo, non potest dubitari quin remanserit legitimè excommunicatus dictus B. vt palam est apud omnes.

33 Interdictus quoque per sententiam S. Rotæ fuit declaratus, & illius vigore cedulonis affixio facta fuit, vt ex illo constat, cuius tenor est vt sequitur. *Hic auctoritate Apostolica denuntiatur excommunicatus declaratus, aggrauatus, reaggrauatus, & interdictus ad loca, in quæ deuenire contigerit, ac proinde ab omnibus arctius euitari mandatur quidam Balthasar Diaz de Fonseca assertus Clericus Thomarien. Prouinciæ Vlixbonen. ob non paritionem mandati de emittendo, & manutenendo respectiuè contra illum in causa Bracharen. Thesauriæ per sacram Rotam relaxati ad fauorem D. Augustini Barbosæ, & alias prout in actis, instante eodem D. Augustino Barbosa principali, siue*, &c. Philippus Pirouanus Auditor, Archangelus Baronus sacri Palatij Apost. causarum Notarius. *Supradicta cedula affixa, & publicata fuit in acie campi Floræ, & valuis Cancellariæ Apostolicæ per me Iulium Marzitellum S. D. N. Papæ Cursorem.*

Suspensus, quia cùm esset excommunicatus declaratus se fecit ad Subdiaconatus Ordinem promoueri, vt hac eadem *quæst. num. 20. cum seqq.* latè demonstrauimus. 34

Irregularis, quia cum esset excommunicatus, & suspensus ingessit se diuinis Officiis iuxta text. *in c. 1. de sentent. & re iudic. lib. 6.* ibi: *Sciturus, quod si suspensione durante damnabiliter ingesserit se Diuinis irregularitatis laqueo se inuoluet secundum Canonicas sanctiones, à qua nonnisi per summum Pontificem poterit liberari.* Idem probat similis text. *in cap. 1. de sentent. excommunic. lib. 6.* ibi: *Caueant autem Ecclesiarum Prælati, & Iudices vniuersi ne prædictam pœnam suspensionis incurrant, quoniam si contingeret eos sic suspensos diuina officia exequi, sicut prius irregularitatem non effugient iuxta Canonicas Sanctiones*, vbi gloss. *verbo sicut prius*, ita ait: *Id est, quasi in officio suo agens, quod verum nota in quocunque Officio cantando, & in quibuscunque Horis officiet Ecclesiam addit*, quod si intret chorum cum aliis legendo, & cantando locus est irregularitati; & ideo irregularem effici qui suspensione durante diuinis se ingessit resoluunt Couarr. *in cap. alma mater part. 1. §. 6. num. 9. part. 2. §. 2. num. 4.* Cened. *ad Decretal. collect. 25. num. 1.* Farinac. *in praxi criminal. part. 3. quæst. 111. num. 72. cum seqq. & quæst. 138 num. 58.* Ego ipse *in collect. ad d. cap. 1. n. 7. de sent. & re iudic. lib. 6.* 35

Periurus, quia cùm sub iuramento promiserit meam soluere pensionem, vt constat ex eius obligatione, & præstito in Camera Apostol. consensu, ausus est contra suum venire iuramentum, vt optimè resoluit Rot. *decis. 5. num. 1.* apud Farin. *p. 2. recentior.* ibi: *Resoluerunt Domini obstare Abbati agenti ad nullitatem pensionis exceptionem periurij, cum impugnet pensionem, quam se iurauit soluturum, dicitur enim contrauenire iuramento, ob cuius reuerentiam, priusquam ageret, debuit absolutionem petere*, Socin. *cons. 3. num. 1. vol. 3.* Paris. *cons. 41. num. 14. lib. 1. quapropter repellendus est ab hoc iudicio*, Specul. *in tit. de actionib. quæst. 1. vers. Item quod est periurus*, Alex. *cons. 61. num. 19. lib. 5.* Deci. *in cap. intelleximus, num. 18. de iudic.* Roland. *cons. 16. num. 28. lib. 8.* Clar. *in §. periurium, vers. Præterea periurus*, &c. Nam ratione iuramenti imponitur titulari præcisa necessitas soluendi etiam, quod aliàs possit videri indebitum id quod petitur, itavt nisi deducatur exceptio, quæ oriatur ex ventre Bullarum, penitus denegetur audientia excipienti ad effectum euitandi, vel differendi solutionem, Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæst. 40. num. 256. & seq.* 36

Suspectus de hæresi ex eo, quia stetit pertinaciter in excommunicatione per annos fere sex, & adhuc persistit, cum vnus sufficeret, vt statuit Concil. Tridentin. *sess. 25. de reformat. cap. 3.* ibi: *Excommunicatus quicunque si post legitimas monitiones non resipuerit non solum ad sacramenta, & communionem fidelium non recipiatur, sed si obdurato animo censuris annexus in illis per annum* 37

insorduerit, etiam contra eum tanquam de hæresi suspectum procedi possit, &c. Quod Decretum locum habet, siue excommunicatio relaxata fuerit ex causa criminali, siue ex causa ciuili, vt resoluunt Menoch. *de arbitrar. casu* 416. *n.*54. & post Bernar. Diaz, Mari. Alter. *de censuris tom.*1. *libr.*2. *disp.*8. *c.*3. *vers. Tertia.*

38 Priuatus iure, si quod habet in dicta Thesauraria, & aliis etiam beneficiis, siquidem suspensus per annum, & vltra permansit, vt expresse probat tex. *in cap. cùm bonæ, de ætate, & qual.* Et in excommunicatione insordescens per annum, priuationis pœnam incurrit, ad notata per Bosch. Codech. *in repet. cap.*1. *num.*172. *de iudic.* Menoch. *d. casu* 416. *num.*52. *&* 53. etiam sine alia citatione, vt per Maresc ot. *variar. libr.*2. *cap.*35. *num.* 61. Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Eccles. existent. lib.*4. *c.* 8. *n.*11. In eandem quoque priuationem incidit iuxta decretum reseruationis pensionis, de quo *quæst. sequenti n.*21.

39 Iudices ergo seculi videant quo Iure circa censurarum, & Ecclesiasticæ immunitatis validitatem se intromittant, consulant hac de re summorum Pontificum decreta, ac Catholica pietate, & synceritate rem attingant, caueant, & prudenter attendant, vt in huiusmodi, causarum expeditionibus, nil in nostros vindicet odium, vel in suos fauor vsurpet, sed in omnibus, quæ in causis agenda fuerint, præ oculis habeant solum Deum, non propriam vtilitatem, vel nimiam ampliandæ Regiæ iurisdictionis cupiditatem, danda enim sunt quæ Cæsaris Cæsari, quæ Dei Deo. Timeo ne materiæ transigam limites, & aduersarium eiusque audaciam nimie increpare videar; sed Hieron. *in epist.* 14. *apud Augustin.* pro me loquitur, dum ait: *Si in defensionem mei aliquid scripsero, in te culpa est, qui me prouocasti, non in me quia respondere compulsus sum.*

40 *Quandoque enim oportet* (sicut ait S. Thom. 2.2.*q.* 72.*art.*3.) *vt contumeliam illatam repellamus, primò propter bonum eius, qui contumeliam infert, vt videlicet eius audacia comprimatur, & de cætero talia non attentet, secundum illud*, Prouerb.17. *Responde stulto iuxta stultitiam suam ne sibi sapiens videatur. Alio modo propter bonum multorum, quorum profectus impeditur propter contumelias.* Hactenus S. Thom. Vnde

41 spero non infructuosum fore meum hunc laborem, quia non dura videtur curatio (vt dicit Seneca *lib.* 1. *de ira cap.*5.) *cuius salutaris speratur effectus*: nec potest esse in Iudice reprehensione dignum damnatum mutare errorem, vt dicit Seneca *lib.*4. *de benefic. cap.* 38. vbi: *Non est leuitas à cognito, & damnato errore discedere, ingenue fatendum est, aliud putaui, deceptus sum: hæc verò superbæ stultitiæ perseuerantia est, quod semel dixi, qualecunque est, fixum, ratumque sit.* Nouum igitur non est in aliquibus Hispaniæ Tribunalibus praxim si quæ in eis contra Canonica instituta irrepsit, immutare, & in melius reformare. Placuit mihi valde scriptura quædam omnibus numeris absoluta, quæ ad manus meas peruenit dono Regij Consiliarij in supremo Castellæ Consilio existentis, quam accepit ab excellentissimo, & prudentissimo D. vtriusque Iuris consultissimo D. Ferdinando de Oieda, tunc in Toletana ciuitate ad commissionem quandam deputato Iudice dum esset Regiæ domus, & Curiæ summus Prætor, & casus suo tempore eueniret, in quo resolutionem cœpit dignam tanto viro, litteratissimo, & piissimo, quem nunc veneror, & obseruo in summo Regij patrimonij Consilij Senatorem integerrimum, ad maiora properat: quæstio autem quæ illo tempore agitata fuit, petebat, vtrùm quando Iudex secularis reum ab Ecclesia extraxit, Ecclesiastico declarante illum gaudere Ecclesiastica immunitate, à qua declaratione, siue sententia dictus secularis appellauit, & tamen neglecta appellatione ad censuras deuenit Ecclesiasticus, si Regij Senatores declarant Ecclesiasticum Iudicem vim facere, possit tunc secularis Iudex procedere contra reum ad pœnæ cuiuscunque etiam mortis executionem, non expectata alia Ecclesiastici Tribunalis sententia? Ad quam quæstionem respondit doctissimus ille vir summa, qua pollet sententia, & pietate, in hæc verba.

Aliquæ extant sententiæ, aut propriæ opiniones 42
doctissimi moderni, nominibusque multis venerandi in libro quem edidit de cognitione per viam violentiæ in causis Ecclesiasticis, quæ non solum improbabiles vtroque Iure, sed etiã quodammodo fere ineptæ, & non parum in praxi periculosæ merito iudicari possit, inter eas, quas hic censurandas subiiciam vtroque morbo non obscure laborant. Affirmat igitur diuersis in locis & præcipuè *p.* 3. *q.* 817. *n.*13. *& tom.*5. *q.*5. *ex num.*20. Vt quando Iudex Ecclesiasticus declarat reum ab Ecclesia extractum gaudere Ecclesiastica immunitate, & Iudex secularis, qui reum ab Ecclesia extraxit ab hac sententia suam ad superiorem interposuit appellationem, Ecclesiasticoque Ordinario Iudice adhuc neglecta appellatione suas exequente censuras, vt talis reus extractus Ecclesiæ restituatur, tuncque prædictus secularis vtens Regio recursu processum Ecclesiastici ad Curiam Regiam transmittit, Regiique Senatores violentiam Ecclesiastici declarant, præcepto, seu stylo ordinario dicentes, *Que el Ecclesiastico haze fuerça que otorgue y reponga*, tunc ait doctus modernus iustè, & rectissimè posse Iudicem secularem procedere contra reum vsque ad impositionem pœnæ corporalis, & eiusdem executionem. Eandem praxim breuissimè insinuauit antea licèt cõfusè Soar. de Paz *in praxi* 5. *p. to.* 1. *c.*3. §. *n.*183. sequitur etiã & refert Villadieg. *in politica c.*3. *n.*148.

Idem modernus *in d.q.* 5. *lib.* 5. *de las fuerças nu-* 43
*mer.*22. ait: *Que si el caso es notorio en que no deue gozar el reo de la inmunidad, y se declara, que el Iuez Ecclesiastico haze fuerça, y que otorgue, y reponga, y remiten la causa al Iuez seglar, que en tal caso con el dicho auto de fuerça, queda acabado el articulo de la immunidad sin embargo de apelacion, come se dispone en el motu proprio de Gregorio Decimoquarto*, & inferius constituit quoddam discrimen inter *el auto de otorgue solo, y de otorgue, y reponga.*

Quæ sententia in vtroque casu admitti iustè 44
non potest, nec secure praxi mandari debet, sequentibus Iuris rationibus. *Primò*, nam in prædictis facti speciebus Iudex Ecclesiasticus est propriè, & verè competens declarationis Iudicialis immunitatis Ecclesiasticæ, in seque habet radicatam Ecclesiasticam iurisdictionem sicut in re, & controuersia, qua discutitur non solum de facto, sed etiam de Iure spirituali, seu Ecclesiastico (vt est immunitas,) quod non obscurè probatur ex ratione, text. *in cap. fin. de immun. Eccles. ex parte il* 1. *de verb. signif. cap. ad Episcopos* 5. *cap. diffiniuit, cap. miror* 17. *q.*4. & comprobatur etiam ex ratione, text. *in cap. si Iudex laicum, de sent. excommun. lib.*6. Quòd licèt controuersum apud nostros Doctores fuerit, prædicta tamen sententia

tia iam fortissimis fundamentis, & clarissimis rationibus à grauioribus vtriusque scholæ Doctoribus verissima profitetur, fereque omnes fauore Ecclesiæ securius, & firmius amplectendam iudicant, vt post Bobadil. *in politica lib. 2. cap. 14. numer. 98. & cap. 17. numer. 154. cap. 19. numer. 40.* Bellug. Germon. Azeued. & alios tradit, & docte defendit modernus Narbona *in l. 20. glos. 23. ex num. 74. tit. 1. lib. 4. nouæ recop.* & vltra ibi relatos defendunt etiam Farin. *de immun. cap. 22. ex num. 366.* vbi pro hac parte alios refert, & vtroque Iure hanc sententiam veriorem probat recedens à contraria opinione quam voluit defendere antea *in quæst. 28. praxis crimin. num. 76. in fine*, Marta *de iurisdict. p. 2. cap. 50. per tot.* Gambacurt. *de immunit. Eccles. libr. 6. cap. 9.* Bonacin. *tom. 2. tractat. de immunit disp. 3. quæst. 7. punct. 3. num. 16.* Et confirmatur prædicta sententia, & extra omnem controuersiam iam extat Bulla Gregorij XIV. *de anno 1591.* vbi *in* §. 8. ita ait: *Nisi cognito prius per Episcopum, seu ab eo deputatum an ipsi vere crimina superius expressa comiserint.*

45 Ex quo legitimè consequitur, quod pendente causa immunitatis in tribunali Ecclesiastico Iudicis Ordinarij, vel superioris, minimè posse procedi per Iudicem secularem ad sententiam corporis, vt aiunt, afflictiuam delinquentis ab Ecclesia extracti, nec minus ad prædictæ sententiæ executionem. Si verò contrarium Iudex secularis non ritè fecerit, & iniustè attentauerit, merito incurret, & ligabitur censuris à Iure, vel ab homine impositis ob talem inobedientiam, & attentatum, committetque indebitam, & iustè punibilem actionem in contemptum iurisdictionis Ecclesiasticæ præcipuè si ab eo cautio ordinaria fuisset facta non procedendi ad pœnam corporalem, aut corporis afflictiuam contra reum interim dum causa immunitatis in tribunali Ecclesiastico omnibus instantiis finiatur (vt semper, & ordinariè fit) secundùm tex. *in cap. inter alia, de immun. Eccles. cap. id constituimus 17. q. 4. & dictam Bullam Gregorij XIV.* Conducũt ad probationem huius illationis tradita, & congesta à Lancell. *de attentat. p. 2. c. 4. in præfat. ex n. 346.* Marches. *de commiss. p. 2. c. 2. n. 136.*

46 Neque obstat, vt hæc sententia sine scrupulo semper amplectetur si obiiciatur aduersus eam non esse receptam in nostra Hispania dictam Bullam Gregorij XIV. immo expresse Regiis decretis declaratur non loqui cum iudicibus, nec tribunalibus huius Regni, vt habetur *in Ordinationibus Cancellariæ Granatensis lib. 4. cap. 7. fol. 185.* Gutier. *pract. lib. 3. q. 1. n. 36.* Carrasc. *ad leges recop. c. 3.* Heuia *3. p. §. 12. num. 57.* nam duplici ratione, seu satisfactione scrupulus reiicitur.

47 Primus causas, seu species, in qua Bulla non videtur admissa, nec in illis huius Regni Tribunalibus eam vidimus obseruari, est quando scilicet in delictis à Iure exceptis, Iudex secularis extrahit per vim reum confugientem ad Ecclesiam absque vlla facultate Pastorum Ecclesiæ: tunc enim non agitur contra immunitatem, immo Ius ipsum dat talem facultatem, quod communiter à Doctoribus semper fuit sequutum, refert aliquos & tradit Soar. *de Relig. lib. 3. cap. 13. ex numer. 1.* & legitima consuetudine iam in Hispania receptum esse constat ex Bobadil. *d. lib. 2. cap. 14. numer. 94. & 95.* Couarr. *libr. 2. var. cap. 20. numer. 18.* Belluga *in speculo Principum rub. 11. § sed quia lit. L.* Iul. Clar. *in praxi, § fin. q. 30.* Villadieg. *vbi sup.* & alij Regnicolæ.

48 Vbi enim hæc Bulla Gregorij XIV. non obligat impune, & iuste posse per Iudicem secularem id fieri non est dubium, vnde in hac specie solum non esse receptam dictam Bullam in hoc Regno, refert Martin. Delr. *disquisit. magic. lib. 5. sect. 7. vers. Capi sortiarios* (cum prudenti tamen nota, & cautione.)

49 Verùm enim verò, quod attinet ad prædictam nostram, quam defendimus, sententiam per Bullam expresè confirmatam, vt suprà ostendimus, non est vllæ considerationis, aut fundamenti, quòd sit recepta, aut non prædicta Bulla in hoc Regno, quia Iure communi sufficientes vires accipit nostra opinio, & validissimis fulcitur rationibus: nihil ergo est, quod quisquam conqueri possit, ait Farinacius, ex eo, quòd Gregorius XIV. statuerit ad Episcopum spectare cognitionem super immunitate Ecclesiæ, an ad eam confugiens ille debeat gaudere nec ne? postquam hoc idem statuerint Iura Ciuilia, & Canonica, Doctoresque ferè omnes vnanimiter hoc dixerunt etiam ante ipsius Constitutionis promulgationem, ita Farin. *d. cap. 22. de immun. num. 369.* Et praxis etiam Hispaniæ ante Bullæ editionem currenti; & inconcusso stylo idem obseruabat, vt videre est apud Bobadil. *d. cap. 19. n. 40.* vbi consuetudinem, & praxim Hispaniæ in hac immunitatis cognitione ait esse confirmatam ante dictam Bullam, tantum abest, vt ea oppugnet Hispaniæ consuetudini.

50 Secundò, non incongruè potest responderi, quod ad propositum aduertit Farinac. *in addition. ad impressa opera ad d. q. 28. in fin.* ait enim prædictam Bullam semper seruandam fore, quicquid aliàs esset de Iure communi; cum certum sit Pontificem vbique locorum statuere posse, quando præsertim agit de Ecclesiæ immunitate, & libertate; ad quod multum facit, quòd longo, & elegantissimo discursu in materia tradit Gambacurt. omnino videndus *d. c. 9. ex n. 2.* Ceuall. *d. q. 5. tom. 5. de violentiâ.* Ius enim Pontificium, & non Ciuile attendi debet in decisionibus harum causarum, non solum in terris Ecclesiæ, sed imperij, & cuiusuis Regni, vt post quamplurimos Doctores, quos refert, defendit Farin. *de immunitat. c. 2. n. 25. cum seqq.*

51 Quod probatur communi, & verissima Theologorum, & Iurisconsultorum scholæ sententia, quæ securè constituit ad firmitatem legis positiuæ Canonicæ in rebus spiritualibus, aut spiritualia concernentibus non esse necessariam acceptationem, aut obseruantiam populi (sicut in legibus secularium Principum controuertitur) Pontifex enim non à populo, nec ab Ecclesia, sed à Christo Domino immediatè suam accepit iurisdictionem, vt ex quamplurimis expressis sacræ Scripturæ locis, & Iuribus docet Soar. *de legib. lib. 4. c. 3. & cap. 16. per tot. & lib. 3. c. 6.* Sosa *in tract. de largitione munerum. n. 112.*

52 Secundò principaliter ad exclusionem prædictarum sententiarum constituo, quòd admissa etiam aliquorum Doctorum opinione, (quam veram iudico) cognitionem huius immunitatis esse mixti fori, quos refert, & sequitur Marta *d. tract. de iurisdictat. p. 2. cap. 50. per tot.* In casibus autem à Ceuall. supra propositis iam per Ecclesiasticum Tribunal iurisdictio legitimè præuenta, itaque prædictæ controuersiæ, & cognitionis immunitatis priuatiuus extat Iudex, vt ex se patet, quia præuentio iurisdictionis est appropriatio sibi soli in aliqua causa, quæ principaliter in solidum, & in actu pluribus competebat, vt ex Ma-

rian.Soccin.& aliis refert Marta *d.lib. 2.de iuriſdict. c.2.per tot.* vbi quamplurima de effectibus præuentionis inſinuat, Farinac. *d.c.22.n.369.*

53 Quibus ſic conſtitutis ſequentia euidenter colligi, & defendi poſſunt. In primis, *que en el caſo referido al principio, en que el Conſeio, o Chancilleria declara, que el Iuez Eccleſiaſtico haze fuerça, y que otorgue, y reponga, no tiene el efeto que del ſacan* Ceuallos, Pax,y Villadiego, *ſino ſolo que el Eccleſiaſtico abſuelua al Iuez ſeglar, y alce las cenſuras que (ſin embargo de la apelacion interpueſta por el ſeglar (huuiere impueſta haſta que la cauſa de la inmunidad ſe determine en las inſtancias de derecho en tribunales ſuperiores Eccleſiaſticos.*

54 Deinde colligitur ex ſupradictis nulla, nec apparenti ratione, nec colore poſſe defendi, quod prædictus Auctor conſtituit *d.quæſt.5.numer.22.* ibi: *Y con eſte auto de fuerça queda acabado el articulo de inmunidad ſin embargo de apelacion, como ſe diſpone en el Motu proprio de Gregorio XIV.* Ex dicta enim Bulla tale non colligitur abſurdum,non enim loquitur Pontifex ibi in caſu cognitionis Eccleſiaſticorum Iudicum. Præbuit enim anſam, ſeu occaſionem doctiſſimo viro ad æquiuocationem capiendam, & non rectum, & congruum deciſionis Pontificiæ ſenſum percipiendum, illud noue diſpoſitum, & ſtatutum vltra Ius commune à Gregorio XIV. in dicta Bulla. Declarante enim Eccleſiaſtico Iudice confugientem ab Eccleſia, vel extractum ab ea exceptum crimen commiſiſſe, tunc quacunque appellatione remota reus per Eccleſiaſticum Iudicem ſeculari conſignatur, vt conſtat ex verbis Bullæ, ibi: *Tuncque demum de mandato Epiſcopi per Iudicem Eccleſiaſticum Curiæ ſeculari quacunque appellatione poſtpoſita conſignetur.* Quod noue diſpoſitum prudenti admodum, & perſpicua ratione ſtatuit Summus Pontifex, aliquas inſinuat Farinac. *d.cap.22.numer.* 371.Gambacurt.*d.lib.6.cap.17.* omnino ad propoſitum videndi.

55 Item ex ſupra dictis tertio infertur, *que mientras dura el conocimiento de la cauſa de la inmunidad, y ſi el reo ſacado de la Igleſia es, o no de los exceptuados para no gozar d'ella; eſte conocimiento es mere Eccleſiaſtico con todas las inſtancias, haſta que* legitimè res iudicata in cauſa ſententia pronuntietur, probatur ex iam dictis, & colligitur ex *dicta Bulla*, §.7. ibi: *Iudicio ſuo commiſiſſe videbuntur, & in* §. 8. ibi. *Ne autem ſecularis Curiæ prædicti miniſtri*, &c.

56 Ex quo etiam ſequitur fortis excluſio placiti prædicti Auctoris, *en dezir, que con el dicho auto de de fuerça arriba referido, queda acabado el articulo de la inmunidad, ſupueſto que el auto de* otorgue, y reponga *no obra mas que lo que eſtà aduertido, que es obrar las cenſuras que pendiente la apelacion ſe fulminaron poner la cauſa en el eſtado que eſtaua al tiempo que ſe apelò, y ſobre eſtos puntos ſolamente tiene la cauſa determinacion, y no ſobre el principal de la inmunidad, pues ni el tribunal, y iuyzio ſobre que ſe lleua el proceſſo puede admitir eſto. Y el auto que ordinarimente llaman de legos (quando el Iuez Eccleſiaſtico nulla iuriſdictione procedit) ſale, y tiene el efeto de quitarſele la cauſa in totum a el Eccleſiaſtico, pero en en los caſos dichos no concurren,ni militan las razones que en el aute de legos,* vt inferiùs videbimus.

57 *De lo dicho aſſi miſme ſe excluye la diferencia,* quæ ex dictis conſtituitur, *ſi el Tribunal dixere que otergue, y reponga,* nam præterquam quòd eſt omnino falſa doctrina, quæ ibi refertur, verſatur etiam *en ſuppueſto falſo,porque nunca ay auto en Chancilleria, ni Conſeio en cauſas de fuerça, ni iamas lo ha auido que diga* otorgue, *ſolo, ni puede auer fundamento para tal auto, pues la violencia, y fuerça ſe induze ſolo por auer executado ſin embargo de apelacion el Eccleſiaſtico lo que por derecho deuia ſuſpender,&c. y con el de* otorgue *ſolo no quedaua ocurrido a el punto de la violencia executada.*

Ex ſuperioribus etiam quarto elicitur nota, & 58
cenſura iudicij Franciſci Salgado, viri aliàs in materia meritò celeberrimi *in ſuo tractat.de Regia protect.tom.1.p.2.cap.4.num.116.in fine,* qui videtur ſenſiſſe idem, quod Hieronym.de Ceuallos *in locis ſuperiùs citatis,* licet eius verba ibi ſint ſubiecta tantæ obſcuritati,& intricationi, vt potius ſint tribuenda incuriæ Impreſſoris quàm vitio,aut iudicio Auctoris (& ita vere cenſeo) ita ſunt ſcripta, (hi qui non gaudent immunitate Eccleſiarum iuſtè, & debite à Iudice capi poſſunt,& ab Eccleſia extrahi, qui ſi appellauerint,ſintque proteſtati Regium auxilium violentiæ, cauſa ad ipſum Iudicem remittenda eſt, & vim non fieri declarandum. Ex quibus verbis percipi non poteſt congruus ſenſus, nec aliqua Iuri conſona propoſitio, ſupponit enim illa oratio reos ab Eccleſia extractos appellaſſe, & Regium auxilium proteſtaſſe, cauſamque eſſe remittendam ad Iudicem ſecularem,& vim non fieri ab Eccleſiaſtico; quod omne ipſa rei natura, aut proprietate maximam in ſe, & pugnam, & reſiſtentiam continet.

Poſtremò iam vltra omnes in huiuſce materiæ 59
tractatu obſeruandum aduerto, *que nunca en eſta materia de inmunidad Eccleſiaſtica, en ninguna cauſa, o controuerſia de delito exceptuado, o no exceptuado para gozar de la inmunidad, lleuandoſe el proceſſo por via de fuerça a la Chancillieria,o Conſeio no puede auer auto,o prouiſion que decida, que en conocer,y proceder el Eccleſiaſtico haze fuerça que ſe remita la carſa Seglar, come ſe decide en el auto de legos,* vt ex ſuperiùs reſolutis euidenter apparet. *Saluo en vn caſo que es el ſiguiente. Quando el Iuez Eccleſiaſtico deſpues de auer declarade, que por crimen exceptuado en la Bula no goza el reo de inmudad,y le manda entregar a la Curia ſeglar, le otorga a el reo la apelacion, y proceda con cenſuras a que el Iuez ſeglar no innoue, &c. En eſte caſo en proceder y conocer, atentarà, y procederà ſin iuriſdicion,pues por el miſmo Motu proprio le eſtà denegada,y el progreſſo de la cauſa in totum.* Hactenus D.Ferdinandus de Hoieda.

Vtrùm, & quando penſionem non ſoluens, vel eius validitatem impugnans, poſſit vigore decreti cogi beneficium reſignatum reſtituere reſignanti?

QVÆSTIO IX.

1 *Decretum regreſſus, & ingreſſus refertur.*
2 *Acceſſus,& ingreßus in reſignationibus beneficiorum conceduntur ob non ſolutionem penſionis.*
3 *Acceſſus,& regreſſus ex quibus cauſis concedantur.*
4 *Rota ſæpius ad regreſſus canonizationem proceſſit.*

5 *Regreſſus*

5 *Regressus canonizatio ex quibus fieri debeat.*

6 *Rota non solet admittere accessum, & ingressum nisi concurrat nimia proteruia in denegante solutiones, vel aliter resistente.*

7 *Rota quomodo in hac causa processit.*

8 *Pacta inter contrahentes sunt diligenter seruanda.*

9 *Resignationes beneficiorum habent semper tacitam conditionem si pacta seruentur.*

10 *Resignationes beneficiorum, vtplurimum conceduntur ad vota resignantium.*

11 *Iniuriam nemini facit, qui vtitur iure suo.*

12 *Ius à resignante non abdicatur conditione minime adimpleta.*

13 *Conditione deficiente contractus celebratus censetur resolutus ab initio.*

14 *Regressus canonizatio non est pœna, nec priuatio, sed conditio quæ inest.*

15 *Regressus non operatur translationem, sed restitutionem tituli.*

16 *Beneficium resignatum recuperans vigore regressus, recuperat locum, quem priùs habebat.*

17 *Titulus post canonizationem regressus resolutus est quoad resignatarium, & consolidatur in resignantem.*

18 *Intrusus, & merus detentator, non est legitimus contradictor ad impediendam immissionem.*

19 *Possessio potest dari ad tempus limitatum.*

20 *Possessio capta virtute alicuius tituli præcedentis, sequitur naturam tituli, & secundum illum regulari debet.*

21 *Pensionarius, qui non soluit pensionem, Titulare declarante ipso facto est excommunicatus, & elapsus sex mensibus ipso iure priuatus.*

22 Ordinatio Regia lib.2.tit.13. *est pœnalis, & ideò non est trahenda extra casum, de quo agit.*

23 Flaminius Parisius *declaratur, & num. seqq.*

25 Claus.quam, & quas, &c. *quam vim habeat, ostenditur.*

26 *Impediens citari etiam auxilio Consilij Regij habetur pro citato.*

27 *Mandatum generale sufficit si deducatur ad speciem.*

28 *Principalis præsumitur à suo procuratore certioratus de statu causæ.*

29 *Decisio sacræ Rotæ refertur.*

1 AD præcauendas hominum malitias, qui eo animo beneficia sibi resignata capiunt cum reseruatione certæ annuæ pensionis, vt illam nunquam soluant, & sic resignantes eludant, solet Papa fauore resignantium clausulam regressus in Bullis Apostolicis reseruationis pensionis huiusmodi inserere, & mihi in hæc formalia concessit verba. *Tibique, quod Balthasare, aut aliquo ex successoribus prædictis in solutione pensionis per præsentes reseruatæ huiusmodi modo, & forma præmissis facienda in toto, vel in parte cessante, aut deficiente, vel illam ad minorem summam reduci, annullari, vel inualidari petente, seu procurante, aut pensionem per præsentes reseruatam huiusmodi ex quauis causa nullam, & inualidam, seu malè, & nulliter assignatam esse dicente, vel allegante liceat tibi ad dictam Thesaurariam liberos habere accessum, & ingressum, illiúsque corporalem, realem, & actualem possessionem per te, vel per alium, seu alios nomine tuo propria auctoritate libere apprehendere, ac tam tui prioris tituli, quàm earundem præsentium vigore, quas vim validæ, & efficacis prouisionis tibi de illa ex nunc prout ex tunc, & è contra Apostolica auctoritate factæ habere volumus absque alia tibi desuper de nouo facienda prouisione.*

Hos enim accessus, & regressus, qui in resigna- 2
tionibus beneficiorum conceduntur ob non solutionem pensionis, non abstulit Concil. Trident. *sess.25. de reform. cap.7.* prout resoluunt Mandos. *in reg. de impetr. benefic. vac. per obitum, q.3. n.3.* Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib.6. quæst.5. num.110.* Ego ipse *in collect. ad d. cap.7. n.4.* quia regressus huiusmodi ex pacto inter resignantem cum pensione, & resignatarium, nihil habent in se amari, Lotter. *de re benef. lib.1. q.40. n.266.* & ideò quando petitur canonizatio gratiæ regressus, vel accessus contra eum, qui consensit huiusmodi reseruationi, non est necessarium verificare pensiones aut narratiuam continentem ius præcedens ad effectum obtinendi canonizatoriam sui accessus. Ita Mohed. *decis.110. & 357.* Pute. *decis.4. & 6. de regressu*, Theodos. de Rubeis *singular. Rotæ p.2. verbo litteræ*, §.3. *n.1.* vbi *n.2.* subdit procedere etiam contra eum, qui non consensit, sed venit ex iure eius, qui consensit.

Ex duplici igitur capite locus fit dicto decreto, 3
siue clausulæ ad hoc, vt ad Thesaurariam, de qua agitur, regredi possim. *Primò*, ex cessatione B. in solutione pensionis, vt bene notant Mandos. *de signatura gratiæ, tit. de regressu col.8. vers. regressus, in princip.* Flamin. Paris. *d. tract. de resignat. benefic. lib.3. q.3. n.4.* *Secundò*, quia ab eodem B. Titulare petitum fuit illam annullari, vel ad minorem quantitatem reduci, & dictum, seu allegatum eam esse nullam, aut malè, & nulliter assignatam, vt aduertunt Mandos. *d. loco*, Flamin. *d. q.3. n.8.* Lotter. *de re benef. lib.1. q.40. num.272.* Et ex his duabus causis, seu illarum vna tantùm Rotæ sæpe sæpius processit ad regressus canonizationem, vt apud Verall. *decis. 9 p.3. & in Salamantina beneficiorum 7. April. 1617. coram bonæ memor. Vbaldo, & in Cremon. pensionis super regressu 23. Iunij 1623. coram eodem*, & in aliis citatis per Lotter. *d. lib.1. q.40. n.283. cum seqq.* & dicit Crescent. *decis.17. sub num.3. vers. Aliàs vidi, de rescript.* se aliàs vidisse nolentem soluere pensionem octo ducatorum amisisse Canonicatum valoris nonaginta, dando de nullitate pensionis, quæ refert Lotter. *d. q.40. n.273.* vbi etiam quod si is, à quo petitur pensio, excipiat de illius nullitate, implicat etiam nullitatem resignationis, & sic aperit viam regressui ad beneficium.

Quare cùm B. cessauerit in solutione pensionis 5
per quinquennium, & vltra, passúsque fuerit censuras, & adhuc illas sustineat, pensionis meæ validitatem impugnauerit, inde patet conditiones verificari, & decreto pro exequutione accessus, & in-

gressus locum fore, Verall. *decis.* 247. *p.* 1. *& decis.* 313. *p.* 2. Achil. *decis.* 2. *num.* 5. *de iureiur.* Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib.* 6. *q.* 3. *n.* 7. Rot. *decis.* 631. *n.* 1. *p.* 1. *& decis.* 286. *n.* 2. *p.* 2. *recentior. & in d. Cremonen. pensionis super regressu.* Per quæ Iura, & auctoritates eadem Rota præuia decisione facta *sub die* 22. *Iunij* 1629. *coram R. P. D. Pirouano*, censuit in hac mea causa locum esse ingressui, & accessui.

6 Et in dicta mea decisione fuit firmatum non obstare, quod Rota non solet admittere huiusmodi accessum, & ingressum, nisi concurrat nimia proternia in denegante solutiones, aut aliter resistente, Gig. *de pensionib. q.* 99. *num.* 19 Flamin. Paris. *d. quæst.* 3. *num.* 13. Lotter. *d. quæst.* 40. *n.* 277. *cum seqq.* Quia de magna proteruia constat ne dum ex eo, quod dictus B. per triennium, & vltra differt soluere pensionem, sed multò magis quia declaratas censuras sustinet, & surda aure pertranſit pe annos fere octo, quæ sine pertinacia, & proteruia admitti non possunt, vt declarat idem Paris. *d. q.* 3. *n.* 14.

7 Vnde vigore dictæ decisionis Rota seruatis seruandis mandatum de immittendo, & manutenendo respectiuè ad mei fauorem sub Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis in illo contentis in forma solita, & consueta decreuit, & relaxauit, quod cum dicto B. ob impedimenta per eum præstita personaliter intimari, & notificari non posset; & super huiusmodi impedimentis per illum præstitis, & non ruto accessu fuissent in Curia examinati testes, & producta aliqua Iura, & documenta, ac illis lectis, & visis per eandem Rotam accurate, tam quoad intimationem dicti mandati de immittendo, & manutenendo respectiuè, quam quoad alia in præsenti causa per edictum publicum in forma solita, & consueta, & iuxta stylum Curiæ Romanæ procedi mandauit, & cum deinde fuisset legitima dicti mandati intimatio quamuis per edictum facta, vtpote quia ordo de Iure requisitus sufficienter fuit seruatus, ac originales citationes probentur ex fide Cursorum, & Notariorum affixæ in locis solitis Curiæ, & in aliis duobus locis vicinioribus, & illis parere ac obedire neglexisset, seu recusasset, eodem instrumento dicti mandati de immittendo, & manutenendo respectiuè vna cum intimatione & notificatione, vt supra per edictum facta in actis reproductis, ac terminis substantialibus ad docendum dicto mandato de immittendo, & manutenendo respectiuè paruisse, & obedisse seruatis; subsequenter causa huiusmodi in plena Rota, vt moris est, proposita, inibique diligenter ac mature discussa, fuit in ea resolutum dandam esse declaratoriam contra dictum B. & apponendum sequestrum, & eius vigore fuit pariter decretum illum incurrisse pœnas, & censuras in dicto mandato de immittendo contentas ob illius non paritionem, & crescente contumacia, & inobedientia, excommunicationis, & declarationis sententiam antedictam aggrauandam, & reaggrauandam duxit, & ad interdictum vsque processit, licet semper pertinaciter, & inobedienter, provt adhuc, non sine scandalo perseuerauerit.

8 Nil me vidisse profiteor Iuri, & rationi magis consonum, quàm regressus canonizationem, quia æquum est, vt qui non vult soluere pensionem, beneficium non habeat, sed restituat resignanti, ne aliàs cogatur ipse resignans, & pensionem non habere, & suo beneficio fraudulenter spoliari: tum quia clausula regressus ex speciali conuentione inter resignantem, & resignatarium apposita est, & per Papam confirmata; vnde prouenit, vt hæc pactio inter eos facta diligenter obseruari debeat, *ad l.* 1. *& lege iurisgentium*, §. *Prætor ait*, *ff. de pactis*, *& l. semper in stipulationibus*, *ff. de regulis iuris*, Surd. *decis.* 182. *num.* 2. *& decis.* 248. *num.* 2. Glorit. *resp.* 1. §. 2. *num.* 78. Rota *in Romana*, *seu Comen. societatis* 5. *Iulij* 1627. *coram bonæ mem. Vbaldo*, quod adeò verum est, vt nec ad minorem quantitatem pensionem reduci petere possit Titularis, quia simpliciter ei denegatur actio quasi proponenti de directo contraria, ex quo validitas eius tituli pendet ex toto à validitate reseruatæ pensionis in ea quantitate, vnde vel debet integrè soluere, vel dimittere beneficium resignatum, quia dum petit reduci, concludit ad non consensum resignantis, & consequenter ad nullitatem totius gratiæ, aperitque viam resignanti ad reintegrationem sui beneficij Mantic. *decis.* 173. *n.* 1. *vers. nam in eo casu*, Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 41. *num.* 38. Rot. *decis.* 286. *n.* 2. *p.* 2. *in recentior.* Nam huiusmodi 9
resignationes habent semper tacitam conditionem si pacta seruentur, Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib.* 1. *q.* 3. *n.* 45. quia vtplurimum admittuntur, & conceduntur ad vota resignantium, idem Flamin. *d. q.* 3. *num.* 55. Vnde si fuit expressè conuentum in 10
actu resignationis, vt cessante d. B. in solutione pensionis, vel eam annullari petente possem propria auctoritate realem, & actualem possessionem dictæ Thesaurariæ libere apprehendere, nihil poterit impedire quin eueniente casu possem iuxta formam decreti ad Thesaurariam regredi, nemini enim facit 11
iniuriam, qui vtitur iure suo, *l. iniuriarum*, §. 1. *ff. de iniur. l.* 3. §. *is tamen*, *ff. de liber. hom. exhiben.* Ioseph. Vela *de Iure controuerso in Hispalensi Senatu dissert.* 26. *num.* 78. cum aliis me citatis, *Axiom.* 135. *num.* 8.

Accedit, quia resignatio facta fuit conditionali- 12
ter, scilicet valida existente pensione reseruata, & cum effectu soluta, vnde si nulla allegetur, vel solutio non fiat, conditio deficit, proindeque intrat dictum decretum, & ex nunc provt ex tunc, censetur facta prouisio, adeo vt collatio censeatur facta ab initio, Achil. *decis.* 7. *num.* 4. *de renunciat.* quo casu ius à me resignante abdicatum non censetur, ad tradita per Caputaq. *decis.* 216. *num.* 3. *p.* 1. Flamin. Paris. *d. tract. lib.* 1. *quæst.* 3. *n.* 82. *cum seqq.* Buratt. *decis.* 833. *num.* 33. cum aliis citatis per me *de Iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 79. sicut nec abdicatur non seruatis conditionibus, Flamin. *d. lib.* 1. *quæst.* 14. *num.* 10. Ego ipse *d. cap* 15. *num.* 80. quia conditione defi- 13
ciente contractus celebratus censetur resolutus ab initio, *l. necessario*, § 1. *ff. de peric. & commodo rei vend. l. pecuniam*, vbi Alexand. *n.* 4. *ff. si certum pet.* Flamin. *d. lib.* 1. *quæst.* 3. *num.* 27. Tiraq. *in l. si vnquam*, *verbo reuertatur num.* 277. *C. de reuocand. donat.* vbi quòd defectus conditionis habet oculos tetro ad tempus dispositionis. Iuuat etiam quia renuntiatio facta fuit in eum finem, vt pensio reseruaretur valida ne ex illa renuntiatione nimium dispendium pati videar, & ita correspectiuè, quo casu, vbi scilicet aliqua sunt correspectiua, quia vnum fit propter alium, adeo sunt indiuidua, vt vnum tantum censeantur, sicut notat Alexand. *cons.* 121. *col.* 2. *in fine*, *vol.* 3. Crauet. *cons.* 230. *num.* 2. *& cons.* 298. *lib.* 3. & est elegans quoad hoc propositum doctrina Baldi *in l. pollicitatione in fin. C. de donat. ante nupt.* vbi dicit, quòd quando contractus se inuicem contingunt per modum causæ habentur pro eodem, & ita cum resignatio, prouisio, & pensio fuerint correspectiuè facta, vnum scilicet propter aliud, si deficiat aliquod eorum, totum resoluitur, *l. etiam*, §. *ex causa*, *ff. de minor.* Menoch. *cons.* 156. *num.* 4. *&* 5. *vol.* 2. Decian

resp. 1.

resp.1,num.38.vol.3. Alexand. *conſ.111. col.3. num.3. lib.3.* Crauet. *conſil.230. num.2.* Stephan. Gratian. *diſcept.forenſ.tom.2.cap.246.* Graſſis *de except.cap.14. num.42.* Aldouin. *conſ.20. à num.94.* Iniquum, & iniuſtum eſt in contractu correſpectiuo, quod firmitas eius, aut valor ipſius ab vnius dumtaxat ex contrahentibus voluntate penderet, & quod eſſet in eius arbitrio implere, vel non pro parte ſua, alterúmque ad ipſius contractum implementum adſtringere, iuxta doctrinam Baldi *in l. in vendentis, C.de contrah.empt.* Surd.*conſ.136.n.24.lib.1.* Federic. Scot.*reſp.17.n.4.lib.1.*

14 Ex quo inferebam non poſſe dictum B.conqueri de beneficio amiſſo, nec fingere vim ſibi inferri, dum à me vigore regreſſus canonizati occupatur; nec denique agere vti ſpoliatus, ſeu priuatus, quia canonizatio regreſſus non eſt pœna, nec priuatio, ſed conditio, quæ ineſt, vel modus rei traditæ, vt optimè reſoluit Lotter. *de benefic.lib.1.q.40. n.293.*

15 & ideò non operatur tranſlationem, ſed reſtitutionem tituli, ex Rot. *deciſ.427. num.7. part.1. diuerſ.*

16 Et hinc prouenit, vt ille, qui vigore regreſſus reſtituitur ad beneficium per eum reſignatum, recuperat locum, quem prius habebat, prout reſoluit Flamin. Pariſ. *d.lib.1.quæſt.14. num.28.* facilis eſt enim recurſus & conuerſio ad priſtinam rei naturam, & originem *l.ſi vnus*, §.*pactis ne peteret. ff. de pact.* ibi, *non fit cauſa dotis deterior, ſed formæ ſuæ redditur; l.filio quem pater*, ibi, *quia non tranſlatus, ſed redditus videretur, ff.de liber.& poſthum.cap.ab exordio 25.diſt. c.2. de decim.lib.6.* Socin. ſen. *conſ.35.n.6.vol.1.* vbi adducit notabile dictum Boëtij *lib.3. de conſolat. Repetunt proprios quæque recurſus, reditúque ſuo ſingula gaudent.* Crauet. *conſ.616.n.5.vol.4.* Crot. *in l.omnes populi, n.213. ff.de iuſtit.& iure*, Tiber.Decian.*conſ.90. n.6. & 7. vol.3.*

17 Vnde fit dictum B. poſt canonizationem regreſſus ſiue ingreſſus titulum non habere, reſolutus enim fuit, & conſolidatus in me virtute dicti regreſſus canonizati, Rot. *in Ciuitatis plebis penſionis 15. Iunij 1616. coram bonæ memor. Cardin. Sacrato*: ac proinde illum tanquam intruſum ac merum detentorem non poſſe dici hodie legitimum contradictorem ad impediendam immiſſionem, Seraphin.

18 *deciſ.1257.* quia paria ſunt titulum non habere, vel nullum habere, Surd. *deciſ.45. num.17.* Vtcunque enim contingat reſignantem regredi ad beneficium reſignatum ſiue per actionem in ſpolio motam ſiue per canonizationem regreſſus ſibi reſeruati in caſu non ſolutæ, vel in dubio reuocatæ penſionis, conſtat verum titulum eſſe penes regredientem, & penſionem ipſam extingui in tantum vt ſi ex noua concordia beneficium iterum cedat reſignatario, & non conualeſcat, ſine nouo Papæ decreto, modo ſcilicet circa regreſſum nullæ remanſerint reliquiæ litis, in quibus iſte effectus videatur ſuſpenſus, ita Ferentil. ad Buratt. *deciſ.528.n.4.& 5.* Lotter. *de re benef.lib.3.q.16.n.62.*

19 Nec vllum inconueniens conſiderari poteſt ex eo, quòd beneficium conferatur à Papa ſub certa conditione, vel ad certum tempus, quia poſſeſſio accipit ſuum eſſe ab animo, & patientia illius contra quem quis prætendit acquirere quaſi poſſeſſionem, *l.ſi ego §.1. de publicand. l.3. §.dare, ff.de vſufructu*, ex quo ſequitur, quòd poſſeſſio ad tempus illo elapſo non dicitur amplius poſſeſſio ex natura temporis limitati, *l.Imperator, ff.de poſtulando, l.ſtatu liberi*, §.*Stichum, ff.de legat.2.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſ.13. num.94.* Et poſſeſſio data tempore limitato, ſiue, vt aliquid impleatur, ceſſat illo impleto, vel tranſacto tempore, Decian.*conſ.108.num.19.tom.3.* Nicol. Garc.*de benefic. p.1. cap.2. num.87.* Et tantum abeſt, 20 quod poſſit dictus B. dicere ſe eſſe in poſſeſſione libertatis de non ſoluendo dictam penſionem, quinimo poteſt opponi ex dictis illum non habere beneficij poſſeſſionem, niſi dum ſoluerit, illámque ceſſaſſe cum incœpit deficere in ſolutione penſionis huiuſmodi regreſſu, ſiue ingreſſu ob id canonizato, arg.*l.ſi à te, ff.de ſeruit.vend.* & quæ tradunt Roland. *conſ.9.n.39.vol.3.* Mantic.*deciſ.213.n.3.* Flamin.Pariſ. *d.tract.de reſignat.benef. lib.10. quæſt.5. num.45.* Rota *deciſ.363.num.2.p.1.diuerſ.* dum tenent poſſeſſionem captam virtute alicuius tituli præcedentis ſequi naturam tituli, & ſecundùm illum regulari debere.

Ex alio capite dictus B. iure, ſi quod habebat in 21 dicta Theſauraria, priuatus exiſtit, nempe ex decreto in litteris Apoſtolicis reſeruationis meæ penſionis inſerto, quod ſic cantat. *Et eadem auctoritate ſtatuentes quod ille ex Balthaſare, & ſucceſſoribus prædictis, qui in dictis feſtiuitatibus, vel ſaltem infra triginta dies illarum ſingulas immediatè ſequentes penſionem per præſentes reſeruatam prædictum per eum tibi tunc debitum non perſoluerit cum effectu lapſis diebus eiſdem ſententiam excommunicationis incurrat, à qua donec tibi, vel eidem procuratori de penſione per præſentes reſeruata huiuſmodi tunc debita integre ſatisfactum, aut aliàs tecum, vel cum dicto procuratore ſuper hoc amicabiliter concordatum fuerit præterquam in mortis articulo conſtitutus abſolutionis beneficium nequeat obtinere. Si verò per ſex menſes dictos triginta dies immediate ſequentes ſententiam ipſo animo (quod abſit) ſuſtinuerit indurato, ex tunc effluxis menſibus eiſdem dicta Theſauraria perpetuo priuatus exiſtat, illaque vacare cenſeatur eo ipſo.* Nam cùm Papa declarauerit dictam Theſaurariam vigore huius decreti vacaſſe, & de illa ſic vacante mihi prouiderit ſine præiudicio regreſſus, ſiue ingreſſus intentati, non poteſt dictus B. titulum allegare, quo ſuffultus retinere illam valeat, ita D. Gabr. Pereira *de manu Regia part.2. cap.64. num.18.* ibi: *Limitabis ſuprapoſitam reſolutionem non procedere in Penſionario, qui licet non ſoluens penſionem ipſo facto ſit excommunicatus, & elapſis ſex menſibus ipſo iure priuatus*, vt tradit Gig.*de penſionib. quæſt.78. Illud tamen intelligitur ſi modo placeat penſionario*, teſte Caſſad.*de locato, quæſt.2.num.3.& 9.3. num.4. Quare quandiu voluntatem ſuam penſionarius non aperit, titulum habet, & renuntiare poteſt*, &c. Ergo à contrario ſenſu poſtquam reſignans ſuam declarauerit voluntatem; reſignatarius non habet titulum, nec poteſt renuntiare.

Non obſtat *Ordin.Regia lib.2. tit 13.* quæ contra 22 impetrantes beneficia viuentium pœnas ſtatuit, quia, vt ſuprà diximus, ad beneficium rediens virtute regreſſus non dicitur de nouo impetrare beneficium alterius, ſed ſui reſtitutionem obtinere per illam clauſulam, *ex nunc, prout ex tunc*, quæ inſerta reperitur in dicto decreto, adeo vt collatio cenſeatur facta ab initio, Achil. *deciſ.7. num.4. de renuntiat.* Cuius quidem Ordinationis deciſio, cùm ſit pœnalis, eſt reſtringenda, nec vltra caſum, de quo agit, trahenda, *cap.pœna, de Pœnit.diſt.1.cap.in pœnis, de regul.Iuris lib.6. & ipſamet Ordinatio Regia in verſ.fin.* hoc ipſum declarat, his verbis. *E queremos que iſto ſe entenda nos caſos expreſſos neſta Ordenaçaõ ſomente, e naõ ſe fará della extençaon a outros caſos fora delles.* Accedit quia negari non poteſt licere hoc caſu ad beneficium regredi; ergo talis regreſſus ſiue acceſſus permiſſus debet cenſeri, & minime illa ordinatione comprehenſus; non enim puniri quis debet,

debet, qui fecit id, quod sibi licere putauit, Cravet. *cons.*111. *num.*24. *vol.*1. *& cons.*203. *num.*2. *vol.*2. Immo & omnis dolus excluditur, ex quo quis vtitur iure suo, aut iure permittente aliquid agit, vel exequitur actum fieri solitum, *l.nullus, ff.de regul. Iuris*, Magon. *Lucens. decis.*29. *num.*16. Mascard. *de probat. concl.*531.*n.*12.*& concl.*815.*n.*41.

23 Nec etiam obstant resoluta per Flamin. Paris. ex aduerso allegatum *d.tract.de resignat.benef.lib.*6. *q.*2. *num.*140. *& quæst.*3. *num.*37. dum ad regressus canonizationem videtur exigere personalem resignatarij citationem, quia illa in hoc casu fuit ex multis pro sufficienter habita.

24 Et primò, quia litteræ Apostolicæ reseruationis meæ pensionis me instante die 28. Augusti 1625. per Notarium Apostolicum eidem B. intimatæ, lectæ, & declaratæ fuerunt cum dicto decreto, ac omnibus ibidem contentis, vnde non potest prætendere ignorantiam dicti decreti, & intimatio hæc loco citationis deseruire potest: siquidem Flamin. Paris. loquitur quando causa incipit à canonizatione regressus contra Titularem reum penitus talia ignorantem, & falsò existimauit canonizationem regressus esse pœnam continentem priuationem, per ea quæ supra diximus hac eadem *quæst. num.*14.

25 Secundò, quia idem B. obtinuit committi in Rota causam solutionis dictæ pensionis cum clauf. *Cum incidentibus, & emergentibus*, & cum alia, *Quam, & quas*, &c. quarum vigore Papa per aliam commissionem sua propria manu signatam, causam emergentis quæstionis super regressu, ingressu, & accessu huiusmodi, ac illius canonizatione eidem Rotæ Auditori commisit, in qua potuit ferri sententia super illa, licet in prima non expressa, & formaliter deducta, Surd. *decis.*24. *num.*17. *vers. Posset tamen*, Rot. *decis.*257.*n.*1.*p.*1. *recentior.* Vnde cùm præcesserit dicti B. commissio, & illius vigore me citare fecerit coram R. P. D. Pirouano ad videndum reuocari mandata ad meum fauorem relata, & pro pensione huiusmodi annullanda, potui, & merito, coram eodem Auditore quasi per reconuentionem agere ad canonizationem regressus vigore alterius commissionis propria manu Sanctissimi signatæ, quam retuli *quæst.*6.*n.*5.

26 Tertiò, quia idem B. exquisitis modis, & fallaciis impedimenta præstitit ne sibi aliqua fieret citatio, aut intimatio, vnde succedit conclusio, quod impediens citari, habetur pro legitime citato, *cap. quoniam frequenter*, §. *porrò*, vbi Glos. *verbo impedit, vt lite non contestata*, Tiraq. *in tract. res inter alios acta, vers. Limita duodecimo*, Lancell. *de attent.p.*2.*cap.*4. *in præfat. num.*106. *&* 109. Stephan. Gratian. *discept. forens.cap.*66.*num.*32. optimè in his terminis Seraph. *decis.*1094. *num.*3. Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p.*2.*cap.*38.*num.*102. Mari. Antonin. *var. resolut. lib.*1. *resol. fin. casu* 16. Quando enim per alium stat quominus quid fiat, id vtique profecto habetur in ipsius præiudicium, Tiraq. *de retract. lign.*§.1 *glos.*10. *num.*9. & Rota solet facere interpretationem contra recurrentem ad Consilium Regium, puta ne citetur, quia habetur pro citato, vt per Theodos. Rubeum *in singularib. Rotæ p.*2. *verbo Consilium Regium* §.1 *p.*39.

27 Quartò, quia Thomas Lutiolus Procurator substitutus in vim cuiusdam mandati generalis, & ampliss. à dicto B. obtenti cum facultate consentiendi cuicunque reseruationi pensionis cum omnibus cautelis, & conditionibus per resignantes impositis, & ad lites, &c. huiusmodi mandatum ad speciale Iudicis intentati regressus, & accessus deduxit, & eius vigore illud impugnauit, & à sententia regressus canonizatoria inualide appellauit, vnde colligitur dictum B. plenam habuisse huius facti, & citationis prætensæ scientiam, vt optime resoluit Rot. *coram Seraphino decis.*654.*num.*1. ibi: *Quod deducitur de generalitate mandati nihil est, cum sponte Procurator constitutus comparuerit in actis huius causæ, & ita deduxerit suum mandatum ad speciale*; & rationem reddit *num.*5. quia quando procurator generalis sponte comparet post citationem principalis, tunc præsumitur citationem peruenisse ad notitiam principalis.

Quintò, quia dictus B. præsumitur certioratus 28
à dicto Thoma Lutiolo eius Procuratore toto illo tempore ad triennium fere ascendente; quo in Curia lis durauit super tegressu, & incessu, iuxta ea, quæ resoluunt Roman. *consil.*581. Rot. *decis.*396. *n.*3.*part.*1.*diuers. & decis.*174.*n.*3.*part.*1.*recentiss.*

Sextò, & vltimò, quia cognoscens Rota quot 29
cauillationibus dictus B. impediebat ne vlla sibi fieret personalis citatio, decreuit causa cognita, & præhabitis diligentiis necessariis, vt per edictum esset procedendum, prout factum extitit, & ex abundanti fuit citatus dictus Thomas Lutiolus Procurator; decisio autem Rotalis vere aurea in ea parte, quæ ad nostrum intentum conducit, sic cantat. *Causæ etiam non desunt, quæ iustificant non tutum accessum, quia Balthasar solitus erat recurrere ad Iudices laicos pro impediendo processu, & ne personaliter citaretur, vt ex relatione Notarij exhibita, quæ ne dum sufficeret pro casu non tuti accessus, sed etiam ad hoc vt posset dici personaliter citatus*, Bald. *in d. cap. quoniam frequenter*, §. *porrò*, *n.*2. *vt lite non contest. Et idem fuit dictum in Ianuen. census* 10. *Ianuarij* 1614. *coram me, Quando scilicet recursus concludenter est probatus: præterea testes fuerunt examinati formiter deponentes, quod in Regno Lusitaniæ non poterant exequi huiusmodi mandata, & decreta Rotalia, & alia, quæ ab Vrbe hac de re transmissa fuerunt absque Iudicij Regiæ Coronæ beneplacito, quod sufficit ad hoc vt dicatur constare de non tuto accessu, siue testes concludant non tutum accessum per impossibile, siue hoc credant difficile propter pœnas in Regiis Constitutionibus comminatas, vt quis non audeat mandata intimare*, Rot. *decis.*22.*num.*2. *de rescript. in antiq. & idem firmant de stylo huius Tribunalis, adden. ad decis.*5. *num.*2. *&* 4. *eod. tit. de rescript.* Cassad. *decis.*2. *de dolo, & contum. Et idem fuit admissum in supradictis decisionibus Ianuen. census* 10. *Ianuarij* 1614. *&* *Ianuen. separationis thori* 8. *Martij* 1626. &c. Denique per edictum seruatis de Iure seruandis ritè, & strictè fuit processum in hac causa secundum praxim Curiæ, de qua in nostro voto decisiuo 8. *per tot.*

Vtrùm regressarius recipiendo pensiones decursas videatur regressui renuntiare?

Qvæstio X.

1 *Doctores referuntur qui tenent regressarium recipiendo pensiones decursas videri regressui renuntiare.*

2 *Contrarium verius.*

3 *Emphyteutam non soluentem per triennium*

post

potest dominus expellere, & petere pensiones, quando incœpit ab expulsione, vel ab executione præteritarum pensionum cum protestatione.

4 *Iuramentum habet vim clauſ.* Rato manente pacto.

5 *Clauſ.* Rato manente pacto, *operatur quòd debitum principale ſimul, & pœna exigi poſſint.*

6 *Clauſ.* Rato manente pacto, *in emphyteuſi operatur, vt emphyteuta poſſit expelli ob non ſolutionẽ Canonis, etiamſi dominus directus illũ receperit de præterito.*

7 L. apud Celſum, §. Labeo, ff. de doli except. *declaratur.*

8 *Pœna quando apponitur loco contemptus, & poſtea res, & pœna petuntur ex diuerſis cauſis, vtrumque debetur.*

9 *Regreſſui renuntiare videtur ille qui recipit penſionem poſt lapſum terminum illam ſoluendi.*

10 *Canonem recipiens poſt incurſam caducitatem, videtur illam remittere.*

11 *Agens ad penſionem tantum in iudicio, & de regreſſu nihil dicens recipiendo penſionem videtur regreſſui renuntiare.*

12 *Agens ad penſionem, & regreſſum, ſi fuit pronuntiatum ſuper vtroque, & recipiat penſionẽ, non cẽſetur renũtiare regreſſui.*

13 *Penſio non eſt onus reale cohærens ipſi beneficio, ſed onus fructuum, & ipſis fructibus inhærens.*

14 *Penſio decurſa de tempore, quo beneficium fuit occupatum ab intruſo, ab ipſo ſolo eſt ſoluenda, & non à titulari, qui fructus de illo tempore non percepit.*

15 *Reſignatarius, qui vigore reſignationis quantumcunque nullæ, fructus percepit, penſionem ſoluere tenetur.*

16 *Capitulum ſoluere tenetur penſionem impoſitam ſuper Canonicatu, cuius fructus illi accreuerunt propter non reſidentiam Canonici.*

17 *Penſionarius agere poteſt hypothecaria contra quemcunque poſſeſſorem fructuum.*

18 *Reſpondetur fundamentis Gigantis.*

19 *Declaratur iterum* l. apud Celſum, §. Labeo, ff. de doli except.

20 *Pœnæ conuentionales de Iure Canonico debentur, ſed ſuſtinentur ſemper pro quanto alterius partis intereſt.*

21 *Pœna ciuilis, & criminalis reſultat ex vno maleficio, & vna non confundit aliam.*

22 *Papa in regreſſu confert beneficium ex nunc prout ex tunc, & ideo collatio cenſetur facta ab initio.*

23 *Regreſſus extinctio antequam regreſſarius declaret velle redire ad ſuum beneficium, eſt actus fauorabilis, qui caſſatur ex ſola voluntate ipſius regreſſarij, & per renuntiationem factam coram Notario, & teſtibus.*

AFFIRMATIVAM partem latè probat Gigas *in tract. de penſionib. q. 76. per totam*, & præcipuè ex *n. 20. verſ. Iſtis non obſtantibus*, quem ſequuntur Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib. 6. q. 3. n.* 30. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 1. c. 152. n. 19. & tom. 4. c. 617. n. 13. verſ. inſuper, cum ſeq.* argumento text. *in l. apud Celſum, §. Labeo, ff. de doli except.* vbi dicitur, quòd condemnatus ad dandum hominem ſi promiſit illum tradere intra certum diem ſub pœna, tranſacto tempore non poteſt pulſari, vt ſoluat hominem, & pœnam. 1

Pars verò negatiua, quòd ſcilicet non amittit penſiones decurſas, qui vigore regreſſus, ob illas non ſolutas, obtinuit immitti in poſſeſſionem beneficij; in Iure mihi verior videtur, ac in practicando, & conſulendo omnino conſequenda, ex multis. Et *primo* ex text. *in l. colonus, ff. locati*, vbi dicitur, quòd dominus poteſt expellere colonum contumacem in ſoluendo, & petere penſiones: & *in auth. qui rem, C. de ſacroſ. Eccleſ.* vbi dicitur, quod Eccleſia poteſt expellere emphyteutam per biennium non ſoluentem, & habere penſiones, ac retinere melioramenta, & nullum 3 dubitat poſſe dominum tunc expellere emphyteutam, & petere penſiones, quando incœpit ab expulſione, vt reſoluunt Clar. *in §. emphyteuta, q.* 10. *poſt princip.* Gig. *de penſionib. q. 73. n. 8.* Surd. *deciſ. 317. n. 14.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c. 633. n. 38. cum duobus ſeqq.* Vel ſaltem ab executione præteritarum penſionum cum proteſtatione Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. lib. 22. tit. 33. n. 5.* Camill. Borrel. *in ſum. omnium deciſ. tom. 1. tit. 33. n. 146.* Buratt. *deciſ. 624. Secundò*, quia in noſtro caſu B. ſub iuramento ſe 4 obligauit ad penſionis ſolutionem, tunc enim iuramentum habet vim clauſ. *Rato manente pacto, l. ſi quis maior, C. de tranſact.* Bald. *in l. cum proponas, n. 2. verſ. Vlteriùs, C. de tranſact.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil. 85.* Cardin. Tuſch. *tom. 1. lit. C. concl. 300. n. 4.* Clauſula autem, *Rato manente pacto*, operatur, quod 5 debitum principale, ſimul, & pœna exigi poſſint, & vtrumque debeatur, *l. qui fidem, ff. de tranſact. d. l. cùm proponas.* Saluſt. Tiber. *in formulario inſtrum. lib. 1. c. 14. n. 10. & c. 19. n. 14.* Gutier. *in repet. l. nemo poteſt, n. 413. ff. de legat. 1.* Cald. Pereira *de empt. & vendit. c. 30. n. 52.* Vnde in emphyteuſi appoſita operatur, vt emphy- 6 teuta poſſit expelli ob non ſolutionem Canonis, etiamſi dominus directus illum receperit de præterito, quia vtrumque conſequi poterit, videlicet canonem præteritum, & expulſionem, quæ ſunt compatibilia, Alex. *conſ. 196. n. 2. verſ. nec ad hoc obſtat, & conſ. 206. n. 2. verſ. Ad prædictorum, vol. 7.* Card. Tuſch. *d. concl. 300. n. 11.* Marta *de clauſ. p. 1. clauſ. 131. n. 7.* quos refero *in tr. de clauſul. vſufreq. clauſ. 128. n. 7.*

Non obſtat *d. l. apud Celſum, §. Labeo*, quia ibi pœna 7 ſucceſſerat loco rei debitæ, cum fuerit maior, quàm res debita, & ideo minor illa ſumma iuerat maiori, *c. 1. de arbitr. lib. 6. l. 1. §. ſi ſtipulanti, ff. de verb. obligat.* cum aliis citatis per Card. Tuſch. *tom. 7. lit. S. concl. 885.* At verò in hoc caſu regreſſus non ſuccedit loco penſionum debitarum, ſed illis accedit, ac proinde vtrumque peti poteſt, penſiones ſcilicet præteritæ, & beneficium, ad notata per Bald. *in d. l. cùm proponas, n. 3. verſ. Tertio caſu*, & *ibi* Paul. de Caſtro *n. 2. verſ. Adde quartum caſum.*

Et maximè, quia penſiones percipiuntur ex debi- 8 to antiquo propter fructus beneficij perceptos,

& regressus ob incursam contumaciam in non soluendo debitis temporibus, vel potius ex pacto expressè inito in litteris Apostolicis reseruationis, & tunc quando pœna apponitur loco contemptus, & postea res, & pœna petuntur ex diuersis causis: veluti si pœna petitur ex contumacia, vel ex pacto, & debitum ex actione antiqua, certum est vtrumque peti posse ex traditis per Bald. *citato loco, vers. Sed si non petitur*, ibi: *Interdum pœna*, & Paul. *ibidem vers. Item adde quintum.*

9 Vtrùm hac de re consulti primarij Romanæ Curiæ Aduocati, & præcipuè D. Ioannes Ghinus vtriusque Iuris consultissimus, & à me multis nominibus commendandus, responderunt hanc partem esse proculdubio veriorem, & contrariam nullo Iure probari, sentientes tamen ad plenam huius rei cognitionem distinctione opus esse, & tres casus considerandos inter se admodum diuersos.

Primus casus est de eo, qui si voluisset, potuisset habere regressum, quia lapsus fuerat terminus soluendi pensionem, & nihilominus recepit eam; & tunc videtur regressui renuntiasse, quia cum concernat tantùm fauorem ipsius Pensionarij, regressus reseruatus intelligitur eo volente; ita Gambar. *de officio legati à latere, tit. 6. de pension. numer. 489. vers. Primus casus*, & in his terminis loquuntur Cassad. *decis. 2. num. 3. vers. Quod procedit, & decis. 3. num. 4. tit. de locato*, Caputaq. *decis. 8. num. 1. p. 3.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. libr. 6. quæst. 3. num. 20. & 22. & quæst. 5. num. 82.* Pute. *decis. 206. numer. 1. lib. 1. & decis. 26. lib. 2. in correctis.* Sicuti recipiens canonem post incursam caducitatem, videtur illam remittere, Specul. *tit. de locato, §. nunc aliqua, numer. 34. vers. 230. quæritur*, Surd. *decis. 217. num. 26.* Mantic. *decis. 200. numer. 1.* Ex eadem ratione, quòd caducitas intelligitur domino volente, tenent Roland. *d. cons. 57. n. 9. & cons. 82. n. 6. lib. 3.* Cassad. *d. decis. 2. de locato.*

11 Secundus casus est de eo, qui egit in iudicio ad pensionem tantum, & de regressu nihil dixit, & modo recipiendo pensionem, saltem sine protestatione, videtur regressui renuntiare, Gambar. *d. lib. 6. num. 482. vers. Secundus casus*, qui mouetur ex dicto Specul. *vbi suprà.* Sed hæc resolutio continet in se aliquam difficultatem, quia remissio intelligitur facta etiamsi canonem, vel pensionem recipiat cum protestatione, Gig. *de pensionib. q. 73. n. 7.* Mantic. *d. decis. 200. n. 2.* Surd. *decis. 317. n. 26.* Corbul. *de causa priuationis ob non solutum canonem limit. 21. n. 2.*

12 Tertius casus est de illo, qui egit ad vtrumque, & fuit pronuntiatum super vtrumque, scilicet super solutione pensionis, & super regressu (provt est casus noster) & tunc certe recipiendo pensionem etiam absque protestatione, non censetur renuntiare regressui, siue pensio sit de præterito, siue de futuro, quia, vt inquit idem Gambar. *citato loco n. 483. vers. Tertius casus*, per pronuntiationem Iudicis resolutus est titulus possessoris, & consolidatus in pensionarium virtute regressus: vnde nec tacitè, nec expressè beneficium potest reuertere ad ipsum, quia semel exclusus semper remanet exclusus, & bene, quia Papa in regressu de nouo confert beneficium pensionario ex nunc provt ex tunc; adeo vt collatio censeatur facta ab initio, Achil. *decis. 7. numer. 4. de renuntiat.* & propterea quamuis ipse postea petat pensiones decursas, tamen non ideo videtur renuntiasse regressui; quia ex quo possessor semel beneficium amisit ob non solutionem pensionis, non potest absque nouo titulo illud recuperare, etiamsi regressarius consentiat, quia illius ius non pendet ab eius voluntate, sed à Papa quatenus velit ei beneficium de nouo conferre, Gambar. *vbi supra num. 484. cum seq.* quem intellexit Rota *in ciuitatis Plebis. pensionis 15. Iunij 1616. coram bonæ memor, Card. Sacrato*, quando canonizatus est regressus per sententiam, quæ facit transitum in rem iudicatam, vt in nostro casu: quicquid contrarium dicendum esset si Iudex nullo modo pronuntiasset super regressu, vt declarat idem Gambar. *d. loco num. 488. & seqq.* vbi quod licet sola declaratio Pensionarij videatur inducere vacationem, tamen magna æquitas dictat contrarium, si præsertim Ponsionarius recepit pensiones sequentis temporis, & facit Caputaq. *decis. 10. p. 3.* vbi quod habens regressum repellitur exceptione regulæ de triennali, Mohedan. *decis. 2. de causa posses. & propr.* quia ex triennali præsumitur nouus titulus, & sic etiam Caputaq. tenet post latam sententiam super regressu requiri nouum titulum.

Non obstant rationes Gig. *d. quæst. 79.* non enim 13
primò, quod scilicet pensio sit onus reale cohærens ipso beneficio, quia immo potius est onus fructuum, & ipsis fructibus inhærens, & debita ab eo, qui fructus percepit, vt late probat idem Gig. *resp. 29. numer. 4. vers. Propterea*, Rot. apud Nicol. Garc. *de benef. p. 1. cap. 5. numer. 201.* ibi: *Nequc enim teneri ad decursas tempore suo, si fuit impeditus* 14
vti fructibus. Et ideo pensio decursa de tempore, quo beneficium fuit occupatum ab intruso, ab ipso solo est soluenda, & non à Titulari, qui fructus de illo tempore non percepit, Gig. *toto illo responso.* Garc. *d. p. 1. cap. 5. num. 182.* & in eadem quæstione intrusi sequitur Bursat. *cons. 361. num. 19. vers. Secundo*, adeo vt si contingat verum Titularem post recuperatum suum beneficium conueniri super pensione decursa durante intrusione, ipse cedendo actiones contra intersum liberatur, Ferret. *cons. 37. n. 2.* Bursat. *d. cons. 361. n. 18. vers. Beneficiatusque lib. 4.* Pute. *decis. 10. lib. 1. in correctis.*

Ex qua ratione fit vt etiamsi quis nulliter be- 15
neficium resignet, non ipse resignans, qui per resignationem nullam suam possessionem beneficij amisit, sed resignatarius, qui vigore resignationis quantuncunque nullæ fructus percepit, pensionem soluere teneatur, Mohed. *decis. 3. de renuntiat.* & ideo etiam mortuo beneficiario, qui non soluit pensionem, successor non cogitur illam soluere nisi factis diligentiis contra hæredes prædecessoris, Greg. *decis. 507. numer. 3.* & ibi *adden. num. 7.* Rota *in Lavinen. pensionis 7. Februarij 1620. coram* Vbaldo *sen.* Et pariter in nostro casu successor cedendo actiones contra hæredes prædecessoris liberatur, Pute. *decis. 15. de pensionib.* Ergo licet pensio cohæreat beneficio, tamen magis inhæret fructibus, illosque tantum sequitur, Gig. *d. resp. 29. n. 2. & 4.* Quod comprobatur etiam ex alio: nam ratio quare pensio imposita super fructibus, & distributionibus quotidianis debet solui à Capitulo, cui accreuerunt propter non residentiam Canonici, qui illius reseruationi consenserat, non autem ab ipso Canonico iuxta opinionem Rotæ, vt *in decis. 133. per tot. p. 2. recentior.* Garc. *d. p. 1. c. 5. n. 206.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 5. §. n. 44.* Quod non est nisi quia de intentione Papæ dum pensionem reseruat, est grauare illos fructus quibus imponitur pensio, & non beneficium, vt est beneficium, vt per Rot. *vbi sup. sub n. 3.* qui propterea dicuntur pro ipsa pensione affecti, & hypothecati

cati, vt ibi, & consequenter pensionarius agere potest hypothecaria contra quemcunque possessorem fructuum, Gig. *d. tract. de pension. q.* 51. Cacciallup. *quæst.* 9. *vers. Aut quærimus*, cum aliis citatis: igitur pensio est onus fructuum, illisque, vt dixi, inhæret magis quàm beneficio, & ex consequenti actio, quam habet pensionarius aduersus possessorem fructuum perceptorum, non perditur per regressum ad beneficium, vt vult Gig. *d. q.* 79.

18 Minusque concludit alia ratio eiusdem Gigan. dicentis, quod cum regressarius succedat in beneficio, eius creditum confunditur, quia illa quoque cessat, ex prædictis, cum pensio decursa debeat solui ex fructibus antea decursis, & non de futuris; qua ratione regressarius potest vtrumque petere, scilicet pensiones præteritas, & regressum: quia ex quo debetur vtrumque, per acceptationem vnius non sequitur acceptatio alterius, Gambar. *vbi sup.* 491. *vers. Et dico.*

19 Sed neque obstat tex. *in d. l. apud Celsum*, §. *Labeo*, *ff. de doli excep.* vbi quod condemnatus ad dandum hominem, si promisit illum tradere intra certum sub pœna, transacto tempore non potest pulsari, vt soluat hominem, & pœnam, cum aliis Iuribus citatis à Gig. *d. quæst.* 76. Ratio illius tex. est, quia postquam creditor assequutus fuit id, quod principaliter debebatur, petendo pœnam videtur inhonestis quæstibus anhelare, Socin. *iun. cons.* 23. *num.* 2. *per tot. lib.* 2. & etiam valde bene, cum ibi in substantia debitus non esset nisi homo, ideoque textus dicit iniquum esse hominem, & pœnam petere. Secus autem in casu nostro, in quo non est sufficienter consultum regressario si recuperet tantum suum beneficium, quia semper remanet in damno propter fructus perceptos, nisi consequatur vtrumque, scilicet beneficium, & pensiones decursas, vt tenet Gambar. *vbi sup. numer.* 491.

20 Hinc licèt pœnæ conuentionales de Iure Canonico debeantur, tamen sustinentur semper pro quanto alterius partis interest, Roman. *cons.* 510. *num.* 8. *vers. Est & vltimum*, vbi Mandos. *super verbo interesse*. Et quando etiam ex vno maleficio resultat pœna ciuilis, & criminalis, vna alteram non confundit, Franch. *in c. felicis*, §. *per hoc*, *n.* 4. *limit. de pœnis*, cum aliis per Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 859. *n.* 9.

Neque etiam obstat, quòd in materia feudali, 22
& emphyteutica petens canones præteritos, videatur remittere caducitatem, quia argumentum non applicatur casui nostro, saltem postquam fuit pronuntiatum super regressu, ex quo priuatus per sententiam reducitur ad pristinum statum, in quo erat ante renuntiationem iuxta naturam regressus, Gambar. *d. lib.* 6. *numer.* 498. Achil. *decis.* 7. *num.* 3. *in fine*, *& seq. de renuntiat.* vbi quòd Papa in regressu confert beneficium ex nunc provt ex tunc, & ideo collatio censetur facta ab initio, Pute. *decis.* 306. *num.* 2. *vers. Quia dicebatur lib.* 1. *in correctis*, indiget noua collatione, & nouo titulo, qui non potest dari à priuato, Gambar. *d. lib.* 6. *num.* 485. & 487. *vers. Præterea*; immo postquam fuit pronuntiatum super vtroque, vtrumque debetur, regressarius sibi non præiudicat petendo tantum pensiones præteritas, idem Gambar. *d. loco num.* 491. *vers. Et dico.*

Denique ex eisdem non obstat, quod extinctio 23
regressus est actus fauorabilis, vt inquit Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib.* 6. *q.* 6. *num.* 39. quique cassatur ex sola voluntate ipsius regressarij, Caputaq. *decis.* 12. *num.* 1. *p.* 3. Flamin. Paris. *d. quæst.* 5. *numer.* 88. & per renunciationem factam coram Notario, & testibus, Crescent. *decis.* 1. *de renuntiat.* Achil. *decis.* 6. *eod. tit.* Flamin. Paris. *d. tract. de resignat. benef. lib.* 2. *quæst.* 23. *num.* 16. *vers. Quarò infero*; quia procedit antequam regressarius declaret velle redire ad suum beneficium, Pute. *d. decis.* 306. *num.* 2. *vers. Quia dicebatur lib.* 1. *in correctis*, vbi quòd declaratur cessionem ab initio fuisse nullam. Vel si noluimus amplecti rigorem, sed æquitatem, quæ dictat contrarium, teste Gamb. *vbi suprà num.* 489. *vers. magna tamen æquitas*, quæ etiam mihi placet quousque non sit pronuntiatum super regressu, sed post sententiam: quia priuatus indiget noua collatione, quæ vt dictum est non potest dari à priuato, tacitus consensus regressarij non prodest, quia etiam expressus esset inutilis, vt patet.

PARS SECVNDA.

PROOEMIVM.

POST septem annorum curricula, quibus in hac Matritensi Curia in ampliſſimo, & ſupremo Portugaliæ Senatu, multiſque particularibus Miniſtrorum vtriuſque Coronæ congregationibus, mandatorum Auditoris Cameræ Apoſtolicæ, & ſacræ Rotæ executionem per Iura, & doctrinas in prima parte adductas diligenter, & inſtanter petieram, Deo fauente, & precibus S. Antonij, cui electus ſodalis in eius Regio Matritenſi hoſpitali hoc anno 1639. ſeruire non ſum demeritus, eodem anno poſt captam maturam reſolutionem diplomate Regio mihi conceſſum extitit, vt non obſtantibus priuilegiis, & Regni Ordinationibus ac conceſſionibus à Regiis Magiſtratibus contra me adductis, præfata mandata, & quaſcunque ſententias ſuper penſione & regreſſu ad meam Theſaurariam emanatas debitæ executioni liberè mandare poſſem; quibuſcunque ſublatis impedimentis à Iudicibus laicis contra me oppoſitis, provt latiùs conſtat ex eodem Regio diplomate tenoris ſequentis, videlicet:

Eu el Rey faço ſaber aos que eſte Aluarà virem, que auendo eu viſto o que ſe me repreſentou por parte do Doutor Agoſtinho Barboſa em razão da cauſa que corre entre elle, e Balthaſar Diaz da Fonſeca, ſobre a Theſouraria da Collegiada de Guimaraẽs, acerca da queixa que fez de o Procurador da minha Coroa defender ao meſmo Balthaſar Diaz da Fonſeca, fazendo petiçoẽs, e requerimentos em ſeu fauor, e procurando tomarſe aſſento contra elle no deſembargo do Paço, hauendo eu mandado, que neſta materia ſe não innouaſſe couſa alguã, para nella ſe tomar vltima reſoluçaõ na forma de minhas ordẽs. E hauendo viſto iuntamente o que ſobre eſta meſma materia ſe me repreſentou por parte do meſmo Balthaſar Diaz da Fonſeca em huã petiçaõ que aqui ſe offereceo, e vendo tambẽ todas as ordẽs que fui ſeruido dar para eſte negocio ſe me conſultar no Reyno de Portugal por Miniſtros delle, a que ſe naõ ſatisfez ſendo paſſados muitos tempos, e tudo o maiſque nelle tem precedido, e o que conſtados papeis que neſta Corte ha, os quaes mandey ver com particular exame; e ſendome tudo conſultado, fui ſeruido tomar reſoluçaõ, na conformidade da qual, Hey por bẽ, que querendo Agoſtinho Barboſa vſar do regreſſo canonizado que tem a ditta Theſouraria da Collegiada de Guimaraẽs, e tratar da penſaõ que nella tem, pertendendo cobrar as decurſas do penſionario Balthaſar Diaz da Fonſeca, em virtude das ſentenças que contra elle hatido, poſſa tratar do direito que tiuer, e da execuçaõ de ſuas ſentenças diante do Iuiz Eccleſiaſtico a quẽ tocar, donde cada huã das partes podera tratar de ſua iuſtiça, a qual ſe lhe adminiſtrarà, ſendo ouuidas, ſegundo as regras de direito, eſtilos con que ſemelhantes negocios ſe coſtumã expedir, e ſe entã ſe fizer no juizo Eccleſiaſtico força tal, que dè lugar iuſtamente a recurſo que ſe me pode fazer pello juizo da Coroa, poderaõ as partes vſar delle ſegundo o dereito, e ſtylos aſſentados o permitirẽ, e ſem embargo das duuidas que ſe tem poſto a execuçaõ das ſentenças referidas, hauidas por Agoſtinho Barboſa, por ſe dizer, que huã dellas foy alcançada ſobre penſaõ ou Beneficio de Portugal, contra vaſſallo da quella Coroa, è aſſi contra o Priuilegio de Iulio III. e Ordenaçaon do ditto Reyno, e que a outra foy dada no meſmo Reyno pello Iuiz Executor em forma ſummaria ſobre a cobrança da penſaõ procedendo executiuamente, com os quaes fundamentos ſe refere hauerſe julgado no juizo da Coroa da Relaçaõ do Porto, que no Eccleſiaſtico ſe fazia força em proceder aſſi, e pellas dittas ſentenças, deuendo começar a tratar a cauſa ante o Ordinario ordinariamente, ſobre as quaẽs duuidas, e ſentenças do juizo da Coroa ſe pertendia tomar aſſento no deſembargo do Paço com aſſiſtencia do Procurador della, me praz de conceder ao ditto Agoſtinho Barboſa, que poſſa tratar da execuçaõ das ſuas ſentenças, ſobre a PENSAO, è REGRESSO no juizo Eccleſiaſtico a que toca, onde ſendo as partes ouuidas de ſeu direito ſe lhe farà juſtiça na forma declarada: e iſto naõ obſtante a Ordenaçaõ do liuro ſegundo, titulo treze, è de quaeſquer outras, nẽ ſentenças da Coroa dadas com fundamentos dellas, e do ditto priuilegio, porque por eſta vez ſomente de meu poder Real o ei aſſi por bem, e diſpenſo em tudo, em conſideraçaõ das qualidades, e circumſtancias preciſas que concorrem neſte negocio: è mando, que na Relaçaõ do Porto, ou em qualquer outra parte que ſeja, ſe cumpra eſta minha reſoluçaõ, e naõ ſe impida. E nã pagou meja annata pella naõ deuer. E eſte Aluarà quero que valha, e tena força, e vigor, poſto que naõ ſeja paſſado pella Chancelaria, e ſeu effeito haja de durar mais de huũ anno, ſem embargo da Ordenaçaõ do liuro ſegundo, titulo treinta e noue e quarenta, que diſpoẽ o contrario. Diogo Teyxeira o fez em Madrid aos quatorze dias do mes de Nouembro de mil e ſeiſcientos e treinta noue annos. Diogo Soarez o fez eſcreuer. REY.

Publicato præcedente Regio diplomate, cœperunt Eccleſiaſtici Iudices commiſſa ſibi vti iuriſdictione, ipſeque Rotalis executor ad eiuſdem Rotæ mandatorum executionem deuenit, quorum vigore requiſitum Capitulum inſignis Eccleſiæ Vimaranenſis de more ſolito capitulariter congregatum patientiam & conſenſum præſtitit, poſſeſſionémque Theſaurariæ vnanimiter, & communi omnium voto procuratori meo pacificam, & capitularem dedit, ſub die 10. Maij 1640. de qua inſtrumentum factum fuit, provt ſequitur:

Saibam

Saibam quantos eſte eſtromente de requerimento e auto de poſſe dada por virtude da ſentença atras do Iuiz executor dos Bulletos Rotaẽs, virem como no anno do Nacimento de noſſo ſeñor Ieſu Chriſto de mil ſeiſcentos e quarenta annos, aos dez dias do mes de Majo do ditto anno em Cabido as noue horas da manham, eſtando ahy preſentes os Reuerendos Dignidades, Conegos, e Cabido da Real Collegiada Igreja de noſſa ſeñora da Oliueira deſta Villa de Guimaraẽs abaixo aſſinados, perante elles Reuerendos ſenhores apareceo Torquato Barboſa Dalmeida morador na ditta Villa, pello qual fez ditto a elles ſenhores Capitulares, que por virtude do mandado do Iuiz Apoſtolico atras, e dos Bulletos Rotaẽs, de que he executor, e ſentença de ſua Mageſtade, e cumpraſſe do juizo da Coroa da Relaçaõ do Porto, foſſe ſeruidos de lhe mandar dar poſſe do regreſſo que o ditto Agoſtinho Barboſa tinha canonizado, e paſſado em couſa iulgada contra Balthaſar Diaz da Fonſeca, da Theſouraria major da ditta Real Collegiada. como procurador baſtante que era do ditto Doctor Agoſtinho Barboſa, o que viſto pellos dittos Reuerendos ſenhores Capitulares, por elles fez ditto que elles lhe dauã a ditta poſſe quanto podem e deuem em direito por obedecere aos mandados Apoſtolicos, e decretos de ſua Mageſtade, e lha auiam por dada capitularmente na forma de direito Canonico aſſi no lugar do Cabido como do eſtado, e do choro, ao que foram teſtemunhas preſentes Pedro Gonzalues official do Cabido, e Ioaõ Ribeiro familiar do Reuerendo Chantre Roque Ferreira Pereira. E logo elle Torquato Barboſa fez ao choro, e ſe aſſentou no eſtallo do dito Theſoureiro, e pegou na eſtante, reuoluendo o liuro que nella eſtaua, e tangeo a campainha; que no ditto choro eſta; e por eſtes autos lhe dey a ditta poſſe da ditta Theſouraria major e ſuas pertenças autoal e real, e canonicamente tanto quanto por direito deuo e poſſo, teſtemunhas has ſobredittas, que com o Reuerendo Cabido, e com elle Torquato Barboſa Dalmeida a qui aſſinaram, e eu Bartholameu da Cruz Lobato tabelliaõ publico das notas na ditta Villa, que eſte inſtrumente de poſſe dey, em auſencia de Antonio Machado Barboſa outroſy tabelliaõ das notas, è eſcriuaõ das eſcrituras do ditto Reuerendo Cabido, e me aſſinei do meu publico ſinal dia, mes, e anno atras declarado em Cabido. O Chantre Roque Ferreira Pereira, O Meſtreſcola, Balthaſar de Meira Arcipreſte, Ieronimo da Rocha Freire Arcediago, Miguel da Sylua de Mello, Chriſtouaõ Ferras, Gabriel de Freitas de Almada, Franciſco Correa, Manoel Fernandez Pinheiro, Gaſpar da Fonſeca de Goẽs, Antonio de Freitas, Torquato Barboſa Dalmeida, Pedro Gonzalues, Ioaõ Ribeiro, &c. Cùm ergo Notarius atteſtetur Dignitates & Canonicos fuiſſe capitulariter congregatos, eorum nomina recenſendo fit certum quod poſſeſſio fuit capitularis, iuxta *deciſ. 9. & 29. de procurat. in antiq.* & in terminis Rota apud Tambur. *poſt tom. 3. de iure Abbatum deciſ. 31. n. 6. cum ſeqq.*

Poſſeſſione Theſaurariæ ſic pacificè & capitulariter capta, adhuc B. acquieſcere noluit, ſed per Antonium Diaz eius fratrem, & procuratorem ad Regem noſtrum in eodem ſupremo Matritenſi Senatu recurſum habuit, pluraque de more ſuo contra Regium diploma, & captam poſſeſſionem in medium afferre non erubuit, exiſtimans vtrumque nullitatis vitio ſubiici, & vti tale ab eodem ſupremo ſenatu reuocandum.

Primò igitur opponit ſe obtinuiſſe plures ſententias in Senatu Portucalenſi per Iudicem Regiæ Coronæ ad ſuum fauorem promulgatas, ac proinde minime potuiſſe Regem Catholicum illis derogare in eius damnum & præiudicium; ex qua oppoſitione ſequendo primæ partis ordinem vndecima venit diſputanda quæſtio. *An Rex Catholicus poſſit derogare ſententiis per viam violentiæ à Iudicibus laicis in cauſis clericorum latis, & illis non obſtantibus cauſam Eccleſiaſtico Iudici terminandam, eiuſque ſententiam exequendam remittere?*

Secundò opponit in executione mandatorum & ſententiarum à ſacra Rota emanatarum minime fuiſſe citatum Balthaſarem Diaz aduerſarium, vnde duodecima ſeſe offert ventilanda quæſtio. *Vtrùm in executione ſententiæ Rotalis ſit neceſſaria citatio partis, contra quam venit exequenda?*

Tertiò opponit quòd, cùm ſibi congrua portione ex redditibus Theſaurariæ prouiſum eſſet per Iudicem laicum Regiæ Coronæ Senatus Portucalenſis, ſententia ad id in ſuum fauorem lata, nunquam congrua huiuſmodi cum effectu ei ſoluta fuit, vnde decimatertia prouenit diſſertatio. *An Indices laici, ad quos per viam violentiæ patet recurſus, poſſint ex redditibus beneficij congruam portionem aſſignare clerico alias excommunicato ad ſe recurrenti pro impedienda executione ſententiæ quæ poſſeſſionem eiuſdem beneficij alij dandam eſſe tenet?*

Quartò opponit, ſequeſtrum ſuper fructibus, & redditibus beneficij nulliter impoſitum fuiſſe de mandato Regis Catholici, licet in executionem alterius à Iudice Eccleſiaſtico, & ſacra Rota relaxati. Vnde oritur decimaquarta diſceptatio. *An & quando Regij Iudices poſſint ſequeſtrari facere fructus, & redditus beneficiorum Eccleſiaſticorum?*

Quintò opponit ſe eſſe pauperem, nihilque habere ex quo ſoluat terminos decurſos penſionis non ſolutæ, nec ad illam ſoluendam obligari poſſe Capitulum Collegiatæ Eccleſiæ percipiens diſtributiones, ſuper quibus erat impoſita dicta penſio. Vnde decimaquinta procedit diſcutienda quæſtio. *An & quando Capitulum teneatur pro rata temporis vacationis, & abſentiæ Titularis ſoluere penſionem ſuper diſtributionibus à ſe perceptis reſeruatam?*

Sextò opponit ſe eſſe clericum in ſacris Ordinibus conſtitutum, proindéque ad remedium *cap. Odoardus, de ſolution.* eſſe admittendum, ac in carceribus pro debito huiuſmodi penſionis detineri non poſſe, vnde decimaſexta colligitur diſputanda quæſtio, An Clericus in ſacris conſtitutus, penſionis Eccleſiaſticæ debitor, ac ad eam ſoluendam obligatus in forma Cameræ Apoſtolicæ ad beneficium *cap. Odoardus, de ſolut.* ſit admittendus, an verò in carceribus detinendus donec ſoluat.

Septimò opponit contra ſe ipſum Matriti commorantem pro debito penſionis non ſolutæ mandata Auditoris Cameræ relaxata exequi non poſſe, eo quod per curſum decennij iuxta legem Regiam ſit præſcripta via executiua ad debitum illud petendum; quare decimaſeptima venit reſoluenda quæſtio: An contra Clericum obligatum in forma Cameræ ad penſionem, ſeu quoduis aliud debitum perſoluendum præſcribatur via executiua per decennij lapſum, iuxta legem Regiam 6. *tit.* 15. *lib.* 4. *nouæ Recopill.*

* * *

An Rex Catholicus possit derogare sententiis per viam violentiæ à Iudicibus laicis in causis clericorum latis, & illis non obstantibus, & sine consensu partis, in cuius fauorem prolatæ fuerint, causam Ecclesiastico Iudici terminandam, eiusque sententiam exequendam remittere?

Qvæstio XI.

1 *Princeps iuri tertij nunquam præiudicare intendit.*
2 *Ius suum vnicuique est conseruandum.*
3 *Variatio omnis in Iure reprobatur.*
4 *Præsumptio est pro Principe quod quidquid facit, iuste facit.*
5 *Resolutio capta in supremo Portugaliæ Senatu iuri conformis.*
6 *Princeps potest causas subditorum vbique iudicare.*
7 *Princeps in aliquo casu mandat quod quis non audiatur per suos magistratus.*
8 *Princeps potest causam ad suam auocare præsentiam, si extra ea eius partibus administrari non sit credendum.*
9 *Princeps iudiciarium ordinem seruare non tenetur.*
10 *Principi præsentia omnes solemnitates supplet.*
11 *Princeps iudicare debet secundùm conscientiam prætermissis, & circumscriptis actitatis.*
12 *Princeps potest concedere quòd veritas causæ iam decisæ, iterum discutiatur, & auferendo ius parti quæsitum per sententias.*
13 *Inducta ad vnum finem, contrarium effectum operari non debent.*
14 *Ius recurrendi ad Iudices laicos per viam violentiæ Papæ Coronæ inest in signum suæ supremæ potestatis.*
15 *Quando quid principaliter fuit introductum à Principe in vtilitatem Reip. & secundariò in fauorem priuatorum, eorum conuentione renuntiari nequit.*
16 *Attendere semper debemus id, quod fit principaliter, non id quod venit in consequentiam.*
17 *Princeps potest priuilegium à se liberaliter concessum sine causa reuocare, licèt alteri ex illo sit ius quæsitum.*
18 *Sententias in Senatu Portugalensi Iudicis Papæ Coronæ prolatis solet Rex noster in supremo Senatu penes se residente de nouo reuidere, & causam decidere.*
19 *Principis motus habetur pro iusta causa, & satis est in eo quod putet causam subsistere, & ex opinione sua statuat, seu mandet.*

DVbitandi ansam præbuit quod videbatur B. per dictas sententias in Tribunali Iudicis Coronæ Regiæ per viam violentiæ latas quæsitum ius, cui Princeps nunquam derogare intendit, glos. *verbo aliquatenus, in extrauag ad Apostolatus, de conces. præben. inter communes*, Mastril. *de magist. lib. 3. cap. 4. num. 317.* à Ponte *cons. 59. num. 35.* Topius *de potest. Principis secular. §. 6.* D. Noguerol *in l. sua Iuris alleg. pro Comitissa de Sancta Guadea, & de Ampurias à n. 374.* Octau. Glorit. *resp. 2. num. 8. & resp. 6. num. 65.* Ius enim suum vnicuique est conseruandum. *l. Iustitia §. Iuris præcepta ff. de Iustit. & iure*, latè Mandos. *super facultatib. A. C. in proœm. verbo vnicuique* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 7. proœm. num. 4.* quod sine facto suo ab eo auferri non poterat, *l. id quod nostrum 11.* cum similibus *ff. de reg. Iuris*, idem Gonzal. *glos. 56. num. 116.* Mastril. *d. lib. 3. cap. 4. num. 316.* eo maximè quia dictis sententiis confisus minimè curauit de obtemperandis Ecclesiasticorum Iudicum mandatis, nec illis se opposuit, cùm facilè potuisset eorum executionem impedire, vel de illorum agere nullitate; nec enim credere poterat vnquam dictarum sententiarum dispositionem reuocandam, cum ridiculum & puerile sit, hodie concedere, & cras reuocare & pœnitere, Ror. *decis. 33. num. 18. de præben. in antiq.* Gonzal. *glos. 5. §. 6. num. 43.* nam omnis variatio in Iure reprobatur. *l. serui electione ff. de legat. 1. reg. quod semel placuit, de regul. Iuris*, Gregor. Lop. *l. 5. tit. 19. præst. 6.* 1 3

Verùm multa sunt, quæ Principis animum mouere potuerunt ad derogandas præfatas per viam violentiæ à Iudicibus laicis in causis clericorum prolatas sententias, nam præsumptio est pro eo, quod quicquid facit iuste facit, Couar. *var. lib. 1. c. 1. num. 7.* Matiens. *Diall. 3. relator. cap. 42. num. 3.* Carol. Tapia *in rub. de constit. Princip. cap. 1. num. 31.* Morl. *in emporio Iuris p. 1. tit. 2. quæst. 2.* quos refert, & sequitur Garc. Mastrill. *de magistrat. lib. 3. cap. 4. numer. 44.* iunctis infra adductis hac ead. *q n. 19.* 4 8

Et vt à primordiis rem sumamus, præsupponendum est Balthasarem malam causam euidenter fouere, & exquisitis subterfugiis tentasse Thesaurariam & pensionem mihi debitam absolutè denegare, prædictasque sententias à Iudicibus laicis me tunc Romæ degente mendicatis, vt aiunt, suffragiis, & fallaciis extorsisse quæ nunquam transeunt in rem iudicatam, nisi in supremo Palatij Senatu de earum iustitia coram Ecclesiastico Iudice discutiatur, eoque audito vel reuocantur, vel executioni mandantur; antequam in dicto Senatu super earundem sententiarum reuocatione, aut confirmatione ageretur, recursum habui ad Potentissimum Regem nostrum, qui causam super eisdem sententiis supremo Portugaliæ Senatui penes se residenti discutiendam committere dignatus fuit, ex quo me & aduersario partibus hinc inde auditis, resolutio emanauit, vt non obstantibus præfatis sententiis mandata Rotalia, aliorumque Ecclesiasticorum Iudicum in mei fauorem prolata, debitæ per eosdem Ecclesiasticos Iudices executioni mandarentur 5 9

darentur, & causam ipsam eorundem Iudicum examini committit, inhibendo Ministris Regiis ne deinceps in ea se intromitterent, vt latius ex Regio diplomate patet. Quæ quidem Regia resolutio Iuri conformis,& vt decet Catholicum Principem prolata fuit, ex sequentibus.

6 Primò, quia, vt patet ex facto, causa hæc non erat per dictas sententias expedita, cum adhuc remaneret Senatus Palatini resolutio capienda, vt illæ possent executioni mandari, nec antea id permittitur, vt obseruat consuetudo, & Regni inueterata obseruantia, ideo respectu ipsius Principis non est dicendum Senatum Palatinum esse Tribunal. priuatiuum quoad alia,præcipuè vbi ipse Princeps residet,& quando ad eum recurritur, quia potest in omnibus Regni partibus, & quocunque in loco suam exercere iurisdictionem,ad tex. *in l. 1. ff. de constitut.Princip.* Mastrill.*de Magistr. lib.3.cap.2. num.*10.& causas subditorum vbique iudicare *l. pen. in fine ff.de Iustit.& iure, l. si locus ff.de iudic.* Greg. Lop.*l.7.verbo no iurguenen otra terra tit.4.par.7.* Mastrill.*d.lib.3.c.4.n.131.*

7 Secundò, quia benè potest Princeps mandare eisdem Palatinis Senatoribus ne hac de causa cognoscant, seu illam decidant, quia bene mandat quod quis non audiatur per Magistratus suos in aliquo casu, & sine causa moderat suorum officialium iurisdictionem. *l.2. ff.de origine Iuris*, Valenzuel.*tom.2.cons.* 151.*num.*7. Rimin.*iun.cons.* 54.*num.* 14.*& cons.*72.*num.*131.*cum seqq.* quem refert & sequitur Mastrill. *de magistrat. lib.3.cap.4. numer.*462. optimè Paris.*cons.*1. *num.* 38. *cum seqq.lib.*4. Cyriac. *tom.2.controu.*317. *num.*2. *&* 3. D. Noguerol in sua *Iuris alleg. pro Comitissa de Sancta Gadea, &c. & de Ampurias n.*452. Cùm in iurisdictionalibus Principis potestas plenissima sit.Bald.*in l. qui se patris C. vnde liberi num.*34.*vers. Sed Nicolaus.*Xuar. *alleg.*7. Cassanat.*cons.*43.*num.*4.*& seqq.*Ioseph.Ramon.*cons.* 24.*num.*129. Licèt enim Princeps non possit directè tollere ius quæsitum sine causa, potest tamen id facere per indirectum, vt mandando ne à suis Officialibus ius reddatur opponentibus contra, vt post Ruin. Felin. Paris. & alios resoluit Surd. *cons.* 203.*n.*6.

8 Tertiò, quia Princeps, ad quem iustè recurritur, & cui de recurrentis iustitia satis constat, potest, & tenetur causam ad suam auocare præsentiam, si extra eam ius partibus ministrari non sit credendum, qua auocata nullus inferior eam deinde audire potest, aut in ea se intromittere,etiam de consensu partium, nisi eidem remittatur, ad tex.notabilem cum *gloss.*ibi *in l.ad Imperatorem ff.de appellat.*nam,vt inquit Imola *in cap.licet de offic.deleg.* quomodocunque causa sit introducta coram Principe, non potest inferior etiam de partium consensu se intromittere, quem refert Valenzuela *tom. 2.cons.* 151.*num.*11. hinc dicit Innoc. *in cap.cum M.Ferrariensis, de constit.*quod vbi Imperator manum apponit, omnibus aliis est imponendum silentium, quem referunt Castald.*de Imper.quæst.*110. *casu* 184. Mastrill.*d.lib.3.c.4.n.*173.

9 Quartò, quia licèt Ordo præuertatur coram Principe, id nihil ad rem facit, nec quicquid fecerit, nullitati subiicitur, cum ipse iudiciarium Ordinem seruare non teneatur, Felin.*in cap.in causis,de re iudic.* Mastrill.*lib.3.cap.4. num.3.* nec in eius Senatu attendatur Ordo iudicialis,Thesaur. *dec.*15. *num.*4. Giurba *cons.*35. *num.*8. Sacca *cons.*1.*num.*85. *vers.nec enim cogitur,*quos refert D. Noguerol *in Iuris allegat.pro Comitissa de Sancta Gadea, & de Ampurias num.*455.sufficit enim coram Principe partium narratiua, querela, & recursus, eo quod eius præsentia omnes solemnitates supplet.*l.omnium. Cod.de testam.*Innoc.*in cap.1.de litis contest.* Mastrill. *d.cap.*4. *numer.* 5. & coram eo magis habet locum veritas, quàm rigor iudiciorum.Castald.*de Imper. quæst.*110. *vers.*18.Bellug.*in speculo Principum rub.* 11.*§.restat. il* 1.*num.*4. Camill.Borrel. *in addit.in verbo Iuris Ordinem vers.fallit in Principe*, idem Mastrill.*d.c.4.n.7.* vbi *numer.* 39. subdit quòd dilationes Iuris abbreuiat. 10

Quintò, quia non tenetur Principis actitata obseruare, nec illis stare, cum iudicare debet secundum conscientiam, illis prætermissis, & circumscriptis, vt dicit Bart.*in l.1. Cod. vt quæ desunt aduoc.* Natt. *cons.*625. Mastrill.*d.lib.3. cap.4.à n.*40. Franc.Becc.*cons.*52. *num.*89.& 90. Grammat. *decis.* 19.*num.*13.vbi notat quòd domini de sacro Consilio sunt Iudices superiores, & vicem Præfecti prætorio obtinent, & ideo iudicare possunt secundum conscientiam, Guid. Papæ *quæst.* 29.idem dicit de Iudicibus Parlamenti, & præcipuè apud nos ex decisione Ordinationis Regiæ *lib.* 3.*tit.* 63.*in princip.* quæ huiusmodi Principis prærogatiuam cuicumque inferiori communem facit. Nam,vt dicit Mastrill.*d.lib.*4.*cap.*5.*num.*33. coram Principe sola facti veritate inspecta proceditur, causæque breuiores redduntur ad effugiendas impiorum calumnias. 11

Sextò, quia licèt sententiæ per viam violentiæ in Senatu Portucalensi, latæ transiissent in rem iudicatam, & super illis nihil remaneret faciendum; vel ad Senatum Palatinum non essent adducendæ ad capiendam, vt solet, finalem resolutionem, adhuc Principi negari non potest potestas concedendi quòd veritas causæ iam decisæ, iterum discutiatur, auferendo ius parti quæsitum per sententias, Gozadin.*cons.*10. *num.* 17. Mastrill.*d.lib.3. cap.*4.*num.*390.præcipuè, vt ipse declarat, dummodo id faciat cum claus.*non obstantibus*;provt in casu præsenti actum fuit. Non enim absolutè vera est conclusio quòd Princeps non possit iuri tertij præiudicare, ex adductis per Molin.*de primog.lib.*1.*cap.* 8.*num.*28.*&* 29.Rodolphin.*de suprema Principis potest.cap.*6. *num.* 139. *vers. contrarium tamen* Topi.*de potest.Princip.secul.§.*6.*num.* 1.*&* 2.*pereg.cons.*4. *per tot.lib.*1. 12

Septimò, quia iurisdictio Iudicum laicorum per viam violentiæ inter personas Ecclesiasticas, fuit concessa, ne opprimerentur vasalli, suisque rebus de facto & iniustè priuarentur, non enim assequeretur intentum si per hanc viam recurrendi ad Principem violentiæ alicuius euitandæ causa, potiùs opprimerentur vasalli, quàm liberarentur à vexationibus, & sic inducta ad vnum effectum, contrarium operarentur, contra reg.tex. *in l.legata inutiliter ff.de legat. 1. l.legata inutiliter ff.de adimen. leg.*Tusar.*de substit.quæst.*245.*num.*93.*in princ.*ac inducta ad fauorem, inducerent odium,damnum, & detrimentum, contra vulgarem regulam tex. *in l. non dubium, Cod. de legib.* Cassanate *cons.*43. *numer.*106. 13

Octauò, quia ius recurrendi ad Iudices laicos per viam violentiæ, Regiæ Cameræ inest, in signum suæ supremæ potestatis, Bobadil.*in sua politica lib.*2.*cap.*18.*num.*6. Camill.Borrell. *de præstantia Regis Catholici cap.*5.*num.*6. *&* 26.Castill.*controuers.tom.* 7. *de Tertiis cap.*41.*à num.*163. non enim Clericis illo vti ordinariè conceditur, sed extraordinario modo, quatenus scilicet Princeps vellet 14

let, & oppottunum remedium ex circumstantiis iudicauerit concedendum, vel denegandum; cum enim in vtilitatem Reip. primò & principaliter introductum ab ipso Principe fuerit, quia Iuris publici specimen præfefert §. *Iuris præcepta. Instit. de Iustit. & iure*, & ipsius Reip. Principis caput sit, ex quo tota eius potestas dimanat, Greg. Lop. *per texibi in l. 2. tit. 14. part. 3.* Marant. *de Ordine iudic. p. 4. dist. 5. num. 3.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 97. num. 30.* & sit velut Resp. ipsa, Auendan. *de exequend. mand. p. 1. cap. 1. num. 2.* Mastrill. *de magist. lib. 1. cap. 1. num. 5.* meritò fit clerico nullum præiudicium inferri, si à Rege remedium huiusmodi ei denegetur, vel auferatur iam concessum, licèt secundariò deinde sibi damnum inferri asserat; nam quando
15 quod principaliter fuit introductum à Principe vtilitatem Reip. & secundariò in fauorem priuatorum, eorum conuentione renuntiari nequit, Alex. Tiramini *de legib. p. 2. cap. 6. à num. 2.* Suar. *eod. tract. lib. 8. cap. 6. à princ.* D. Barbos. *in l. 1. p. 1. num. 36. & in*
16 *l. alia §. eleganter num. 14. cum seqq. ff. soluto matr.* Attendere enim semper debemus id quod fit principaliter, non id, quod venit in consequentiam, *l. 1. ff. de auctor. tut.* Tiraq. *in tract. cessante causa limit. 22. in fine*, Surd. *cons. 96. num. 44. tom. 1.* D. Noguerol *in sua Iuris alleg. pro Comitissa de Sancta Gadia, & de Ampurias n. 452.*

17 Nonò, quia ius hoc recurrendi ad Iudices laicos per viam violentiæ priuilegio Apostolico vero, vel præsumpto, Principi concessum, necesse est vt dicamus, quia aliàs nullitati subiiceretur; & quoad nostros Lusitanos circa primas instantias, & ne causæ extra Regni fines extrahantur, videtur concessum priuilegio Iulij III. de quo suprà *quæst. 6. num. 32.* Vnde sicut speciale est in Principe, vt priuilegium à se liberaliter concessum possit sine causa reuocare, licet alteri ex illo sit ius quæsitum, glos. *in cap. decet, de regul. Iuris in 6. in verbo mansurum*, ibi, *ipsum enim priuilegium per se concessum diminuere, vel moderari, & etiam in totum tollere potest*, &c. Mastrill. *d. lib. 3. cap. 4. num. 318.* cum liberalitas Principis fuerit causa concessionis, & nemini faciat iniuriam si illud obseruare nolit, vt considerat Mastrill. *num. 320. dicto loco*: ita etiam debet esse liberum illi cui concessum fuit, eo non vti, quando ex circumstantiis occurrentibus eo vti necesse non habeat, liberalitas enim concedentis, & voluntas acceptantis, atque eo vti volentis, pari passi ambulare debent, ne quod in gratiam alicuius fuit concessum, in ipsius odium, & damnum retorqueatur, contra regulam tex. *in l. nulla iuris ratio 24. ff. de legib. l. quod fauore. Cod. eod. tit. cap. quod ob gratiam 61. de regul. Iuris lib. 6. cum* citatis per me *Axiom. 96. num. 1.*

18 Decimò, quia plura sunt Regia diplomata, quibus Rex noster sæpe sæpiùs in hoc supremo & Regio Senatu penes se residente causas de nouo coram se & in sua præsentia reuideri, & iterum decidi iubet, non obstantibus sententiis in Tribunali Regiæ Coronæ Portucalensis prolatis, vt in exemplis adductis à Gabr. Pereira *de Manu Regia p. 2. cap. 61. num. 34. & p. 2. cap. 66. num. 17.* & nouissimè de anno 1638. in causa Ludouici Aluarez Pereira cum Hectore de Sella Talcon, ipso aduersario, & Tribunali Portucalensi auditis & reclamantibus, & facit Emman. Roder. *quæst. Regul. tom. 1. quæst. 35. art. 5.* quæ obseruantia in his terminis subsequuta tollit omne dubium, ex adductis supra *quæst. 6. n. 49. cum seqq.* Vnde Bald. per tex. ibi *in l. si testamentum num. 2. Cod. de testam.* notat quòd in Principe satis est quòd putet causam subsistere, & ex opinione sua statuat, seu mandet, idem Bald. *in l. rescripta num. 10. Cod. de precib. Imp. offer.* Cyriac. *tom. 1. controu. 160. num. 8.* pulchrè Iaf. *cons. 136. num. 9. & 10. lib. 2.* vbi quòd solus motus Principis habetur pro iusta causa, *& num. 11.* ex eod. Bald. *in cap. Ecclesia S. Mariæ, vt lite non contest. col. pen.* addit quòd ad iustificandum motum Principis sufficit quæcunque occasio, Petra *de potestate Principis cap. 32. q. 8. princ. ex n. 10. pag. 208. in magnis*, Pereg. *cons. 8. num. 24. lib. 1.* Schrader *cons. 9. numer. 66. cum seqq. vol. 1.*

Vtrùm in executione sententiæ Rotalis sit necessaria citatio partis contra quam venit exequenda?

QVÆSTIO XII.

1 *Executores alij meri, alij mixti.*

2 *Executores mixti in triplici constituunt ut differentia.*

3 *Executores mixti pro gratiis exequendis dicuntur, quibus executio cum causæ cognitione committitur.*

4 *Executores mixti litterarum Apost. super collatione alicuius beneficij, vel executione alterius materiæ, possunt assumere partes Iudicis, & iudicialiter procedere, ac cognoscere de exceptionibus, ac super eis pronuntiare.*

5 *Executores mixti non possunt ad executionem deuenire, nisi iudicialiter & præuia causæ cognitione, & debent citare, qui de Iure erant citandi, & ab illis datur appellatio suspensiua.*

6 *Possessor non est amouendus, nisi eo prius vocato, suisque rationibus auditis.*

7 *Executor omnis est mixtus vbi agitur de remouendo possessore.*

8 *Executor mixtus dicitur quando adest clauf. Vocatis vocandis.*

9 *& clauf.* Amoto illicito detentore.

10 *& clauf.* Constito.

11 *& clauf.* Sine præiudicio iurium cuiuscunque.

12 *& clauf.* dummodo tempore datæ præsentium non sit alteri ius quæsitum.

13 *& clauf.* Verificato prius iure patronatus.

14 *& clauf.* Constito de re iudicata exequatur.

15 *Executor mixtus dicitur quando est datus in gratia in forma Dignum.*

16 *Executores meri sunt, quibus post sententiam latam, & causæ cognitionem habitam super exceptionibus, quæ obiciuntur*

ciuntur executioni, committitur facti executio, & nudum ministerium.

17 *Executores meri nullam possunt interponere causæ cognitionem, nec valent carpere informationem, nec debent admittere aliquam exceptionem.*

18 *Executor non potest cognoscere de exceptionibus, quæ principalis causæ merita respiciunt, vel quæ directo ipsam impugnant sententiam.*

19 *Exceptiones, quæ directo non infringunt sententiam, nec principaliter eam labefactant, debent admitti contra sententiæ executionem.*

20 *Exceptio notoriæ nullitatis & iniustitiæ contra sententiam coram executore opponi potest.*

21 *Iudex tenetur supersedere in executione sententiæ, quæ notoriam iniustitiam, aut nullitatem, vel intolerabilem continet errorem.*

22 *Executor vbi nullitas & iniustitia non est euidens cogitur exequi, vbi vero fuerit euidens potest remittere partes ad Iudicem requirentem, non autem denegare executionem.*

23 *Appellare non licet à meris executoribus, nisi in modo & forma executionis notabiliter excederent executores.*

24 *Excessus in executione sententiæ quibus modis committatur.*

25 *Excessus executionis non præsumitur, nisi doceatur.*

26 *Appellatio ab excessu in executione datur quoad effectum deuolutiuum non suspensiuum.*

27 *Executoribus à Rota pro suis sententiis exequendis nominatis nudum ministerium tantum committitur.*

28 *Executoris officium est veluti procuratoris.*

29 *Executores meri non tenentur in aliqua Ecclesiastica dignitate esse constituti.*

30 *Rotæ Tribunal nullam solet transferre causæ cognitionem in executores.*

31 *Inhibitiones Rotales siue iustæ siue iniustæ timendæ sunt.*

32 *Sententias aliorum Tribunalium etiam in iudicatum transactas non exequitur Rota nisi constito de earum iustitia.*

33 *Citatio alia non requiritur quando fit executio super eadem re, super qua fuit pronuntiatum per eundem Iudicem contra eandem personam.*

34 *Citatio in executione sententiæ quando sit necessaria, ostenditur.*

35 *Citatio in executione sententiæ Rotalis nunquam est necessaria.*

36 *Executio à Rota cæpta dicitur eo ipso quod decretæ sunt litteræ executoriales, seu relaxatum mandatum.*

PENDET solutio præsentis dubij ex resolutione alterius non minùs controuersi, an ij sententiarum siue gratiatum executores aliquam causæ cognitionem habeant? Pro quorum dubiorum resolutione præsupponendum erit horum executorum duplicem à Iure constitui speciem. Quidam enim meri executores appellantur; alij verò mixti dicuntur; quam diuisionem & distinctionem, tradit gloss. singularis & communiter approbata à Doctoribus *in cap. pastoralis, §. quia verò, de officio deleg. & in cap. de cætero, de sentent. & re iudic.* Parlad. *rerum quotid. lib. 2. cap. fin. part. 2. §. 3. num. 1.* Amat. Roderic. *de execut. sentent. cap. 2. num. 38.* Sigismund Scacc. *de appellat. q. 17. limit. 11.* Gabr. Pereira *de manu Regia, p. 2. c. 63. num. 49.* 1

Mixti executores pro sententiis exequendis in triplici constituuntur differentia; diuersique pro eis cognoscendis constituuntur casus. *Primus* casus est in executione, quam lex committit Iudici in defectum iurisdictionis, vt puta quando sententia est lata à delegato, vel ab arbitrio, qui suas sententias exequi non possunt; & tunc executor hoc casu constitutus omnem habet cognitionem, quæ requiritur in executione, & potest non solum cognoscere & determinare omnes exceptiones concernentes executionem, sed etiam cognoscere, & pronuntiare super nullitate sententiæ, & actus, vt ex Anton. de Butrio, & Abb. resoluit Sigismund. Scacc. *d. quæst. 17. limit. 10. num. 42. & 43.* *Secundus* casus est quando is, ad quem recurritur pro executione sententiæ est susuperior, v. g. si pro executione sententiæ latæ ab Archidiacono, recurratur ad Episcopum tanquam superiorem, & tunc iste superior poterit à fortiori cognoscere vt posset executor, idem Sigismund. Scacc. *d. quæst. 17. limit. 10. num. 46.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 38. num. 6.* *Tertius* casus est quando committitur executio sententiæ in auxilium iurisdictionis post latam sententiam, v. g. quando vnus Iudex requirit alium Iudicem pro executione sententiæ, & sic committitur negotij nondum discussi executio; quo casu an & quando executor possit cognoscere & iudicare super exceptionibus contra sententiam oppositis, vide Menoch. *d. quæst. 38. num. 8. cum seqq.* Sigismund. Scacc. *d. quæst. 17. limit. 10. num. 47. cum seqq.* 2

Pro gratiis verò exequendis mixti dicuntur executores, quibus executio cum causæ cognitione committitur, ex tenore verborum deputationis, quæ ad istum effectum sunt perpendenda, vt in terminis censuit Rota coram Greg. XV. *decis. 413. n. 2.* & tunc tales executores litterarum Apostolic. super collatione alicuius beneficij, vel executione alterius materiæ, possunt assumere partes iudicis, & iudicialiter procedere, ac cognoscere de exceptionibus, ac super eis pronuntiare, ita Gonzal. *ad regul. 8. Cancellar. gloss. 9. in annot. 44.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 6. cap. 2. num. 110.* 3 4

Valenzuel. *consil. 9. num. 2. tom. 1.* Amat. Roderic. *d.cap.2. num.39.* Rot. *decis.35. num.1. part.2. diuers.*

5 Gregor. XV. *decis.337. num.17.* Vnde fit executores huiusmodi non posse ad executionem deuenire nisi iudicialiter & præuia causæ cognitione, Abb. *in cap. fin. num. 13.* & *ibi* Felin. *num. 29. de præsumpt.* Caputaquens. *decis.284. num. 4. part. 2.* Gregor. XV. *decis.46. num.5.* & consequenter debent citare, qui de Iure erant citandi, Marta *de clausul. part. 1. claus. 196. num. 4.* Duran. *decis.254. num. 1. & 2. part. 2.* & ab illis datur appellatio suspensiua, quia non debet quis dimittere suam possessionem ad verbum executoris, cuius potestas solum est contra resistentes de facto; & ideo gesta per illum pendente termino ad appellandum, vel post appellationem, sunt attentata; quæ omnia sunt in Rota vulgaria, vt in decisionibus, quos adducunt Nicol. Garc. *d.part.6.cap.2. cum seqq.* Mar. Antonin. *variar.resolut.lib.1. resol.50. num.6.* Gregor. XV. *decis.69.num.7.& decis.91.n.3.* Multis modis efficitur executor mixtus modo suprà relato.

6 Primò existente possessore, quando scilicet agitur de eo amouendo, tunc enim non deuenitur ad immissionem, nec quis est expellendus à sua possessione nisi eo prius vocato, suisque rationibus auditis, Cardinal. *consil. 75. in princip. vers. verum possessio*, Nicol. Garc. *d. cap.2. num.110.*

7 Gregor. XV. *decis.500. num.5.* vbi *num.6.* ait quòd vbi agitur de remouendo possessorem, omnis executor est mixtus, Beltramin. *ad eundem Greg. XV. decis.413. sub num.4. in princip.* vbi id maximè intelligit quando ille, qui est in possessione, docet de titulo colorato, puta, si habeat titulum ab Ordinario, iste enim est legitimus contradictor ad impediendam executionem litterrarum Apostolicarum.

8 Secundò dicitur executor mixtus quando adest claus. *Vocatis vocandis*, vt per Felin. *in cap. exhibita, num.4. de iudic. & in cap.de cætero, num.10. de sent. & re iudic.* Ludouic. Gom. *in cap. statutum, de rescript. in 6. num. 77.* Nicol.Garc. *d. part. 6. cap.2. num.111.* Beltramin. *ad Gregor.XV.decis.413.num.4. in fine*, Duran. *d. decis. 254. num. 1.* plures per me citati *de clausul. vsufreq. claus. 185. num.5.* vbi declaratur.

9 Tertiò quomodo adest claus. *Amoto illicito detentore*, secundùm Mart. *de clausul. part. 1. claus. 9. num.1.*Nicol.Garc.*d.part.6.cap.1.à num.48.* Gonzal. *glos.9. §.1. in annot. num. 236.* Monet. *de commut. vltimar.volunt.cap.11.num.467.* Beltramin.*ad Gregor. d.decis.413.num.4.vers.secundo,* Rot. *decis.52.n.2.p.2. recentior.* Ego ipse *claus.7. n.7.* vbi intelligo quando nulla res iudicata præcessit.

10 Quartò facit executorem mixtum claus. *Constito*, itaut debeat assumere partes Iudicis, Rota *coram Seraph. decis.1041.* & apud Marches. *de commission. p.2. pag.63. & in recentior.decis.79. n.1. p.2. recent.*Beltramin.*vbi suprà,vers.quartò.*Ego ipse *claus. 25.n.9.*

11 Quintò facit executorem mixtum claus. *Sine præiudicio iurium cuiuscunque.* Ego ipse *claus. 157. num.17.* Gregor.XV.*d.decis.413.n.3.* vbi idem dicit de claus. *Stantibus præmissis,*& de claus.*Solutis iuribus Ecclesiæ debitis.*

12 Sextò facit etiam executorem mixtum claus. *Dummodo tempore datæ præsentium non sit alteri ius quæsitum*, ex Gregor. XV. *decis.91. n.2.* Beltramin. *vbi suprà,n.4.prope fin.* Ego ipse *claus.44.n.12.*

13 Septimò idem operatur claus. *Verificato prius iurepatronatus*, vt citata Rota *in Spoletana Capellaniæ 17. Maij 1619. coram bonæ mem. Andrea*, resoluit Beltramin.*vbi suprà, prope finem.*

14 Octauò facit executorem mixtum claus. *Constito de re iudicata exequatur*, adeò quòd partes vocare debet, ac definitiuè, vel tacitè procedendo ad vlteriora vel expresè pronuntiare tenetur,Felin. *in cap.de cætero, num.10. de sent. & re iud.* Ego ipse *claus.28.n.3.*

15 Nonò dicitur executor mixtus quando est datus in gratia in forma Dignum, Seraph. *decis.817.* Nicol. Garcia *d. part. 6. cap. 2. num. 126. & 127.* Ego ipse *claus. 66. num.8.* Beltramin. *ad Greg. XV. decis. 413. num. 4. vers. tertio*, Rota apud Marches. *de commiss. part.1.pag.960. & in recentior. decis.516. num.3.part.1.& decis.52.num.2.& decis.701.sub n.2. part.2.*

16 Meri autem executores sunt, quibus post sententiam latam, & causæ cognitionem habitam super exceptionibus, quæ obiiciuntur executioni, committitur facti executio, & nudum ministerium, veluti si post liquidatam materiam executionis datus sit ad possessionem tradendam, Parlad. *rerum quotid. lib.2. cap. fin. part. 2. §.3. à num.2.* Amat. Roder. *d. cap.2. num. 38.* Sigismund. Scacc. *d.quæst.17. limit. 10. num.37.*

17 Qui quidem nullam tunc poterunt interponere causæ cognitionem, Butr. *in cap. pastoralis, §.quia verò, num. 2. de offic. deleg.* Anton. Gabr. *commun. opin. tit. de execut. rei iudic. conclus. 3. num. 10.* Amat. Rodriquez *d. cap.2. num. 39.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 3. cap.551. num.10.* Nec valent capere informationem in tantum quòd si in sua commissione adsit claus. *Constito*, solum poterunt extraiudicialiter se informare. Rot. *in Hispalen. Canonicatus 10. Aprilis 1606. coram bonæ memor. Cardinal. Sacrato, & in Pacen. puritatis 11. Decembris 1609. coram Patriarcha Manzanedo*, quarum meminit Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 4. cap.766. n.18.* Nec debent admittere aliquam exceptionem, Camill. Borrel. *in summ. decis. tom. 2. tit.32. num. 262.* Sigism. Scacc. *d. quæst. 17. limit. 10. num. 37.* ibi. *Prima species sit executor mixtus, & loquendo de isto concludo quod iste non debet admittere aliquam exceptionem*, Abb. *in cap.5. de cætero, num. 1. & firmius sub num. 3. ibi, & certe glossa ista*, Felin. *num. 4. vers. secunda conclusio, de sentent. & re indic. dum scribunt quod executor merus ad lites datus post liquidatam materiam executionis, vt nuntius datus ad possessionem tradendam nullam exceptionem audit.* Rursus, Felin. *in cap. 28. Pastoralis, §. quia vero sub num. 17. vers. executor merus, de offic. & potest. Iudic. deleg. Et quòd hi sunt stricti & puri facti, vt nuntij, qui delegantur ad actum executionis, nullam admittant exceptionem, quia in hoc præcessit omnis cognitio tam respectu sententiæ quàm respectu cognitionis*, concludit Anton. Butrio *in d. cap. de cætero, sub num. 3.* &c. imò possunt extraiudicialiter procedere, & spernere alterius oppositionem, vt per Rot. apud Tambur. post *tom. 3. de iure Abbatum decis.21.num.2.*

18 Intellige de exceptionibus, quæ principalis causæ merita respiciunt, vel quæ directo ipsam impugnant sententiam, super his enim executor cognoscere non poterit, cum nec post sententiam obiici possint,nec opponi valeant,& in his procedit & loquitur text.*in l.cùm fidecommissum,pen. ff.de confessis,*vbi post sententiã, exceptionem nullam obiici

posse

posse ipsi executioni Iureconsultus ibi ostendit; sic etiam intelligendus est text. *in l. 1. C. quando prouocare non est necesse*, & docent Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 38. num. 9.* Amat. Rodriquez *d. cap. 2. num. 40.*

19 At si executioni obiiciantur exceptiones, quæ directè non infringunt sententiam, nec principaliter eam labefactant, sed potius respiciunt ipsius executionem, & opponuntur ad consequendum id, quod expresè in sententia denegatum non est, possunt tales exceptiones obiici, & debent admitti contra sententiæ executionem, & de his executor cognoscere valet, iuxta Iura sic intelligenda, *in l. Nesennius, §. vlt. ff. de re iudic. l. si fideiussores, §. idem respondit, ff. de fideiussor. l. ex diuerso, §. fin. ff. soluto matrimon.* vbi quòd exceptio ne quis conueniatur vltra quam facere potest, etiam post sententiam opponi valet in ipsa executione, Menses de Padilla *in l. 1. C. de iuris & facti ignor. num. 36.* Amat. Rodriquez *d. cap. 2. num. 40. vers. quare*, Ioan. Garc. *de expensis & meliorat. cap. 6. num. 15.* vbi subdit illum, qui in ipso iudicio de sumptibus nihil egit, in executione adhuc agere posse, quia hæc ipsa de sumptibus exceptio, non impugnat directo ipsam sententiam, nec ipsam principaliter labefactat, sed potius executionem ipsius respicit, & *num. 16.* infert ad exceptionem compensationis, vt possit opponi in executione sententiæ, cùm non sit directo contra ipsam sententiam; & idem dicit in exceptione impensarum, inuentarij non confecti, solutionis, liberationis, aut alia legitima, de quibus etiam Amat. Rodriquez *d. c. 2. n. 41.*

20 Intellige deinde supradictam resolutionem dum habet executorem merum nullam exceptionem admittere debere, non procedere, quando opponitur exceptio notitiæ nullitatis & iniustitiæ contra sententiam, quæ exequenda venit, quando scilicet nullitas & iniustitia, ita euidenter ex actis apparent, vt nullam requirant probationem, vel excusationem admittant, ad quod est singularis Rotæ *decis. 85. part. 1. diuers.* quæ sic cantat. *Pro desertione ex nimia negligentia. An autem sit attendenda ista res iudicata absque particulari discussione iustitiæ illius iuxta stylum Rotæ. Plures inclinabant quod non intraret stylus Rotæ, quia iam est facta compensatio, & executio in ipsa sententia Auditoris Cameræ stante desertione. Volunt tamen Domini ad maiorem cautelam aliquid amplius gustare an saltem sit relata prætensa iniustitia computationis factæ in dicta sententia Auditoris Cameræ. Stylus Rotæ est Iuri conformis vt quisquis non exequatur quod nullum, vel iniustum notoriè ex eisdem actis Iudici apparet,* Innoc. & alij *in cap. 1.* per Ancharan. *consil. 211. ante fin.* Calderin. *consil. 8. in fine, de re iudic.* Dec. *in cap. ex parte il 2. num. 5. vers. quinto fallit, circa med. de offic. deleg.* post Franc. *in cap. dilecti quæst. 12. & 54. de appellat.* Ruin. *consil. 196. num. 13. in 1. & cons. 36. num. 4. cum seq. & consil. 138. num. 23. in fine, omnes in l. 4. §. condemnatum, de re iudic. à quo etiam mercis executor debet abstinere*, Innocent. *in cap. pastoralis, num. 7. de offic. deleg.* Luc. de Peña *in l. 1. quæst. 2. vers. quinimo sæcularis, C. de priuileg. scholast. lib. 12.* Alex. *consil. 130. num. 3. &* ibi *additio lib. 4. Et contra tales iniustas sententias ex eisdem actis potest pars implorare officium Iudicis ex æquitate, l. si me & Titium, ff. si certum pet. ne quis locupletetur cum aliena iactura*, vt in terminis Bald. *consil. 141. num. 7. cum seq. lib. 1.* Angel. *in l. fin. num. 1. in fine, cum seq. de petit. hæred.* Claud. Seysel *in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 9. cum seq. de verb. obligat. Vel ex denuntiatione Euangelica.* Abb. *in cap. nouit, num. 9. vers. idem credo, de iudic.* Barbat. *consil. 1. num. 4. 5. 6. & 7. & consil. 38. num. 7. in 2.* Curt. iun. *consil. 104. num. 3. cum seq.* Beroi. *in cap. item cum quis, num. 38. de restit. spol. Nisi tamen iniquitas sit velata aliqua probabili, aut colorata ratione vel causa.* Franch. *in d. cap. dilecto, quæst. 52. num. 142. ver. intellige præfata, & quæst. 55. num. 155. ante fin. vers. ex quibus omnibus, de appellat.* post Baldum quem allegat: & facit Ægid. *decis. 404.* Corn. *consil. 10. col. 2. vers. & si forte alij, lib. 4.* Felin. *in cap. inter cæteras, num. 7. de re iudic.* Dec. *in cap. ex parte in 5. limit. in fine, de offic. deleg. & in cap. cum speciali, §. porrò, num. 3. de appellat.* Ias. *in §. nihil commune, num. 108.* & Ripa *num. 144. & in l. 4. §. condemnatum, num. 17. de re iudic. & fuit resolutum in causa Toletana matrimonij, coram D. Grato 27. Iunij 1569. Secus si nihil opponitur, vel incoloratè opponeretur,* Socin. *consil. 69. num. 15. lib. 4.* Roman. *consil. 499. num. 4.* Felin. *in cap. significauerunt, num. 4. de testibus*, &c. Hactenus Rota.

21 Idem ferè tenet Gabr. Pereira *de manu Regia, part. 2. cap. 63. num. 54.* ibi. *Secundus casus est quando Iudex exequitur sententiam, quæ notoriam iniustitiam, aut nullitatem, vel intolerabilem continet errorem, & quemadmodum hoc casu tenetur ipse Iudex supersedere, & ab executione abstinere, vt satis probat cap. inter cæteras,* ibi, *nec ei debet stari si iniquitatem contineat manifestam, de re iudic. glos. 1. versic. item nota, quam omnes sequuntur in d. §. quia vero, gloss. magna in d. vers. etsi non, cap. quod culpatur 23. quæst. 1. cap. non semper 11. quæst. 3.* Felin. *in d. cap. de cætero, num. 2.* Couarr. *variar. lib. 1. cap. 1. num. vlt. in princip.* Menoch. *de arbitr. quæst. 38. n. 21.* D. Thom. *2. 2. quæst. 64. art. 6. ad 3.* Nauarr. *in man. cap. 25. num. 14. vbi dicit communem, ita etiam ab eodem si supersedere nequeat iuste ad iudicium sæculare prouocabitur, ibique vim fieri declarabitur,* vt per Flores *d. quæst. 4. num. 42. quod tamen tunc obtinebit si modo sententia eius notoriè fuerit iniuncta, facti scilicet, quæ nullam requirat probationem, aut excusationem admittat*, &c.

22 Quod vt melius percipiatur, aduertendum est quòd vbi sumus in nullitate & iniustitia euidenti, potest Iudex remittere partes ad Iudicem requirentem, non autem denegare executionem, vt expresè resoluit Surd. *consil. 406. num. 30. vers. nec dicatur*; dicens quod vbi non est euidens, cogitur exequi. Exceptionem autem nullitatis, & iniustitiæ ad effectum remittendi, vel exequendi, potest ipse audire, & cognoscere, vt ipsemet Surd. *citato loco*, aduertit his verbis. *Et in terminis quòd vbi Iudex potest exceptionem nullitatis, vel iniustitiæ audire & cognoscere ad effectum si sententia appareat iniusta; remittat partes ad Iudicem requirentem, tunc si non admittat exceptiones, vel non remittat ad Iudicem prædictum, non datur appellatio,* vide Imol. *d. §. quia vero, num. 27. extat expressa decisio Boëtij in cap. pastoralis, § quia vero, num. 11. de officio deleg. vbi dicit quod per hoc non impeditur executio, quia cum hoc sit in facultate Iudicis, non datur appellatio si non facit, idem sed latius tractat & probat* Butr. *in cap. quoad consultationem num. 16. de re indic. vbi dicit quod siue sententia sit nulla, siue annullanda, de hoc nihil ad Iudicem requisitum, quia non coram eo, sed coram requirente proponenda est exceptio, & quamuis possit executionem differre, & Iudici requirenti referre, tamen ad id non cogitur per l. non quicquid, de iudic.* &c.

23 Ab his executoribus non licet appellare, quia illi non grauant, sed qui mandant executionem fieri, cum actus tribuatur ordinanti, & non exequenti. *l. ab executione Cod. quorum appell. non recip.* glos. *verbo ab executoribus in cap. nouit 43. de appellat.* Ruginell. *in simili tract. §. 2. cap. 2. num. 58. & 59.* Rebuff. *eod. tract. art. 1. glos. 2. num. 15. vers. quinius*, Parlad. *rerum quotid. lib. 2. cap. fin. p. 2. §. 3. num. 3.* Amat. Rodriq. *d. cap. 2. num. 43.* Sigism. Scacc. *d. quæst. 17. limit. 10. à princ. & limit. 11. num. 2. & 3.* Surd. *cons. 405. num. 26. prope fin.* nisi in modo & forma executionis notabiliter excederent, quia à tali excessu daretur appellatio, *d. l. ab executione*, Vestr. *in pract. lib. 7. cap. 3. sub num. 9. vers. sed & inter alios*, Marant. *de ordine iudic. p. 6. actu 2. princ. in verbo, & quandoque appellatur, limit. 7. num. 259.* Sigism. Scacc. *d. quæst. 17. limit. 10. num. 28. cum seqq.* Amat. Rodriquez *d. cap. 2. num. 43.* Stephan. Gratian. *discep. forens. cap. 146. n. 32.*

24 Excessus autem committi potest tribus modis, primò ratione rei, secundò ratione temporis, tertiò ratione exceptionum; quæ potuissent de iure opponi contra executionem, & fuerint reiectæ, Barz. *decis. 55. num. 11.* Sigism. Scacc. *d. quæst. 18. limit. 10. num. 30.* vbi numeris seqq. exemplificat in diuersis casibus, v.g. quando fit missio in possessionem rei magnæ, cum sufficeret missio in possessionem rei modicæ, vel quando capiuntur pignora maioris valoris quàm sit debitor; vel quando exequitur in alia re quàm fuit iudicata: vel quando executio

25 fit ante tempus; & de excessu executionis non præsumitur nisi doceatur, Felin. *in cap. quod ad consultationem 15. col. 12. ad med. vers. oportet exprimere, num. 18. de re iudic.* Roland. *cons. 43. num. 6. lib. 1.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 333. num. 13. in fine*, & sic de eo docens tenetur exprimere causam grauaminis nominatim, idem Stephan. Gratian. *d. n. 13.* vbi *num. 15.* refert ideo Signaturam ad obuiandum fraudibus, quæ in expressione causarum fierent, non solere stare parti de excessu executionis, sed velle gustare aliquid de grauamine antequam committat causam appellationis.

26 Licèt autem daretur appellatio quando exceditur modus in executione, vt suprà diximus; tamen intelligitur quoad effectum deuolutiuum, non suspensiuum, nam illius respectu non retardatur executio; & ratio est, quia via executiua efficeretur longior via ordinaria, & lites nimis protraherentur contra *l. properandum Cod. de iudic.* quare resoluunt Gutier. *in l. nemo potest post num. 447. ff. de legat. 1.* Ceuall. *commun. contra commun. quæst. 190. num. 6.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 146. n. 33.*

Quæ quidem strictius procedunt in meris exe-

27 cutoribus nominatis à Rota pro suis sententiis, his enim nudum ministerium tantum committitur, & procedunt tanquam nudi & simplices ministri,

28 quorum officium est veluti procuratoris. *l. si vero non numerandi §. fin. ff. mandati* Bald. *cons. 456. incip. Inter alia num. 2. ff. de legat. 1. Angel. cons. 328. col. pen. vers. constat autem esse procuratorem*, Lap. *alleg. 41. incip. Casus talis est num. 16.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 563. n. 77.*

29 Et vti tales non tenentur in aliqua dignitate Ecclesiastici esse constituti, vt expressè censuit Rota *decis. 445. num. 5. par. 2. recentior.* his verbis. *Circa illud, quod opponebatur executorem minimè fuisse in dignitate Ecclesiastica constitutum, fuit responsum, quòd ex quo illi fuit commissum nudum ministerium, dicebatur merus executor, & consequenter non fuit opus vt esset in dignitate constitutus* Rota *decis. 29. & 31. num. 1. de rescript. in nouis*, Archid. *in cap. statutum num. 11. vers. secus tamen est, eod. tit. in 6.* Card. *cons. 103. n. 10.* Feder. de Senis *cons. 115. n. 2.* &c.

Eo magis, quia supremum Rotæ tribunal nul- 30
lam solet transferre cognitionem causæ in executores. Stephan. *decis. 656. num. 1.* nec vbi inhibitiones suas ad partes dirigit, vult vt prætextu nullitatis, subreptionis vel obreptionis earum executio retardetur, sed quòd siue iustæ siue iniustæ sint, inhibitiones huiusmodi, nihilominus timeantur, & exequantur, Achil. *decis. 29.* Pute. *decis. 395. lib. 2.* Verall. *decis. 93. part. 1.* cum aliis citatis per Farin. *fragm. crimin. p. 2. verbo Inhibitio num. 318. cum seqq.* 31
nec ideo propter talem superioritatem sententias aliorum Tribunalium exequitur, quamuis in iudicatum transactas, nisi gustato priùs de earum bono iure, seu constito de earum iustitia. Greg. XV. 32
decis. 208. num. 5. Duran. *decis. 72. num. 2.* Rota *decis. 18. num. 5. p. 1. & decis. 474. num. 8. & decis. 594. n. 4. p. 2. recentior.* Quare Rotales executores se abstinere debent ab omni & quacunque cognitione, & adimplere tenentur ministerium sibi commissum nude, & simpliciter, vt dictum est.

Ex quibus rectè infertur tales à Rotæ designa- 33
tos executores non teneri nec posse partes citare, aut eas audire, nec ad effectum remittendi, nisi hoc in mandatis habeant; sed vt perspicuè pateat an & quando in executione sententiæ sit necessaria citatio, videtur distinguendum quod aut fit executio super eademmet re, super qua fuit pronuntiatum per eundem Iudicem contra eandem personam, & non requiritur alia citatio; vel executio fieri vult non in specie super rebus petitis, super quibus fuit pronuntiatum, sed in genere, vel in aliis diuersis, & tunc requiritur noua citatio. Ita Innoc. *in cap. super eo, de re iudic.* Bart. *in l. à Diuo Pio §. in venditione ff. de re iudic.* Cassad. *decis. 6. num. 2. de causa posses. & propriet.* Anton. Gabr. *commun. tit. de citat. concl. 1. num. 123.* Marant. *de ordine iudic. tit. de execut. sentent. num. 16. pag. 441.* Lancellot. *de attent. p. 3. cap. 27. num. 30.* Honded. *cons. 20. num. 45. lib. 1.* Cardos. *in praxi Iudicum verbo citatio num. 50.* Menoch. *cons. 365. num. 10.* vbi dicit quòd non est necessaria citatio partis cùm exequenda est sententia in ex re, super qua lata fuit, Ioan. Honor. *in sum. Iuris Canon. tit. de sentent. & re iudic. num. 58.* Et quod de stylo sacri Palatij executor sententiæ non teneatur citare ad executionem faciendam, tenet Vestri. *in pract. lib. 8. cap. 5. num. 3. &* latius *ibidem adden. num. 26.* vbi allegat. Ludou. Gom. *ad reg. de subrog. collitigan. quæst. 4. per tot.* censuit Rota *decis. 365. num. 5.* apud Farin. *p. 1. recentior.* ibi. *Non obstat quod in mandato de exequendo, in quo versamur, quando petitur super eisdem rebus petitis, non requiratur noua citatio, secundum magis communem opinionem, de qua per* Cassad. *decis. 6. num. 2. de causa posses. & propr.* Gabr. *de citat. concl. 1. num. 131. cum aliis per* Honded *cons. 20. num. 45. lib. 1. quia fuit responsum quòd id procederet quando condemnatio præcessisset præcise, & in specie super rebus petitis, non autem in genere, vt in hoc casu in quo Iudex pronuntiauit in genere D. Carolum esse immittendum in possessionem bonorum, quæ non essent concessa pro hæredibus vtriusque sexus, & sic intrat doctrina* Bart. *in l. à diuo Pio §. in venditione sub num. 2. vers. ego dico, & ibi etiam alij ff. de re iudic. quòd requiratur noua citatio, præsertim cum non fuerit eadem persona Iudicis qui tulit sententiam, & executoris,* Alex. *in d. §. in venditione n. 35.* Marant. *de ordine iudic. part. 6. tit. de execut. sentent. n. 18.* Ioseph. Ludo. Paris. *decis. 6. sub n. 2. & 3. p. 1.* Gabr. *d. concl. 1. de citat. n. 131.* Hactenus Rota.

Et

34 Et licèt ſecundùm alios æquior & humanior ſententia reputetur illa, quæ habet in executione ſententiæ citationem regulariter eſſe neceſſariam, quam ſequuta fuit Rota *in Romana ſancti Thomæ 17. Decembris* 1604. *coram R. D. Coccino Decano*, impreſſa per Marcheſan. *de commiſſ. p. 2. pag.* 156. & de qua meminit Beltramin. *in annot. ad deciſ.* 545. Gregorij XV. *num.* 11. nihilominus tamen, vt colligitur ex adductis per eundem Beltramin. *citato loco*, id locum haberet vel quando aduerſus hæredem rei condemnati vult exequi ſententiam etiam ſuper eadem re propter mutationem perſonæ. Ruin. *conſ.* 102. *num.* 4. *lib.* 5. Capic. *deciſ.* 1. *num.* 14. Rota *in Romana ſpolij domorum 27. Nouembris* 1617. *coram Card. Veroſpio*, cuius meminit Beltram. *vbi ſuprà verſ. aduersus tamen.* Vel quando eſt mutata perſona Iudicis & executoris, vt tenet Greg. XV. *d. deciſ.* 545. *n.* 6.

35 Et in omni caſu nunquam eſt, neceſſaria citatio in executione ſententiæ Rotalis, de qua agitur, quia cum ſecum trahat executionem, nulla requiritur citatio, Grat. *conſ.* 76. *in fine*, *vol.* 2. Anton. Gabr. *d. tit. de citat. concluſ.* 1. *num.* 124. tum quia in eadem ſententia mandatum eſt relaxatum, & materia non eſt appellabilis, cum à S.D. noſtro commiſſa fuerit cauſa cum clauſ. *Appellatione remota*, vt fuit reſolutum *in Romana ſpolij* 21. *Iunij* 1606. *coram Card. Lancelloto*, & legitur annotatum in annotationibus R. D. Coccini Decani, quæ reperiuntur impreſſæ apud Marcheſan. *d. p. 2. pag.* 157. & de illis meminit Beltramin. *dicto loco*: tum etiam, quia executoriales relaxatæ, fuerunt intimatæ, & reproductæ in Rota, & deſuper obtenta fuit declaratoria, aggrauatoria, & reaggrauatoria iuxta practicam Veſtrij *lib.* 8. *cap. vlt.* & latè tradita per Ludouic. Poſta *in tract. mandati de*
36 *manutenendo obſeruat.* 103. *per tot.* tum denique, quia eo ipſo quòd decretæ fuerunt litteræ executoriales, ſeu relaxatum mandatum, executio à Rota cœpta dicitur, Cæſ. de Graſſis *deciſ.* 1. *num.* 14. *de reſtitut. in integr.* Pute. *deciſ.* 285. *lib.* 2. Rota *deciſ.* 545. *num.* 5. *part.* 1. *recentior. & deciſ.* 188. *num.* 2. *part.* 2. *etiam recentior.* Beltramin. ad Gregor. XV. *deciſ.* 198. *num.* 1. Theodoſ. de Rubeis *in ſingularib. Rotæ*, *verbo Executio*, §. 2. *pag.* 45. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 5. *cap.* 872. *num.* 11. cum executoriales huiuſmodi non ſolùm compellant condemnatum ad poſſeſſionem dimittendam, ſed ipſum amoueant ab illa, in quibus terminis nullam citationem, vel intimationem requiri, tenent Rota *in Caſalen. penſionis 3. Decembris* 1627. *coram Cardinal. Vbaldo ſen.* apud Ludouicum Poſt. *poſt d. tract. deciſ.* 31. *à num.* 2. Gregor. XV. *deciſ.* 43. *num.* 15. idem Ludouic. Poſt. *d. tract. obſeruat.* 103. *num.* 7. *& ſeqq.* Vnde quando in executione aliarum ſententiarum aliquam pateretur difficultatem reſolutio illa, de qua ſuprà *num...* in executione tamen ſententiarum Rotalium eſt indubitabile citationem neceſſariam non eſſe, vt ex dictis patet, & ſtylus Curiæ Romanæ ita à multis retro annis obſeruat.

* * *

An Iudices laici, ad quos per viam violentiæ patet recurſus, poſſint ex redditibus beneficij ſequeſtro ſuppoſitis congruam portionem aſſignare clerico aliàs excommunicato ad ſe recurrenti pro impediendo dicto ſequeſtro, & executione ſententiæ, quæ poſſeſſionem eiuſdem beneficij alteri dandam adiudicauit?

Qvæstio XIII.

1 *Congruam portionem Parochis ſuæ diœceſis aſſignare ad Ordinarios ſpectat.*

2 *Congruam Parochis aſſignare pendet ab arbitrio Epiſcopi, cuius iudicio multum defertur in hac materia.*

3 *Iudex ſæcularis in rebus Eccleſiaſticis ſe intromittere non poteſt.*

4 *Congrua non debetur niſi Rectoribus Parochialium, & Vicariis perpetuis, qui exercent curam animarum, & tenentur perſonaliter reſidere.*

5 *Cura ceſſante ceſſat congruæ aſſignatio, quia curæ vſus eſt fundamentum aſſignandæ congruæ.*

6 *Titularis debet ſibi imputare ſi acceptauit beneficium tenue, ſeu nimis grauatum penſione.*

7 *Congruæ & penſionis auctoritate Apoſt. reſeruatæ petitio quando concurrit, ſemper debitum penſionis non ſolutæ præferendum eſt.*

8 *Congrua non aſſignata in litteris Apoſtolicis etiam à curato via ordinaria petenda eſt.*

9 *Penſionis natura iuxta hodiernum ſtylum accedit ad naturam aſſignatorum alimentorum.*

10 *Parochus conſentiens impoſitioni penſionis exceſſiuæ videtur ſaltem in vim pacti ſibi præiudicare, & cenſetur quaſi contraxiſſe cum penſionario.*

11 *Congrua ex redditibus beneficij debetur ſeruienti inſtar ſalarij.*

12 *Excommunicato non debetur congrua, nec percipit fructus beneficij.*

13 *Excommunicato nullo modo poteſt aſſignari pars aliqua fructuum ſui beneficij tanquam congrua portio, & multo minus titulo alimentorum.*

14 *Excommunicato ſolum in caſu extremæ neceſſitatis moderate ad modum ex redditibus beneficij ſuccurendum.*

15 *Excommunicatus licet fructus beneficij non lucretur, pensionem tamen soluere tenetur.*

16 *Excommunicatus fructus beneficij non lucratur dum de censuræ validitate dubitatur, & disputatur.*

1 CErta & indubitata est in Iure nostro conclusio, & recepta à Doctoribus resolutio, ad Ordinarios spectare congruam portionem Parochis suæ diœcesis assignare, vt per Rebuff. *de congrua portione, num.55. quæst.7.* Seraphin. *decis.150. num.1.* Rota *decis.5. num.1. part.2. diuers.* Sacra Congregatio Concilij, cuius meminit eadem Rota *decis.595. num.2. in fine, part.2. recentiss.* aliàs *in posthumis Farin.* Verba autem sacræ Congregat. à Rota relata ita se habent. *Licet Episcopo assignare Sacerdotibus, qui erũt Præfecti nouis Parochiis secundùm hoc decretum,* (scilicet *sess.21. de reformat. cap.4.*) *constitutis, competentem portionem arbitrio suo ex omnibus fructibus ad matricem pertinentibus, non distinguendo magis decimas quam alia corpora reddituum*
2 *eius.* Vnde patet hoc pendere ab arbitrio Episcopi, secundùm Host. Abb. & alios *in cap. ad audientiam, de Eccles. ædificand.* Rebuff. *d. tract. de congrua, q.10. n.82.* Rota *decis.5. n.1. part.2. diuers. & d. decis.595. num.3.* cuius iudicio multum defertur in hac materia. Surd. *de aliment. tit.4. q.23. num.43.* Seraphin. *decis.173. n.1.* Greg. XV. *decis.483. n.7.*

3 Quæ quidem congruæ assignatio cùm sit res merè Ecclesiastica, non solùm ratione rei beneficialis, ex qua debet extrahi, sed etiam ratione personæ Ecclesiasticæ, ad cuius sustentationem est assignanda, non potest de ea cognoscere, aut in illa se intromittere Iudex sæcularis quocunque prætextu, arg. *cap.2. ibi, vt laici Ecclesiastica tractare negotia non præsumant,* &c. *de Iudic.* vbi Dec. *num.24.* & Ripa *n.15.* Vant. *de nullit. tit. ex defectu iurisdictionis Ordin. à n.54.* Illustriss. D. Acuña *in comment. ad cap.1. ex n.5. dist.96.*

Et quatenus in præsenti casu huiusmodi congrua portio coram Ordinario peteretur ex fructibus beneficij non Curati pro terminis meæ pensionis non solutis, ritè & rectè sequestratis, adhuc ei non erat deferendum, ex seqq.

4 Primò, quia sumus in beneficio non Parochiali, & intrat conclusio congruam non deberi nisi Rectoribus Parochialium, & Vicariis perpetuis, qui exercent curam animarum, & tenentur personaliter residere, iuxta text. *in cap. extirpandæ in princ. & §. qui verò,* vbi gloss. & Doctores *de præbend.* Concil. Trident. *sess.24. de reformat. cap.13.* Rebuff. *de congrua, quæst.4. in princ.* Valenzuela *consil.54. num.30. lib.1.* Rota *decis.420. num.3.* apud Farinac. *part.1. recentior. & decis.437. num.3. part.1. recentiss. in posthum.* & coram Gregor. XV. *decis.429. num.1.*
5 & ibi *adden. num.8.* Ex ea ratione ne aliàs intenti ad quærendum sibi victum, deserant curam animarum, vt ratiocinatur Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.399. num.13.* & Rota *d. decis.420. num.5.* fundatur ergo iustitia istius congruæ super qualitate muneris, videlicet curæ animarum, siue eius exercitij, quo cessante cessat etiam ipsa congruæ assignatio, Lotter. *de re benefic. lib.2. quæst.12. num.14.* vbi allegat decisiones *in Calagurritana congruarum coram Oradino,* quæ reperiuntur *part.1. diuers. decis.16. & 17.* in quibus fuit firmatum non constare de Parochialitate, & propterea congruam non deberi, eadem Rota *decis.83. n.12. part.2. diuers.* vbi quòd cessante cura cessabit causa siue fundamentum solutionis congruæ; seruitium enim necessarium, & vsus curæ est fundamentum assignandæ congruæ, vt censuit eadem Rota *decis.7. n.2. p.2. recentior.*

Non obstat regula quòd qui Altari seruit, de 6
Altari viuere debet, *d. cap. extirpandæ,* cum aliis citatis per me *Axiom.*. quia vltra quòd textus expressè loquitur in Parochialibus ratione muneris, & contracti quodammodo matrimonij inter Parochum & Ecclesiam; respondetur quòd sibi debet Titularis imputare si acceptauit beneficium tenue, seu nimis grauatum pensione, vt per Rebuff. *de congrua, num.92.* & in fortioribus terminis de Rectoribus Parochialium quòd sibi debeant hoc imputare, tenuit Rota *coram Gregor. XV. decis.431. num.11.*

Secundò, quia quando concurrit petitio con- 7
gruæ Rectoris, & pensionis auctoritate Apostolica super Curato beneficio impositæ, semper debitum pensionis non solutæ præferendum est alij cuicunque. Ratio est, quia huiusmodi specialem reseruationem in Bullis Apostolicis Camerali obligatione vallatam, ac proinde paratam executionem habet, quæ congruæ eo tantum casu conceditur, si in eisdem litteris Apostolicis assignata reperiatur dispositiuè, vel conditionaliter cum clauf. dummodo remaneant centum pro Rectore, quo tantum casu illa centum ante pensionem erunt soluenda, nisi ex reseruatione pensionis constiterit eadem centum pro Rectore non remanere, vt censuit Rota *in Segobien. tertiæ partis fructuum 25. Maij 1612. coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo,* cuius memini *de clausul. vsufreq. clauf.47. num.11. & 12.* Quod re vera casui nostro non applicatur, cum Thesauraria, de qua agimus, nullam animarum curam habeat, ac proinde ei congrua quia non debetur, assignata non reperitur.

Tertiò, quia extra casum assignationis congruæ 8
dispositiuè vel conditionaliter factæ in litteris Apostolicis pro illa etiam à Curato via ordinaria agendum est coram Ordinario, & à sententia, qua pronuntiatum fuit illam deberi, quoad vtrumque effectum concedenda est appellatio, vt resoluit Flores de Mena *var. lib.1. quæst.14. n.7.* quod *num.11.* ad alimenta ampliat, quæ ad partis instantiam, & per viam actionis petuntur, quo casu proceditur ordinariè, & habet locum appellatio; ergo petitio congruæ, de qua loquimur, non potest impedire viam executiuam exigendarum pensionum, quarum natura iuxta hodiernum stylum accedit ad naturam 9
assignatorum alimentorum, Crescent. *decis.3. de solut.* Achil. *decis.26. n.3. de appellat.* Rot. *decis.407. n.1. p.1.* apud Farin. *in posthumis.*

Quartò, quia Parochus consentiens impositioni 10
pensionis excessiuæ, videtur saltem in vim pacti sibi præiudicare, *ad l.1. §. vsque adeò, ff. de iniur.* cum aliis citatis per Mandos. *de signatura gratiæ, tit. de pensionibus, vers. aduertendum etiam est,* & censetur quasi contraxisse cum pensionario, seque obligasse ad dictæ pensionis solutionem, Guid. Papæ *q.576.* Gig. *de pensionib. quæst.50.* Caputaq. *decis.15. part.1. & decis.302. part.2.* vnde ei imputandum erit, quòd beneficium habens tenues reditus, & excessiua pensione grauatum susceperit, Rota *decis.7. num.3. part.2. recentior.* neque stante clausula *non aliàs, aliter, neque alio modo,* à resignante imposita, reduci potest ipsa pensio, quia cùm Papa restrinxerit gratiam ad consensum limitatum resignantis (propter illam clausulam, quæ importat conditionem suspensiuam

ac

ac formam, itaut ea non adimpleta cesset consensus agentis) si pensio in parte non subsistit, non erit reducibilis ad minorem quantitatem, quia deficit resignantis consensus, & sic in totum ipsa gratia corruit, & resignans potest regredi ad beneficium resignatum: ita Rota *decis.* 286. *n.* 2. apud Farin. *p.* 2. *recentior.*

11 Quintò, quia beneficium datur propter officium, & fructus assignantur vt beneficiarius expeditè, & liberè debitum officium exercere possit, *cap. cùm secundùm Apostolum, de præbend.* & congrua ex redditibus beneficij debetur, instar salarij seruienti, Rota *decis.* 442. *num.* 3. *part.* 2. *recentiss.* aliàs *in posthumis Farin.* cuius capax esse non potest excommunicatus, iuxta text. *in cap. pastoralis* 53. §. *verum, de appellat.* ibi, *& illi prouentus Ecclesiastici merito subtrahuntur, cui Ecclesiæ communio denegatur*, cuius decisionis eam rationem assignat idem text. quia scilicet per excommunicationem excommunicatus repellitur ab Ecclesia, & eius communione, & sic cum non possit exercere functiones Ecclesiasticas, propter quas percipit fructus, illis priuatus manet ipso iure, quamuis per sententiam Iudicis ad illorum amissionem non fuerit condemnatus: ita dicti textus auctoritate resoluunt Couarr. *lib. 3. variar. cap.* 13. *num.* 8. Vgolin. *de censur. tab.* 2. *cap.* 12. Sayr. *eod. tract. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 24. *&* 30. Suar. *in simili tract. tom.* 5. *disp.* 13 *sect.* 2. Mari. Alter. etiam *eod. tract. tom.* 1. *lib.* 2. *disp.* 6. *cap.* 8. Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 90. *cum seqq.* Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib.* 4. *cap.* 14. *à princ.* Ego ipse *de dignit. & Canonicis, cap.* 22. *num.* 2. *cum seqq.* & decidit *l.* 31. *tit.* 9. *part.* 1. ibi, *Otrosy puto por pena al Clerigo que fosse descomulgado con derecho que no pudiesse demandar las rentas del beneficio que deuia auer por a quel tiempo en que lo fue, ni podiesse ganar otro de nueuo*, &c.

13 Vnde infertur excommunicato partem aliquam fructuum sui beneficij tanquam congruam portionem, & multo minus titulo alimentorum, assignari nullo modo posse, vt expressè probat gloss. *verbo subtrahuntur, in fine, in d. cap. pastoralis, §. verum*, ibi. *Ego credo quod licet deposito prouideatur ne in clericorum opprobrium mendicare cogatur, quòd excommunicato in nullo sit prouidendum, qui contemnit Claues Ecclesiæ, cui participandum non est*, &c. Nauarr. *in man. cap.* 25. *num.* 124. Mari. Alter. *d. disp.* 6. *cap.* 9. *à princ.* & rationem assignat, quia excommunicatus potest sibi consulere petendo absolutionem, vt licitè valeat fructus beneficij recipere, latè Gutier. *d. lib.* 1. *Canon. cap.* 1. *num.* 96. ibi. *Secundò prædicta conclusio, quæ habet, vt excommunicatus fructus, & distributiones quotidianas sui beneficij, vel præbendæ non lucretur, tempore, quo est excommunicatus, adeò procedit, vt quamuis clerico deposito, & suspenso à beneficio propter crimen ex redditibus beneficij alimenta sint ministranda, ne cogatur mendicare in opprobrium ordinis clericalis, excommunicato tamen nihil ex redditibus Ecclesiæ datur, etiamsi egenus, & pauper sit*, &c.

14 Quod adeò verum est, vt nisi in casu extremæ necessitatis moderatè admodum ex redditibus sui beneficij succurrendum sit, ne fame pereat ex vniuersali præcepto Iuris naturalis, ad glos. *d. verbo subtrahuntur*, ibi, *nisi forte fame periret, tunc debet ei subueniri*, &c. Mari. Alter. *d. cap.* 9. *in princ. & §. sequitur, vers. prima est*, Greg. Lop. *l.* 31. *glos. verbo las rentas del beneficio, tit.* 9. *part.* 1. Gutier. *d. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 102.

15 Et quamuis ex redditibus beneficij excommunicato, nullo modo sit succurrendum, nec eos, aut illorum partem lucrari possit, adhuc tamen ex propriis bonis pensionem super illis auctoritate Apostolica reseruatam soluere tenetur; ita Gig. *de pensionib. quæst.* 64. Ioan. Baptista Costa *de remed. subsid. remed.* 106. *illat.* 3. *num.* 1. Valasc. *cons.* 1. *num.* 3. latè Mari. Alter. *d. cap.* 9. *vers. secundò dico, pag.* 247. *cum seqq.* vbi *in vers. tertio dico*, aduertit illam propositionem, qui non percipit fructus beneficij non tenetur ad solutionem pensionis, intelligendam esse quando quis caret fructibus absque culpa sua; secus si impedimentum, ratione cuius priuatur fructibus, prouenit culpa sua, sicut accidit quando beneficiarius incidit in excommunicationem, Gutier. *d. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 124. vbi *in vers. quid tenendum*, ait hanc sententiam procedere, & veram esse in clericis iuste excommunicatis, qui præbendas obtinent in Ecclesiis Cathedralibus, cùm enim pensio sit imposita super fructibus, & distributionibus quotidianis Canonicatus, & Præbendæ, v.g. tuncque temporis rationem excommunicationis ob non residentiam nulli sint fructus, nec distributiones quotidianæ dicti Canonicatus, & præbendæ, consequens est vt ipse excommunicatus de suo teneatur soluere pensionem, cuius contrarium existimat idem Guttierez; verùm in cæteris beneficiariis extra Cathedrales Ecclesias, qui non habent distributiones quotidianas, nec fructus suorum beneficiorum distributi sunt statis horis, in illis etenim merito, vt ex fructibus suorum beneficiorum, super quibus est pensio imposita, ipsa soluatur, ad quemcunque ipsi fructus pertineant, cum tunc non extent, & dicantur etiam fructus beneficiorum.

Nec effectus censuræ quoad hoc tollitur, si de 16
illius validitate dubitetur, aut censuratus prætendat se malè excommunicatum, vel ab excommunicatione appellet, quia dum in contrarium non adest res iudicata, fructus huiusmodi minime lucrabitur, nec ex illis alimentandus erit, vt per text. *in d. cap. pastoralis, §. verum*, resoluunt Panorm. ibi *num.* 6. & Franch. *num.* 4. *&* 16. Suar. *de censur. disp.* 13. *sect.* 2. *ante num.* 10. Moneta *de distrib. quotidian. p.* 2. *q.* 15. *n.* 19. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib.* 4. *c.* 14. *n.* 13.

An, & quando Regij Iudices possint sequestrari facere fructus, & redditus beneficiorum Ecclesiasticorum?

QVÆSTIO XIV.

1 *Iudex sæcularis redditus beneficiorum Ecclesiasticorum sequestrans, incurrit in censuram Bullæ Cœnæ, nisi in casibus à legibus Regiis decisis, vt n.* 2.

3 *Iudices sæculares sub Bullæ Cœnæ censura includuntur, qui auctoritate prætensa & vsurpata sequestrant redditus beneficiorum.*

4 *Bulla Cœnæ c.* 17. *non includit modos, & casus à iure permissos.*

5 *Iudex laicus potest quibusdam concurrentibus, & præcipuè stante periculo moræ,*

capere,

capere, & ſequeſtrare perſonam clerici.

6 *Iudex ſæcularis bene poteſt beneficij redditus ſub ſequeſtro ponere quando id facit in executionem ſequeſtri per prius relaxati à Iudice Eccleſiaſtico.*

1 EXPRESSO Bullæ in Cœna Domini *cap.* 17. cautum eſt ne quis fructus, redditus, ſeu prouentus beneficiorum Eccleſiaſticorum etiam quauis occaſione, vel cauſa ſine Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expreſſa licentia ſequeſtrari faciat ſub excommunicatione in eadem Bulla contenta, & ideo contra huiuſmodi ſequeſtra regulariter facta in beneficiis Eccleſiaſticis per Curiam ſæcularem multa cumulant, & ad diuerſa inferunt, Ludou.Gom.*in reg.de annali quæſt.*46. Mari.Anton. *variar.reſolut.lib.*3.*cap.*9. Sarabia *in tract.de iuriſdict. Adiunctorum,quæſt.*30.*num.*38. Viuian.*de iurepatron. lib.*11.*cap.*11.*&* 12.*per tot.* Et illud eſt adnotandum quòd Bulla loquitur in Iudice ſequeſtrante, non autem in procurante ſequeſtrum, provt in puncto firmarunt Nauarr. *in man.cap.*27. *num.*51. Iacob.de Graſſ.*in aureis deciſ.lib.*4.*cap.*18.*n.*144.Mari.Anton. *d.lib.*3.*cap.*9.*num.*1.

2 Sed ſtante prædicta Bulla valde controuerſum eſt, an aliqua rationabili cauſa cohoneſtari poſſit huiuſmodi ſequeſtrum ſi aliquando per Iudicem ſæcularem in beneficiis Eccleſiaſticis imponatur? Non loquimur de illis caſibus ſpecialiter deciſis *à legibus Regiis* 18. 21. *&* 25. *tit.*3. *lib.*1. *nouæ Recopill.*

3 Sunt qui ad euitandum ſcandalum & ſeditiones, præcipuè ſtante periculo moræ & difficilis recuperationis fructuum, dicant licere Regiis Magiſtratibus beneficiorum redditus ſequeſtrari facere, quia ſub illa clauſula Bullæ illi tantum includuntur, qui auctoritate prætenſa ac vſurpata, non vero qui aliqua iuſta & rationabili de cauſa, ſequeſtra huiuſmodi faciunt: ita tenere videntur Caiet. *in ſum. verbo excommunicatio, cap.*27. Nauarr. *in man. cap.*27.*num.*60.§.*ſexta,verſ.quintum*, Mari. Alter. *de cenſur. tom.* 1. *diſp.* 18. *lib.* 5. *cap.* 2. *verſ. Caietanus pag.*722. Mandel. Alba *conſ.*75. *num.* 3. ibi. *Et non eſt dubium quod poſſit quilibet Iudex, & multo magis Princeps facere ſequeſtrum, & aduocare etiam ad ſe poſſeſſionem, cum ſubeſt timor ſcandali*, Innoc. *in cap. in præſentia col.* 1. *de probat.* Specul. *in tit. de ſequeſtr. poſſeſſ.in princ.& de libell. conc.* §.*nunc dicendum, verſ.* 22. *& in tit. de poſſeſſ. & petit. in princ. col.fin.* Guid. Papæ *quæſt.*678. *per l.æquiſſimum, ff. de vſufruct. cum aliis ſimilibus: & eſt ſequeſtratio, quæ fit ex officio Iudicis nobili*, vt tradit Abb.*in cap.*2. *col.*3. *num.*12. *verſ.venio ad ſecundum, de ſequeſtr. poſſeſſ. & videtur etiam id poſſe facere Iudex, vel ſaltem Princeps ſæcularis in prædictis beneficiis Eccleſiaſticis*, vt per Afflict. *deciſ.* 2. *num.* 4. *quia eadem eſt ratio, ſcilicet vitandi ſcandali, præſertim in hoc caſu, quo manifeſtum eſt, quod ſperandum non erat remedium eo tempore ab aliquo Principe Eccleſiaſtico*, &c. Et idem Mandel. *conſ.*78. *num.*3. vlteriùs reſoluit ſequeſtrum huiuſmodi non ſolùm poſſe fieri ex officio, & ſine cauſæ & partium cognitione, & dum ab alio non occupatur poſſeſſio beneficij, ſed etiam poſt illam captam.

4 Hanc eandem reſolutionem tenet nouiſſime Salgado *de retent.Bullarum, part.*1. *cap.*10. *num.*68. ibi. *Tamen non includit eius prohibitio* (hoc eſt Bullæ in Cœna Domini) *modos, & caſus aliàs à Iure permiſſos & approbatos; etenim hoc Bullæ Cœnæ cap.*17. *nimis generaliter diſponit, & propterea non comprehendit caſus aliàs ſpecialiter à Iure exceptos, & permiſſos, maxime Regibus, quibus alicuius ſpecialis Iuris ex Regaliæ virtute competit, ad ſuas manus reducere fructus, ſeu bona Eccleſiæ vacantis pro cuſtodia, & tuitione ne diſſipentur*, de quo eſt textus expreſſis *in cap. generali* 3.*de elect. in* 6. &c. & paulo inferius eodem *num.*68. ibi: *Et ſic de ſimilibus Regaliis antiquitus pertinentibus Regi erga fructus beneficiorum, & de ſequeſtratione eorum, & reductione ad manus ſuas ob ſcandalum vitandum, vt poſt magnam Doctorum caterua diximus ſup.num.*20.*cum ſeqq.& aliis ſimilibus caſibus, in quibus ob eandem rationem & finem fructus beneficiorum, & temporalia cætera bona à Rege ſequeſtrare,& occupari licet*,&c.

Vlteriùs id comprobatur, quia Iudex laicus, po- 5
teſt quibuſdam concurrentibus, & præcipue ſtante periculo moræ, capere, & ſequeſtrare perſonam clerici, *in cap.cùm non ab homine, num.*15. *de iudic.* Borgnin.*deciſ.*3. *num.*26. *part.*1. ergo multo melius ſui beneficij fructus, hi enim non ita eximuntur à poteſtate ſæculari ſicut perſona clerici, vt per ſe patet.

Ego prædictorum Doctorum ſententiam in puris 6
terminis vitandi ſcandali, præcipue ſtante periculo moræ, & difficili recuperatione fructuum, probabilem fateor, ſed probabilius mihi videtur id abſque ſcrupulo (provt in caſu noſtro) fieri poſſe, ſi Magiſtratus ſæcularis ſolum operetur in executionem alterius ſequeſtri per prius ab Eccleſiaſtico Iudice relaxati, ei enim auxilium exhibere tenetur, vt videre licet in tract. hac de re edito à Fr. Michaële Agia Valentino Ordinis ſancti Franciſci.

An, & quando Capitulum teneatur pro rata temporis vacationis, & abſentiæ Titularis ſoluere penſionem ſuper diſtributionibus à ſe perceptis?

QVÆSTIO XV.

1 *Capitulum non tenetur pro rata temporis vacationis, & abſentiæ Titularis ſoluere penſionem ſuper diſtributionibus à ſe perceptis reſeruatis, ſecundum vnam opinionem, ſed contraria verior, vt n.*2.

3 *Penſio eſt onus reale, & ſequitur fructus à quocunque prrcipiantur.*

4 *Penſionis onere à principio grauantur fructus, & diſtributiones ante præſtitum ſeruitium, & eius ſolutio non dependet à reſidentia Titularis, nec ab eius acquiſitione.*

5 *Penſio non debetur penſionario propter ſeruitium Canonici poſſeſſoris, ſed ex gratia Papæ.*

6 *Penſionis pars indeterminate à cumulo fructuum ex voluntate Pontificis eſt extracta, & ex gratia eiuſdem ad penſionem grauata.*

7 *Penſio*

7 *Pensio imposita super distributionibus Canonicatus à Capitulo pro rata temporis vacationis, & absentiæ Titularis, fuit iussa solui à Clemente VIII. & Gregorio XIII.*

8 *Cancellaria Vallisoletana per viam violentiæ adita censuit Capitulum Giennen. teneri ad soluendas pensiones super Canonicatu impositas, & de tempore vacationis decursas.*

9 *Doctores aliqui qui contrarium tenuerant, postea recesserunt ab opinione sua.*

10 *Ignorantia affectata scientiæ æquiparatur.*

11 *Delegata iurisdictio non potest extendi ad ad eos, qui in commissione non sunt nominati.*

12 *Prælatio non datur inter fructus, prouentus, & distributiones, super quibus pensio est imposita nec species vna grauata est hoc onere in defectum alterius.*

13 *Ordo §. in venditione l. à Diuo Pio, ff. de re iudic. non est datus pro forma, sed ad instructionem Iudicis.*

14 *Prælationis ordinem non est necesse seruare, vbi adest obligatio Cameralis.*

1 IN hac quæst. pro negatiua parte vulgò adduci solet, quod Capitulum iure proprio propter personalem residentiam, atque seruitium personalissimum redditibus atque fructibus non tanquam alienis, sed propriis, atque suis Præbendis iure non decrescendi addictis fruitur, atque ipsos lucratur, proindeque non tenetur ad solutionem pensionis super fructibus Præbendæ illius, consensu antiqui possessoris reseruatæ, quoniam huiusmodi fructus percepti à Capitulo tempore vacationis illius præbendæ oneratæ, non sunt eiusdem Præbendæ, sed cæterarum residentium; quod verum esse huius opinionis assertores affirmant in his Præbendis Ecclesiarum Cathedralium & similium, quæ mensam communem pro residentibus habent simul, quia tunc Capitulum iure proprio capit fructus, sunt cæteri eiusdem mensæ, nec ob id potest dici successor in Præbenda, aut aliquem videtur pensioni reseruatæ consensum præstitisse: secus si Præbenda vacans aliquos habuerit fructus, redditus, atque prouentus distinctos, ac separatos à mensa communi Capitulari, quia tunc si Capitulum vacante Præbenda vigore statuti, vel consuetudinis, alteriusve priuilegij illis bonis, siue rebus vtatur, ac fruatur, tenebitur quidem vsque ad quantitatem fructuum illorum, quos perceperunt, pensionem tempore vacationis decursam soluere. Ex quibus & aliis hanc partem sustinent Nauarr. *consil. 1. de solut.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 1. num. 119. cum seqq.* Monet. *de distribut. quotid. p. 4. q. 8. num. 17. cum seq.*

2 His tamen non obstantibus contraria opinio verior, ac communiter recepta est, eamque sequuntur Gig. *de pension. q. 51.* Nau. *cons. 3. n. 3. in fine, de solut.* murans sententiam, quam *cons. 1.* amplexus fuerat, Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 5. §. 4. num. 44. & seq.* Quarant. *in sum. Bullarij, verbo distributiones quotidianæ, ad fin.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. tit. de pension. decis. 434.* Ceuall. *communium contra commun. tom. 4. q. 897. n. 505. cum seqq.* Marescot. *var. resolut. lib. 2. cap. 18. num. 51. cum seqq.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 1. cap. 5. num. 206. cum seq.* Bonacin. *de horis Canon. disp. 2. q. 6. puncto 3. num. 11.* Castr. Palao *in opere morali, tom. 2. tract. 7. de horis Canon. disp. 3. puncto 7. num. 11.* Ego ipse *de Iure Ecclesiast. vniuerso lib. 3. cap. 11. num. 93. circa fin.* Rot. *decis. 133.* apud Farin. *p. 2. recentior. & decis. 407. n. 1. p. 1. nouissimar. in posthumis Farin.* multis, sed his potissimum fundamentis.

Primò, quia pensio est onus reale, & sequitur 3
fructus à quocunque percipiantur, *cap. querelam.* vbi Abb. *notab. 3. de elect.* Roman. *cons. 388.* Gig. *de pensionib. quæst. 39. num. 1. & quæst. 47. num. 2.* Pute. *decis. 189. num. 2. lib. 2.* Decian. *resp. 37. num. 14. vol. 2.* Ego ipse *de officio & potest. Episcopi, part. 3. alleg. 120. num. 1.* Castr. Palao *d. tom. 2. tract. 13. disp. 1. puncto 11. §. 6. n. 1.* Rota *decis. 128. n. 2. p. 1. diuers. & d. decis. 407. n. 2. p. 1. nouissimar.*

Secundò, quia fructus & distributiones gra- 4
uantur onere pensionis à principio ante præstitum seruitium, & eius solutio non dependet à residentia Titularis, nec ab eius acquisitione, vt in puncto resoluit Rota *d. decis. 133. part. 2. recentior.* vbi *n. 2.* eleganter sic loquitur. *Et præterea omisso hoc fundamento domini firmarunt, quòd quamuis pensio imponatur super distributionibus Scholastriæ, vel alterius dignitatis, quæ non adquiruntur à Titulari ante præstitum seruitium, tamen intentio Papæ est grauare ab initio in fauorem pensionarij non solùm illas distributiones, quæ acquiruntur Titulari post seruitium, sed etiam eas, quæ sunt destinatæ Canonicatui, & Scholastriæ, quas Titularis residendo, & inseruiendo acquisiuisset: & mouebantur primò, quia in litteris reseruationum exprimitur valor distributionum, quæ sunt debitæ Titulari si inseruiat, & non illarum, quæ actu acquiruntur; & propterea necessario dicendum est quod Papa voluit afficere distributiones onere pensionis ante præstitum seruitium, & acquisitionem Titularis. Secundò mouebantur, quia pensio imponitur in fauorem pensionarij, cui sine aliquo seruitio est debita, quia Papa intelligit grauare distributiones ab initio, non habito respectu ad seruitium, & acquisitionem Titularis. Tertiò mouebantur, quia si non admitteretur iste intellectus perceptio pensionis redderetur euentualis, & penderet ex seruitio Titularis, eo enim suspenso, vel aliter absente, pensionario non competeret actio pro consecutione suæ pensionis saltem contra Capitulum, & similiter ei non deberetur pensio tempore vacationis Dignitatis, super qua est imposita, & hoc est multum absurdum, & contra verisimilem mentem Papæ, & stylum hactenus seruatum, secundum quem pensio omni tempore debet solui pensionariis absque aliqua subductione ratæ temporis vacationis,* &c.

Eandem ferè rationem præstat breuius Gonzal. 5
d. §. 5. num. 45. cum seqq. ibi. *Cuius rei ratio est, quia dicta pensio fuit imposita à Papa super fructibus, & distributionibus, & non debetur pensionario propter seruitium Canonici possessoris, sed ex gratia Papæ, & ad illam percipiendam actio realis sibi competit,* Gig. *de pension. q. 39. & q. 43.* Cresc. *decis. 3. n. 1. de solut. & etiam personalem contra quemcunque successorem, qui succedendo se obligare censetur.* Caputaq. *decis. 13. n. 1. & seq. p. 1. Vnde persona Canonici, illiusque seruitiũ in hoc casu*

nullius considerationis esse debet, nec mors, vel absentia illius potest esse damnosa pensionario, &c.

6 Ad idem tendit quod tradit Castro Palao *d. disp. 3. punctο 7. num. 12.* ibi. *Ex quo fit ante diuisionem fructuum, & cuilibet illorum applicationem, obligatum esse Capitulum ad solutionem pensionis si in se velit retinere, aut aliis interessentibus applicare illam partem fructuum, quæ beneficiato grauato si assisteret, esset concedenda: quia illa pars indeterminate à cumulo fructuum ex voluntate Pontificis est extracta, & ad pensionem grauata ex gratia Pontificis independenter à seruitio possessoris: negari enim non potest hunc modum imponendi pensionem possibilem esse. Quòd autem sit conuenientior, inde probatur manifestè, quia intentio Pontificis in concedenda pensione est prouidere certò & infallibiliter pensionario sustentationem: at si pensionarius non posset obtinere pensionem à Capitulo recipiente fructus & distributiones tempore, quo beneficiatus non existit, vel non recitat, non certò & infallibiliter, & annuatim pensionario erit prouisum. Quod si respondeas personaliter beneficiatum esse obligatum ad illius solutionem, præterquam quod est dubium cum fructus nullos recepit, non infertur secuta pensionarij sustentatio, siquidem beneficiatus sæpe impotens est ad soluendum, & ex alia parte cum non possit pensionarius fructus sequestrare, remanebit insolutus*, &c.

7 Tertiò hæc eadem sententia corroboratur Pontificia declaratione, vt refert Rota *d. decis. 133. suc num. 2.* ibi. *Quartò, & vltimò mouebantur, quia succedente simili causa inter Capitulum Ecclesiæ Vlixbonen. & Alphonsum Colonia, petebatur pensio imposita super distributionibus Canonicatus à Capitulo pro rata temporis vacationis, & absentiæ Titularis, & Capitulum se defendebat, quod non tenebatur, quia distributiones perceperat proprio ex iure decrescendi, & Sanctissimus D. N. per sua Breuia declarauit quod tenebantur ad solutionem, quia pensio erat imposita super distributionibus, & ipsæ distributiones hoc onere reali erant grauatæ, & pro solutione pensionis obligatæ, & hypothecatæ*, &c. De eodem exemplo mentionem facit Castr. Palao *d. disp. 3. punctο 7. num. 11.* ibi. *Moueor præcipue tum quia sic declarauit Clemens VIII. de anno 1592. quodam Breui in fauorem D. Alphonsi Colonia postea Episcopi Carthaginensis: præcepit enim Capitulo Vlixbonensi soluere ei pensionem sexcentorum ducatorum impositam super Canonicatu illius Ecclesiæ, vti à Capitulo debitam, eo quod perceperat distributiones Canonicatus super quibus erat pensio imposita*, &c. Refert idem Nicol. Garc. *de benefic. part. 1. cap. 5. num. 218.* vbi *num. 217.* affirmat Gregorium XIII. de anno 1578. contra Capitulum Elboren. litteras in forma Breuis concessisse, quibus iubebatur vt pensionem super Cantoria illius Ecclesiæ reseruatam soluerer.

8 Quartò, quia secundum hanc opinionem obseruari & practicari in insigni Capitulo Toletano refert Ceuall. *commun. contra commun. quæst. 897. num. 505. cum seqq.* vbi *num. 511. cum seqq.* attestatur ita quoque practicari in Vallisoletana Cancellaria, nam cùm quidam executor Capitulum Giennen. condemnaret ad soluendas pensiones super Canonicatus impositas, & tempore vacationis decursas, & causa per viam violentiæ ad illam Cancellariam, delata, tandem fuit in ea resolutum executorem huiusmodi sic procedendo nullam vim facere.

9 Quintò, quia plures ex his, qui contrariam tenuerunt sententiam, veritate melius trutinata, & vtriusque fundamentis exactius inspectis, tandem à prima recedentes, hanc nostram amplectuntur, vt videre licet apud Nauarrum, qui etiamsi *consil. 1. de solution.* oppositum à nostra sententia tenuerit, postea *consil. 3.* ab ea recedens cum nostra remanet, & Gutier. in secunda impressione *d. cap. 1. num. 123.* subdit se audiuisse Romæ practicari contrarium illius, quod suprà tenuerat.

Sextò, quia non obstant ea, quæ pro contraria opinione solent adduci. Nam ad illud quod Capitulum bona fide, & ignorando reseruationem pensionis, fructus & distributiones inter præsentes iuxta formam statuti distribuit, respondetur reseruationem huiusmodi factam fuisse à multis retro annis, illámque Capitulo sæpe sæpius innotuisse, vnde bene sequitur allegatam ignorantiam esse affectatam, proindeque scientiæ æquiparari. Ias. *in l. si seruus plurium, §. si quis ante, num. 2. ff. de legat. 1.* Menoch. *de arbitr. casu 316. num. 56.* Rota *decis. 364. num. 4.* apud Farin. *part. 2. recentior. & decis. 342. num. 2. & 3. ead. part. 2.* Et tanto magis cùm Capitulum ope exceptionis alleget se ignorasse talem reseruationem, cùm hoc sit fundamentum suæ intentionis, quia ad illud pertinebit plene, probabiliter, verisimiliter, iuste, & non affectate ignorantiam probare, vt censuit Rota *decis. 342. num. 2. part. 2. recentior.* ibi. *Regula enim quòd ignorantia præsumitur, non habet locum quando ignorantia est fundamentum intentionis agentis*, &c. 10

Nec obstat quòd iurisdictio executoris in Bullis pensionis designati, delegata est, & non potest ad eos extendi, qui in commissione non sunt nominati, iuxta tradita per Doctores *in cap. P. & G. & in cap. cum olim, de officio deleg.* Menoch. *consil. 340. num. 54.* Erasm. à Cochier *de iurisdict. Ordin. in exemptos, part. 2. quæst. 11. num. 2.* quia respondetur non requiri quod sint nominati in indiuiduo, & expressa, sed sufficere quod comprehendantur in commissione per clausulas generales, tacite, incidenter, aut virtualiter; videndus Salgad. *de protect. Regia, part. 4. cap. 8. num. 5.* provt in præsenti casu ex verbis Bullæ reseruationis pensionis huiusmodi colligitur, ibi. *Tam dictum Balthasarem, quàm alios in dicta Thesauraria pro tempore quomodolibet succedentes*, &c. & ibi, *vel quibusuis aliis*, &c. vnde omni prorsus caret dubio executorem contra Capitulum tempore vacationis eandem potestatem habere, quam tenuit contra Titularem dum vixit, pro rata fructuum, & distributionum, quæ ad illud peruenerunt, provt in Cancellaria Valisoletana resolutum fuisse attestatur Ceuall. *d. q. 897. n. 511. cum seqq.* 11

Nec denique obstat quòd Thesaurariæ, de qua agitur, duæ sunt accessoriè annexæ Parochiales Ecclesiæ, quarum fructus longè excedunt quantitatem pensionis debitæ, & sunt separati à massa communi, vnde videbatur eos prius esse excutiendos, & in subsidium teneri Capitulum pro rata distributionum & fructuum, qui effecti communes, inter præsentes sunt distributi, quia respondetur inter fructus, prouentus, & distributiones, super quibus pensio est imposita, prælationem non dari, nec species vna grauata est hoc onere in defectum alterius, 12

sed

sed omnes simul, & insolidum æqualiter grauati censentur, & ad electionem pensionarij obligati; itavt pro terminis pensionis debitæ persoluendis ei liceret quos voluerit capi, & vendi facere, iuxta text. *in l.8. ff. de distract. pignor.* ibi, *Creditoris arbitrio permittitur ex pignoribus sibi obligatis, quibus velit distractis ad suum commodum peruenire*, quem refert Couarr. *variar.lib.3. cap.18. num.2. vers.sexto*, & magis in terminis Menoch. *tom.11. consil.1052.*
13 *num.2.* Reseruatio enim huius pensionis super fructibus, redditibus, prouentibus, emolumentis, & distributionibus quotidianis, non fuit gradualis, nec illæ reddituum species ita gradatim nominatæ fuerunt, vt nonnisi primis excussis possit deueniri ad vltimam, ad exemplum decisionis textus *in l.à Diuo Pio, §.in venditione, ff.de re iudic.* qui probat bona mobilia debere ante immobilia capi in executione iudicati, quia vltra quàm quod secundùm magis communem opinionem ordo dicti §. *in venditione*, non est datus pro forma, sed ad instructionem Iudicis, & quod omissio istius ordinis non reddit nullam execu-
14 tionem, nihilominus tamen quidquid sit, illud certissimum est quod vbi adest obligatio Cameralis (provt in nostro casu) non est necesse seruare ordinem prælationis, vt resoluit Stephan Gratian. *discept. forens. tom.1. cap.7. num.28. cum seqq.* ibi. *Præterea stante obligatione Camerali non erat opus seruare huiusmodi ordinem. Ratio, quia omnia bona videntur constituta in pignus prætorium per guarentigiam, itavt debitor illius occasione habeatur pro condemnato*, Bald. *in l. factum, C. famil. herciſc.* Socin. *consil.24. num.48. lib.1. col.vlt. vers. quidam etiam voluit*, Surd. *consil.39. num.21. lib.1. vbi etiam n.24. respondet quamuis executio esset nulla non audiri debitorem allegantem nullitatem, nisi actualiter numeret totum debitum*, &c.

An Clericus in sacris constitutus, pensionis Ecclesiasticæ debitor, ac ad eam soluendam obligatus in forma Cameræ Apostolicæ, ad beneficium *cap.Odoardus, de solut.* sit admittendus, an verò in carceribus detinendus donec soluat?

QVÆSTIO XVI.

1 *Clericus in sacris constitutus ob æs alienum merè ciuile non potest capi, nec in carcerem mitti, vel in eo detineri, aut excommunicari si inopia adeo laboret, vt non possit pecuniam debitam soluere.*
2 *Militi priuilegium conceditur ne conueniatur vltra quàm facere potest.*
3 *Clericus non potest priuilegio renuntiare ne conueniatur vltra quàm facere potest.*
4 *Pensionem debens quod possit opponere priuilegium* cap.Odoardus, de solut. *qui tenuerint, refertur.*
5 *Sed contrarium verius.*
6 *Obligans se in forma Cameræ vult teneri ac si esset debitor Cameralis, & debitor Cameralis potest personaliter capi etiam non excussis bonis.*
7 *Obligatio Cameralis sic appellatur quia ortum ab ipsa Camera.*
8 *Clericus in sacris obligatus in forma Cameræ potest capi, carcerari, ac detineri, & illius obligationis vigore renuntiatur priuilegio*, cap.Odoardus, de solut.
9 *Clerici obligati in forma Cameræ pro excarceratione obtinenda bonorum cessionem, non admittuntur nisi ex Pontificis gratia.*
10 *Renuntiatum censetur omni iuris, & legum auxilio per Cameralem obligationem.*
11 *Forma Cameralis obligationis continet expressam renuntiationem omnium Iurium dicentium renuntiationem generalem non valere, sed requiri specialem.*

CERTA & indubitata est in Iure nostro conclusio quod cum aduersùs clericum ob æs alienum mere ciuile agitur, clericus ipse in sacris constitutus debitor capi non potest, nec in carcerem mitti, vel in eo detineri, nec excommunicari, si inopia adeo laborat, vt non possit pecuniam debitam soluere, quia non tenetur in plus, quam facere potest, text. singularis *in cap. Odoardus, de solut.* vbi iuramenti cautio ab eo exigitur de ære alieno soluendo cùm ad pinguiorem fortunam deuenerit, per quem text. ita resoluunt Cou. *variar.lib.2.c.1.n.9. in princ.* Baëc. *de inope debit. c.17.à n.1.* Gutier. *de iuram.confirmat. p.1.c.17.n.34.* Gironda *in tract. de priuilegiorum & exempt. explicat. n.229.* Menoch. *de arbitr. lib.1. q.88.n.8.* Narbona *l.14.glos.1.n.15.tit.2.lib 6.Recop.* D.Felician.de Vega *Archiep.Mexican.ad cap.cùm sit generale, de foro comp. n.67. in fine.* Farinac. *in praxi crimin. q.27. n.67.* vbi ait quod generaliter clerici pro ciuili debito minimè possunt carcerari, Barbos. *in l.maritum, n.2. ff.soluto matr.* Parlad. *rerum quotid.lib.2.c.fin.p.5. §.7. n.24.* Suar. de Paz *in pract. p.3. tom.2. c.vnic. n.4.* Segura Daualos *in suo direct. Iudicum Eccles. p.2. c.13. ex n.17.* Amat. Roderic. *de execut.sentent. c.8. n.33. l.Regia 23.tit.6.part.1.* ibi. *Porque segun derecho de santa Iglesia por deuda que deua vn clerigo a otro no le puedan prender*, &c. 1

Quod quidem videtur satis æquum, & rationi admodum consentaneum, nam si militi priuilegium conceditur, non conueniatur vltra quam facere potest, iuxta *l.miles 6.ff.de re iudic.* maiori cum ratione priuilegium hoc clerico concedi debet, quia magis dignus est fauore Sacerdos egenus, Religionis & diuini verbi minister, quam miles rapinis, cædibus, & stupris omnia confundens, neque arbitror quemquam adeò esse impium, qui neget non esse plus honoris deferendum Sacerdoti quam militi, vel nobili, vt ratiocinatur Baëc. *d.c.17.n.2.& 3. in princ.* 2
Et facit, quia eodem modo, quo miles non potest renuntiare priuilegio militari ne deserat militiam, ita etiam Sacerdos, ne deserat Religionis ministerium, ac ne cœlestium contemplationi destinatus in carcerem, vel in prophani cuiuspiam vile ministerium detrudatur, minimè poterit priuilegio renuntiare ne conueniatur vltra quam facere possit, quoniam id conceditur sacerdotali dignitati, 3

cuius conseruatio spectat ad publicam vtilitatem, vt per Baëc. *d.cap.* 17.*n.*5. Aloys.Ricc.*p.*1.*decis.*160. *n.*11. Gomez de Leon *in sua centur.cap.*14. Gironda *d. loco num.* 203. *in princ.* Marta *de iurisdict. part.* 4. *casu* 42.*num.*21.D.Barbos.*in l.alia,§.eleganter,num.*19. & 20.*ff. soluto matrim.* Ioan. Mar. Nouar. *in praxi electionis fori, sect.*3.*quæst.*7. *num.*13. D. Felician. de Vega *vbi suprà num.*68. Priuilegium itaque militi armatæ militiæ concessum extendi quoque ad militem cœlestis militiæ maiorem & digniorem nemo est qui ambigat,Marches.*de commission.p.*3.*pag.*316. *num.*57. & plures per me citati *de locis communibus, argument.iuris loco*...

4 Ex quibus non defuerunt qui assererent debentem pensionem posse opponere priuilegium *d. cap. Odoardus*, etiamsi cum iuramento & in forma Cameræ se obligauerit, cùm ex ipsius beneficij Ecclesiastici redditibus ea solui possit, & nulla subest ratio, quæ suadeat illud priuilegium clericis ob statum Ecclesiasticum concessum ex vi iuramenti, aut obligationis Cameralis omnino tolli, quia videtur Clericis concessum tanquam ius publicum, *l.*1. §.*huius studij*, *ff.de Iustit. & iure*; tum etiam ne cogantur mendicare in opprobrium ordinis clericalis, & ideo nulla quantumuis stricta obligatio etiam iuramento firmata,huic iuri publico derogare poterit. Quare hanc partem sustinent Cou. *lib.* 2. *var.cap.*1.*num.*9. *vers.quoties*, Baëc. *d.cap.*17.*num.*6. D.Barbos.*in d.l.alia,*§.*eleganter,num.*23. *ff.soluto matr.* Addit tamen Couarr. *citato loco* quòd illud fortasse obtinebit is, quis ad pensionem agit, vt non obstante inopia eius, qui pensioni consensit, beneficio priuetur, ex eo quod non soluerit pensionem ex redditibus, quos percepit, cum huic pœnæ se ipsum tempore consensus submiserit.

5 Verùm quoad debitorem pensionis, certum est beneficium *d. cap. Odoardus*, denegari clerico, qui reseruationi pensionis,quatenus valida sit, consenserit, cùm enim pensioni saltem cum iuramento & obligatione Camerali consensit, & possideat beneficium, non est æquum, vt illa exceptione se tueatur, itaut potius debeat dimittere beneficium, quàm pensionem denegare, cum etiam in reseruatione pensionis tales beneficiati illam promittant soluere sub pœna excommunicationis, & priuationis beneficij. Quare sic resoluunt Ludou. Gomez *in compendio signat. col.fin. n.*80. *vers.est tamen vnum*, Marchesan. *de commission.part.*3. *cap.*1. §.1. *num.*64. *pag.*317. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.*222. *num.* 50. *cum seqq.* Farin. *in praxi crimin. quæst.* 27. *num.*70. Carol. de Grassis *de effectib. cleric. effectu* 7. *num.*48. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiastici post resol.*255.*in notab.num.*1. & ita tenet Curiæ Romanæ stylus, & obseruat cæterarum Curiarum Ecclesiasticarum practica.

6 Quod verò ad clericos in sacris obligatos in forma Cameræ,certissimum est eos posse capi, carcerari, ac detineri, & illius obligationis vigore renuntiari, *cap.Odoardus*, quia obligans se in forma Cameræ vult teneri ac si esset debitor Cameræ, & debitor Cameralis potest personaliter capi etiam non excussis bonis, Zachi. *de obligat.Camer.q.*15.
7 *num.*9. & 10. nam obligatio Cameralis sic appellatur, quia ortum habuit ab ipsa Camera.Vestr. *in pract.lib.*2.*cap.*4.*num.*2. Zach. *vbi suprà quæst.*2.*n.*2.
8 Quare ita tenent communis ferè omnium,qui hac de re melius senserunt, & præcipuè Bellet.*disquisit. clerical. part.*1.*tit.de clerico debitore*, §.2.*n.*8. Ferentil. *in annot.ad decis.*97.*Buratti num.*9.*lit.B.* Aloys.Ricc. *in praxi cap.Odoardus*, *de solut. decis.*291.*per tot.* vbi latè probat in obligatione Camerali non habere locum beneficium *d. cap.Odoardus*, Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiep.Neapol.cap.*3. *num.*16. *in fine*, vbi ait praxim se habere vt possit carcerari clericus obligatus in forma Cameræ, licèt *num.*13. teneat illum gaudere beneficio *d. cap. Odoardus.* Farin.*in praxi crimin.quæst.*27.*num.*70. ibi. *Vbi tamen cum iuramento adest Cameralis obligatio, nullo pacto recedas ab opinione Gomezij,quia cum vltra amplissimas clausulas, quæ in tali obligatione apponuntur adsit particulariter clausula ipsa, in qua obligans adstringit se vt possit capi, carcerari, & detineri (quod pactum inter debitorem,& creditorem quod de Iure valeat,& quando, late in proposito tradit* Massa *de Camerali obligat. in* 3. *quæst.* 4.6. & 7.) *idcirco clericos in forma Cameræ obligatos posse & capi & carceri verissimum est, & quotidie in practica seruatur*, &c. Sylvest. Zachi. *de obligat. Camer. quæst.*15. *num.*7. ibi. *De istis autem quicquid sit, obligatio nostra exequitur contra bona, & contra personam,* Surd. *cons.*298.*num.*4.*lib.*2. *vbi quod contra obligatum in forma Cameræ potest incipi à captura, & idem dicit in obligato in forma garentigiæ Galgan. ad Statuta Vrbis cap.*82.*num.*50. *vers. limita secundo.* Tiber. *in praxi lib.*1.*cap.*41.*num.*3. & 4. *vbi dicit hoc priuilegium obligationis Cameralis procedere etiam contra Episcopos, Prælatos, viros illustres ac mulieres honestas, licet ex modestia excipiantur, Rot. in Mediolanen. afflictus* 29.*Martij* 1596.*coram bonæ mem.Orano quæ est decis.*118.*adeo vt etiam clerici adstricti vinculo huius obligationis possint carcerari*, &c. optimè Ioann. Franc. Leo *in thesaurario fori Eccles. part.* 1. *cap.*11. *num.*14. ibi. *Caueant tamen clerici de se obligando in Romana Curia in forma Cameræ Apostolicæ, quia contra obligationem Cameralem duæ tantum exceptiones incontinenti probandæ opponi possunt; nempe falsitatis, & solutionis, aut pacti de non petendo, vel quietationis, quæ æquipollent solutioni*, vt per Bart.*in l.*1.§.*& parui refert,ff.quod vi aut clam,* Cassad.*decis.*10. *num.* 6. *de rescript. & decis. vnic. num.*2. *de mut.petit.* & Gallesi. *ad* 4.*part. in clausul. de obligat. Camer.q.*1. *num.*2. *& illius obligationis vigore renuntiatur cap. Odoardus,omnibusque legibus, & legum auxiliis,quibus vti, aut se iuuari possent; legibus enim in sui fauorem introductis quilibet renuntiare potest, l.si quis in conscribendo, C.de pactis, & gloss.*1. *in cap.si diligenti, verbo super hac, de foro compet. ita quod clerici & laici tunc pari modo condemnantur, excommunicantur, carcerantur, & in carceribus detinentur, vt nec pro ex-* 9
carceratione obtinenda ad bonorum cessionem admittantur, nisi ex Pontificis gratia, quæ per Signaturam gratiæ expeditur cum clauf. consulto summariè de paupertate provt de Iure, &c.

Pro hac parte facit quòd per obligationem Ca- 10
meralem censetur renuntiatum omni Iuris, & legum auxilio,Pute.*decis.*465.*sub num.*3.*lib.*2.Zach.*de obligat.Camer.q.*17.*num.*25. vbi *num.*26. quòd forma 11
Cameralis obligationis continet renuntiationem expressam omnium iurium dicentium renuntiationem generalem non valere, sed requiri specialem, Rota *post tract. Zachiæ decis.*23. *num.*8. & *decis.*42. *num.*2. & *decis.*143. *num.*4. Vnde fit vt censeatur quoque renuntiatum priuilegio *d. cap. Odoardus*, provt summo cum iudicio præcitati Doctores asserunt affirmantes ita obseruare praxim Romanæ Curiæ; de qua oculatus testis ipse sum in pluribus annis, quibus eam, licèt minus feliciter, sequutus fui.

An

An contra clericum obligatum in forma Cameræ ad pensionem, seu quoduis aliud debitum persoluendum, præscribatur via executiua in Hispania per decennij lapsum, iuxta *l. Regiam 6. tit. 15. lib. 4. nouæ Recopil.*

QVÆSTIO XVII.

1 Lex Regia 6. tit. 15. lib. 4. Recop. *Doctores de eius intellectu agentes, referuntur.*

2 *In executiuis attenditur statutum loci, vbi petitur executio.*

3 *Iudicij locum semper inspicimus in his, quæ spectant ad ordinem iudicij, at contractus celebrati locum attendimus in his, quæ pertinent ad substantiam contractus.*

4 *Omne officium Iudicis nobile in ciuilibus præscribitur per triginta annos.*

5 *Præscriptio est odiosa.*

6 *Odiosa quæ sunt, restringi debent quantum possibile sit.*

7 *Præscriptio decennalis viæ executiuæ procedit in odium negligentiæ in non petendo debitum.*

8 *Obligatus in forma Cameræ potest vbique locorum conueniri.*

9 *Præscriptio debiti procedit in loco destinatæ solutionis illius, quia ibi est contracta negligentia, seu mora.*

10 L 1. ff. de vsuris, *declaratur.*

11 *Statutum quod viget in loco petitionis & iudicij, attendi debet in his, quæ post contractum veniunt, & ex mora debitoris.*

12 *Præscriptio non currit contra non valentem agere, nec contra probabiliter ignorantem.*

13 *Absentia est impedimentum legitimum, vt præscriptio minime currere possit.*

14 *Præscriptioni partes renuntiare possunt.*

15 *Renuntiatio cuiuscunque priuilegij facta cum iuramento tantum valet, quantum si fuisset specialiter renuntiatum cuicunque priuilegio.*

16 *Actio & ius exequendi perpetuatur quando in obligatione adest iuramentum.*

17 *Instrumentum si est iuratum, licet tempus decennij sit transactum, mittitur executioni.*

18 *Ius omne oriens ex instrumento resoluitur cum absolutione instrumenti.*

19 *Præscriptio Iuris executiui interrumpitur per solam petitionem executionis, seu debiti.*

20 *Petitio executionis sententiæ, seu mandati operatur, vt nunquam currat præscriptio.*

21 *Obligatio Cameralis operatur iudicialem debiti confessionem in ipso instrumento.*

22 *Solutio tanquam quid facti non præsumitur, sed per allegantem probari debet.*

23 *Coniectura ex taciturnitate longi temporis in non petendo credito non sufficit ad præsumendam solutionem.*

24 *Identitas personæ præsumitur ex sola identitate nominis.*

LEge Regia 6. tit. 15. lib. 4. nouæ Recop. 1
ita cauetur. *El derecho de executar por obligacion personal se prescriua por diez años, y la accion personal, y la executoria dada sobre ella se prescriua por veinte años, y no menos. Pero donde en la obligacion ay hypotheca, o donde la obligacion es mista, personal y Real, la deuda se prescriua por treinta años, y no menos.* Id est. *Ius executiuum ex actione personali decem annis præscribatur, ipsa vero actio personalis, & executoria, quæ ab ea emanauit, viginti annis, & non minus præscribatur. Verum vbi in obligatione adest hypotheca, vel ipsa obligatio mixta est, personalis scilicet, & realis, debitum præscribatur triginta annis tantùm.* De cuius legis intellectu latè Azeued. *ibi*, item Anton. Gom. Castellus, & Palatius Rubeus *l. 63. Tauri*, Roder. Xuar. *ad l. post rem iudicatam, §. sexto principaliter, pag. 637.* Auiles *ad cap. 10. Prætor. verbo execucion, n. 69. cum seqq.* Xuar. de Paz *in pract. part. 4. tom. 1. cap. 3. num. 11. cum seqq.* Gutier. *pract. lib. 1. quæst. 90.* Couarr. *in reg. possessor, part. 2. §. 11. num. 2.* Auendan. *de exequend. mand. part. 2. cap. 30. num. 11.* Parlad. *rerum quotid. lib. 1. c. 1. §. 11. cum seqq.*

Vnde videbatur affirmandum clericum, licèt se 2
obligasset Romæ, teneri in executione facienda Matriti ordinem iudiciarium seruare, ad quem pertinet via executiua, itaut si instrumentum quod in vna prouincia habet paratam executionem, eam non habeat in alia prouincia vbi eius petitur executio, quod ibi non habebit promptam executionem, quia in executiuis attenditur statutum loci, vbi petitur executio, Roder. Xuar. *ad l. post rem iudicatam, in declar. l. Regni, §. circa iudicem num. 22.* Borgnin. Caualcan. *decis. 10. num. 31. part. 3.* Cancer. *var. part. 2. cap. 3. de instrum. garentig. sub n. 20. vers. quoniam.* Est enim in hac materia vulgatissimum 3
quòd in his, quæ spectant & pertinent ad ordinem iudicij, semper inspicimus locum iudicij, & non contractus, vel instrumenti confecti: at in his, quæ spectant & pertinent ad substantiam contractus, vel obligationis, semper attendimus locum contractus celebrati, Roder. Xuar. *d. §. circa iudicem, num. 14.* Anton. Gom. *l. 64. Tauri, num. 8.* Parlad. *d. lib. 2. cap. fin. p. 1. §. 11. num. 13.* Cancer. *d. part. 2. c. 3. num. 19. post princip.* Quapropter etsi Romæ nullo tempore præscribatur, via executiua præcipuè in Tribunali Auditoris Cameræ, cum statutum hac de re viget in Capitolio, minimè ad illud Tribunal, vel ad sacram Rotam extendatur, vt resoluunt Scacc. *de iudic. lib. 2. cap. 2. num. 650. & 651.* Seraphin. *decis. 208. num. 4.* Gregor. XV. *decis. 332. num. 7.*

attamen cum executio talis inſtrumenti petatur Matriti, vbi ſeruatur lex Regia, de qua ſuprà in *principio huius quæſt.* videbatur ſecundùm illius deciſionem præcludi via executiua, cùm illa in hac materia ad ordinem pertineat iudiciarium, ordo autem iudiciarius ſit inſpiciendus ſecundum ſtatutum loci vbi fit executio, ex dictis.

4 Sed his non obſtantibus contrarium fuit reſolutum, & pro veriori terminorum cognitione præſupponendum eſt ius exequendi ex perſonali obligatione, quòd *d. l. 6.* decidit poſſe per decennium præſcribi, de Iure communi non minori ſpatio triginta annorum præſcribi poſſe, quia executio fit per officium Iudicis, & omne officium Iudicis nobile in ciuilibus præſcribitur per triginta annos, ſicut ipſa actio perſonalis, ita *gloſ. vnica & ſingularis verbo proſecuti in l. ſicut in rem Cod. de præſcript.* 30. Balb. *in tract. de præſcript. 4. p. 4. partis princ. quæſt.* 31. Anton. Gom. *d. l. 63. Tauri num. 1. in princ.* & ibi Caſtell. *lit. y. fol.* 132. Deinde præſupponendum eſt caſus
5 omnes, in quibus præſcriptio procedit, reſtringendos eſſe, nam cùm illa ſit odioſa, Balb. *de præſcript. p. 2. num. 9. cum ſeqq.* Crauet. *conſ.* 201. *num.* 37. *lib.* 2. Valenzuel. *tom.* 1. *conſ.* 33. *num.* 225. & quæ
6 odioſa ſunt reſtringi debeant quantum poſſibile ſit, *cap. tua, cap. ex parte, de decim. cap. odia, de regul. Iuris in 6.* cum citatis *à me Axiom.* 166. *num.* 1. bene ſequitur quòd præſcriptio ſemper eſt reſtringenda, & contra eam in dubio iudicandum. Cephal. *conſ.* 40. *numer.* 52. *lib.* 1. Valenzuela *d. conſ.* 33. *numer.* 227.

His præſuppoſitis dicendum *d. l. 6.* & præſcriptionem ab ea intentam non habere locum in præſenti caſu, ex multis, ſed his poſſeſſionum fundamentis.

7 Primò, quia præſcriptio huiuſmodi procedit in odium negligentiæ in non petendo, vt bene aduertit Caſtell. *d. l. 63. Tauri fol.* 132. *in fine*, & Auendan. *de exequendis mand. p. 2. cap.* 27. *num.* 11. *verſ. ſecunda ratio*; negligentia autem ſeu mora in non petendo contrahitur, niſi in loco, in quo deſtinata fuit debiti ſolutio, quæ quidem cum ſit deſtinata Romæ, & ibi minime vigeat talis lex, ſequitur quod præſcriptio non potuit currere contra petentem Romæ, & licèt modo petatur Matriti, hoc minimè fit, vt ibi ſoluatur, ſed vt eo in loco compellatur debitor ad ſoluendum, quia obligatus in
8 forma Cameræ, poteſt vbique locorum conueniri, Surd. *conſ.* 280. *num.* 12. *in fine, vol.* 2. Carol. de Graſſis *de except. except.* 18. *n.* 4. Rota Romana apud Zachiam *de obligat. Camer. deciſ.* 78. *num.* 6. Quare bene procedit doctrina Bart. *in l. cunctos populos num.* 18.
9 *Cod. de ſumma Trinit.* dum tenet præſcriptionem procedere in loco deſtinatæ ſolutionis, quia ibi eſt contracta negligentia, ſeu mora; & deinde *n.* 19. reſoluit ſequentem caſum noſtro non diſſimilem. *Hîc* (ſcilicet Peruſiis) *eſt ſtatutum quod iura petendi debitum præſcribantur decem annis, modò quidam Florentinus mutuauit centum in Curia Romana ſub pacto de reddendo in ciuitate Peruſij, certe ſi tacuit per decem annos, erit ibi locus ſtatuto, quia eſt contracta in illo negligentia*, &c. Eſt ergo cauſa inducendi præſcriptionem huiuſmodi, negligentia, & mora nolentis, vel differentis petere debitum ſuum, quæ quidem negligentia regulanda & æſtimanda eſt iuxta ſtatutum loci, in quo fuit ipſius debiti deſtinata ſolutio, quia ibi fuit contracta, colligi videtur ex decidendi ratione, quam præſtat *ad l. 1. ff.*
10 *de vſur.* D. Barboſ. *in l. hæres abſens §. proinde, in princ. num. 66. ff. de iudic.* ibi, *non obſtat d. l. 1. in princ. iuncta gloſ. verbo contractum, in fin. de vſuris, quia reſpondetur loqui in vſuris, quæ debentur propter moram, & negligentiam debitoris non ſoluentis ſuo loco & tempore, & ideo tunc attenditur locus, in quo facienda eſt ſolutio, quaſi in eo prædicta mora videatur contracta*, &c.

Quam Bartoli doctrinam ſequitur, & explicat 11
Rota impreſſa per Zachiam *poſt tract. de obligat. Camer. deciſ.* 78. *num.* 2. his verbis. *Non obſtat quòd in his, quæ poſt contractum veniunt, & ex mora debitoris attendi debeat ſtatutum quod viget in loco petitionis, & iudicij, vt poſt Bart. in l. cunctos populos C. de ſumma Trinit. & Fide Cathol. notat Iaſ. n.* 29. *verſ. ſecundo limita, & alij hic allegati per informates pro D. Liſa, quod alias etiam fuit tentum in vna Ianuen. de Nigronibus coram bonæ mem.* Card. Lancelloto; *quia fuit reſponſum quod quamuis ſupradicta doctrina Bart. ſit communiter recepta, non tamen videtur poſſe huic caſui applicari, cum procedat; vt ipſemet Bart. ibi ſub num.* 18. *declarat, quando ſcilicet ſolutio non eſt deſtinata in certo loco, vel quando eſt deſtinata in pluribus locis alternatiuè, ita quod electio ſit ipſius creditoris, quod hic non applicatur, cum minime dici poſſit cum reſtitutio dotis non ſit deſtinata in certo loco ex diſpoſitione legis, & ex tacito conſenſu partium, videlicet in loco domicilij quandam viri, d. l. exigere dotem ff. de iudic. vbi Bald. in fine, & alij Doctores hoc notant communiter, idem Bald. conſ.* 471. *lib.* 1. Roland. *de lucro dotis quæſt.* 15. *num.* 3. & 4. & *quæſt.* 19. *num.* 4. & 5. *Ioan. Campag. de dote quæſt.* 20. *num.* 2. *in fine, & num.* 3. *Nec facit quod in inſtrumento dotis adſit obligatio Cameralis, quia licèt illius vigore poſſit quis vbique conueniri, non tamen huiuſmodi obligatio operatur vt ſolutio certo in loco deſtinata tacite, vel expreſſe vbique locorum ſit facienda, vt quotidie nos experientia docet. Et vbi certus eſt locus deſtinatæ ſolutionis, lex & conſuetudo vigens eo in loco, & non in loco iudicij, attendi debeat, tenet Bart. in d. l. cunctos populos num.* 18. & *Salicet. num.* 5. *Phanuc. de Phanucijs tract. de dote gloſ.* 9. *num.* 10. *qui alios allegat, & poſt Caccialup. in d. l. exigere dotem num.* 107. *verſ. ex prædictis, idem concludit, Plot. conſ.* 18. *numer.* 13. & 14. *Ex quibus & aliis hic latius deductis per Informantes, conſtat hanc eſſe ſolidiſſimam concluſionem*, &c.

Secundò, quia etiamſi eſſemus in puris terminis 12
diſpoſitionis *d. l. 6.* ac proinde eius diſpoſitioni ſtare deberemus, adhuc locum habere non poſſet in noſtro caſu, nam creditor ignorabat vbi eſſet creditor cùm abfuiſſet per longum tempus à Curia Romana vbi contraxit, & ſoluere ſe obligauit, & ſic patiebatur iuſtum impedimentum non petendi debitum, proindeque non poterat ſibi currì tempus huiuſmodi decennij, præſcriptio enim non currit contra non valentem agere, & ſic contra impeditum, vt per tex. *in l. 1. §. fin. Cod. de annali except.* reſoluunt Greg. Lop. *l. 10. gloſ. 3. tit. 26. part. 4.* Neguſant. *de pignorib. 6. p. princ. memb. 2. num. 3.* Ioſeph. Ludou. *Lucenſi deciſ. 31. num.* 19. Valenzuela *d. conſ. 33. num.* 232. Et in noſtris terminis præſcriptionis decennalis iuris exequendi, Palat. Rub. *in d. l. 63. Tauri num.* 14. & ibi Caſtell. *lit. y. verſ. item quia vt ſupra dixi fol.* 132. *verſo, Auiles ad cap.* 10. *Prætor. verbo execucion. num.* 69. *verſ. quoque fallit, Perez ad l. 3 prope fin. verſ. eſſet alia declaratio*, ibi. *Ergo antequam habuiſſet facultatem agendi, non currit præſcriptio*, &c. *tit.* 13. *lib.* 3. *Ordin.* Azeued. *d. l. 6. num.* 25. ibi, *nam non valenti agere non currit præſcriptio*, &c. Rot. *deciſ.* 315. *n.* 8. *p.* 2. *in nouiſſim. aliàs in poſthumis Farin. & deciſ.* 621. *num.* 3. apud eundem Farin. *p.* 1. *recentior.* Et contra probabiliter ignorantem præſcriptionem non currere, reſoluunt Azeued. *d. l. 6*

n. 21.

num. 21. Stephan. Gratian. *discept. cap.* 403. *à num.* 35. Valenzuela *d. cons.* 33. *num.* 241. vbi *num.* 237. subdit absentiam esse impedimentum legitimum vt præscriptio minimè currere possit, Rota apud Zachiam *decis.* 60. *num.* 6. *& in posthumis* Farin. *decis.* 138. *num.* 4. *part.* 1. vbi quòd in dubio ignorantia præsumitur, & fortius in absente.

14 Tertiò, quia præscriptioni inductæ per *d. l.* 6. & cuicunque alteri possunt partes renuntiare, vt probant Gutier. *in l. nemo potest num.* 46. *cum seqq. ff. de legat.* 1. Castell. *d. l.* 63. *Tauri fol.* 132. *verso in fine*, Palat. Rub. *num.* 18. Azeued. *d. l.* 6. *num.* 52. Parlador. *d. lib.* 1. *cap.* 1. §. 13. *num.* 3. vbi de renuntiatione præscriptionis iuris huiusmodi agendi; cum ergo in obligatione Camerali sit renuntiatum omni Iuris, & legum auxilio, per ea quæ diximus suprà *quæst. præcedenti num. vlt.* bene sequitur iuri huiusmodi fuisse quoque renuntiatum, licèt in co renuntiando specialis requireretur renuntiatio; nam quando
15 in instrumento reperitur renuntiatum cum iuramento (provt in casu nostro) omni priuilegio sibi competenti, vel omni legum auxilio, tantum valebit ista renuntiatio, quantum si fuisset specialiter renuntiatum cuicunque priuilegio, & legum, seu statutorum speciali auxilio, vt post Aretin. & Capic. ac alios resoluit Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 531. *num.* 98. & censuit Rota *decis.* 665. *n.* 9. apud Farin. *p.* 1. *recentior.*

16 Quartò, quia cum adsit iuramentum in obligatione huiusmodi, per illud perpetuatur actio, & ius exequendi, nam hoc casu locum non habet præscriptio inducta *à d. l.* 6. Ita in nostris terminis resoluit Castell. *d. l.* 63. *Tauri fol.* 163. ibi, *Adde alium casum satis mirabilem, in quo non currit ista præscriptio decem, vel viginti annorum, quia ad minus debet seruari in Curia Ecclesiastica, quia Iure nostro non potest in contractibus apponi iuramentum: pone ergo quod iuramentum est oppositum per debitorem per se obligantem in ipsa obligatione, tunc nunquam potest talis debitor opponere præscriptionem*, &c. nam *iuramentum perpetrat actionem*, &c. Auiles *vbi suprà num.* 69. *vers. dic tamen*, ibi. *Si instrumentum est iuratum, licèt tempus de-*
17 *cennij sit transactum, mittitur executioni*, &c. Auendan. *d. p.* 2. *cap.* 30. *num.* 14. *vers. item d. l.* 3. ibi. *Non habet locum si in contractu contra quem præscriptio decennalis prætenditur, esset interpositum iuramentum in casibus, vbi poni potest*, &c. Mancin. *de Iuram. par.* 4. *effectu* 85. *num.* 3. Nouissimè Ioseph. Vela *Iuris controuersi in Hispalensi Senatu* differt. 10. *num.* 4. Galganet. *ad Statuta vrbis cap.* 158. *de præscript. numer.* 50. *vers. intelligitur pag.* 714. vbi idem resoluit, aduertitque in hoc Regno Castellæ, & in Lusitania prohiberi apponi Iuramentum in contractibus à scribis. Azeued. *in d. l.* 6. *num.* 27. *cum seqq.* vbi quòd Iuramentum perpetuat obligationem, & plures id in expressis terminis executiuis notantes refert, licèt propter dictam prohibitionem apponendi Iuramentum in scripturis apud Castellanos, & Lusitanos hoc ad nihilum deseruire asserat. Quicquid existimet Gutier. *de iuram. confirmat. p.* 3. *cap.* 1. *num.* 8. *cum seqq.* Quia vltra quàm quod eius resolutio in Iure non subsistit, illa procedere non poterat ob nullitatem instrumenti, propter iuramentum in eo
18 appositum, quia sicut instrumentum non probat contractum, ita nec iuramentum, cum absolutione instrumenti resoluatur omne ius oriens ex instrumento, optimè Surd. *cons.* 361. *num.* 12. *& 13. lib.* 3.

19 Quintò, quia creditor petiit debitum coram Auditore Cameræ Apost. & vigore suæ obligationis Cameralis obtinuit relaxari mandatum executiuum contra personam & bona debitoris, vnde si per solam petitionem executionis interrumpitur præscriptio hæc iuris executiui, vt resoluunt Azeued. *d. l.* 6. *num.* 39. Palat. Rub. *d. l.* 63. *Tauri n.* 21. ibi, *Item interrumpitur per petitionem debiti*, &c. Castell. 20
ibidem num. 4. Nouissimè Vela Hispalen. *dissertat. lib.* 1. *dissert.* 26. à fortiori per missionem executoris per Iudicem factam contra debitorem, iuxta doctrinam Palatij Rubei *vbi suprà num.* 21. *vers. item per missionem.* Castell. *ibi vers. tertio interrumpitur*; nam petitio executionis sententiæ, seu mandati operatur, vt nunquam currat præscriptio, Caputaq. *decis.* 362. *n.* 3. *&* 4. *p.* 2. Achil. *decis.* 5. *numer.* 2. *de præscript.* post Balb. *in rub. eod. tit. col. vlt. vers. dubitatio*, & loquendo de quadam præscriptione decennali inducta ab statuto Bononiensi tenet Rota *decis.* 326. *n.* 5. *part.* 1. *recentior.* quòd non procedit illud statutum stante sententia, seu mandato, vel decreto relaxato, quia tunc non præscribitur debitum nisi spatio triginta annorum.

Sextò, quia obligatio Cameralis operatur iudi- 21
cialem debiti confessionem in ipso instrumento, Gallesi. *de obligat. Camer. quæst.* 2. *num.* 11. Vestr. *in practic. lib.* 7. *cap.* 3. *sub num.* 17. & per talem confessionem interrumpitur præscriptio, *l. cùm nouissimi* 7. §. *immo & illud, vers. sed & si quis debitorum, Cod. de præscript.* 30. Natt. *cons.* 402. *num.* 64. Mathi. Coler. *ad c. illud n.* 18. *&* 19. *de præscript.*

Non obstat quod ex aduerso allegabatur, scili- 22
cet ex transcursu tanti temporis præsumi debiti solutionem, cum non esset verisimile creditorem aliàs familiaris rei diligentissimum patremfam. tanto tempore tacuisse, quia respondetur solutionem tanquam quid facti non præsumi, sed per al- 23
legantem probari debere, *l. quingenta ff. de probat.* Natt. *cons.* 569. *num.* 1. *& seq.* Surd. *decis.* 105. *num.* 9. Duran. *decis.* 387. *num.* 2. *& decis.* 409. *num.* 2. *part.* 2. Rota *decis.* 294. *num. p.* 2. *nouissim. alias in posthumis Farin.* tum etiam, quia coniectura ex taciturnitate longi temporis in non petendo credito non sufficeret ad præsumendam solutionem, vt censuit Rota apud Zachiam *post suum tract. de obligat. Camerali decis.* 60. *num.* 2. *cum seqq.* ibi. *Rursus non obstabit secunda difficultas de taciturnitate sexdecim annorum, quia tanto tempore non videbatur verisimile, Petrum Vincentium distuliss petere suum depositum, notabilis præsertim quantitatis ducatorum mille auri in auro. Sed respondebatur primò istam coniecturã petitam ex taciturnitate longi temporis in non petendo credito non sufficere ad præsumendam solutionem, Rot. in vna Romana exinctionis census sub die* 17. *Maij, & consequenter in eam propositionem excludere probationem resultantem ex publico instrumento, cum tunc debeant plures concurrere*, &c.

Nec etiam obstat quòd debitor negat se esse con- 24
tentum in obligatione, quia ex sola identitate nominis præsumitur identitas personæ, Mascand. *de probat. lib.* 3. *concl.* 1174. *num.* 24. *cum seqq.* Fului. Pacian. *eod. tract. lib.* 1. *cap.* 48. *num.* 82. *&* 83. *& lib.* 2. *c.* 15. *num.* 49. Farin. *fragm. crimin. part.* 2. *lit. I. num.* 10. *cum seqq.* eo maximè, quia non solum idem est nomen proprium, sed concordat etiam cognomen, & patria, idem Mascard. *lib.* 2. *concl.* 875. *num.* 1. *& lib.* 3. *concl.* 1174. *n.* 25. Pacian. *d. lib.* 1. *c.* 48. *n.* 88. *in fine*, Farin. *d. lit. I. num.* 16. & sic adsunt duo signa indicatiua huius identitatis, ex Bart. *in l. demonstratio falsa in* 7. *quæst. num.* 14. *ff. de condit. & demonst.* Mascar. *d. conclus.* 875. *num.* 2. Menoch. *de præsum. libr.* 6. *præs.* 51. *num.* 36. *cum seqq.* quo casu bene probatur identitas

identitas. Galgan. *de condit. p. 2. cap. 2. q. vlt. ex num. 9.* Mieres *de maior. part. 2. q. 7. n. 96. in 2. edit.* Loter. *de re benef. lib. 2. quæſt. 11. num. 121. & 122.* Ciriac. *tom. 2. controu. 281. num. 25. 26. & 33.* Noguerol *allegat. Iuris tom. 1. alleg. 25. num. 265.* & non conſtat nec allegatur quod in ea patria ſit alius eiuſdem nominis, & cognominis, in quo tantum caſu identitatem perſonæ probari debere affirmant Natt. Tuſch. Pacian. & alij, quos refert & ſequitur Farin. *d. lit. I. num. 13.* Et ita eadem eſt perſona, & non præſumitur pluralitas. Bart. *in l. ſi quis ſeruum §. ſi inter duos, in fine, ff. de legat. 2. & in l. ſi in rem, per tex. ibi, ff. de rei vendicat.* Deci. *in l. hac conſultiſſima n. 18. ff. qui teſtam. facere poſſunt*, Anton. de Butrio *in c. 2. n. 8. de libelli oblat.* Deci. *in c. in præſentia n. 40. de probat.* Pacian. *lib. 1. c. 48. n. 82. & 83. & lib. 2. c. 15. n. 49.*

Hæc omnia pro reſponſione ad ea, quæ pro contraria parte allegabantur, fuerunt acerrime diſputata, ipſo Antonio Diaz Dafonſeca nimis acriter informante, & factum negante, cuius vt exactiorem notitiam Iudices haberent, ſcripturaſque ipſas originaliter è Romana Curia adductas recognoſcerent, fuit reſolutum vt inprimis & ante omnia me ac ipſomet Antonio præſente coram aliquibus viris Curialium expeditionum peritis, & in hoc oppido commorantibus, examen fieret in præſentia D. Franciſci Pereira Pinto Regij Conſiliarij, & electi Epiſcopi Portugalenſis, quo peracto examine, & ipſis Curialibus auditis deuentum eſt ad finalem huius negotij reſolutionem, de qua expeditum fuit aliud Regium diploma, tenoris ſequentis, videlicet,

EV el Rey faço ſaber aos que eſte Aluarà virem, que auendoſeme preſentado alguãs petições por parte de Baltaſar Diaz da Fonſeca, tocantes a cauſa que entre elle, e Doutor Agoſtinho Barboſa corre, ſobre a Theſouraria mor da Collegiada de Guimaraẽs, emque pellas razões que nella refiria, pedia entre outras couſas mandaſſe eu ſobreſtar na execuçaõ de huũ Aluarà, que em quatorze de Nouembro do anno paſſado de mil e ſeiſcentos e trinta e noue mandei paſſar ao meſmo Agoſtinho Barboſa, e por elle ſe nã fizeſſe obra, por ſer nullo, e que hauendoſe feito, ſe repuſeſſe no primeiro eſtado, e ſe tomaſſe o aſſento que ſe auia de tomar no deſembargo do Paço entre o ditto Agoſtinho Barboſa, com o Chantre de Guimaraẽs; è tãbẽ ſe ſentẽce aſſẽ os embargos com que tinha vindo ao ſequeſtro que eu auia mandado por nos frutos da ditta Theſouraria, e ſe lhe deſſemos alimentos è congrua que lhe eſtauaõ iulgados por ſentença da Relaçõ do Porto; e iuntamente ſe lhe guardaſſe a tuitiua que ſe lhe auia concedido; è que o Cabido da ditta Collegiada de Guimaraẽs foſſe notificado naõ deſſe poſſe da Theſouraria mòr della a peſſoa em que ſe dizia que o ditto Agoſtinho Barboſa a tinha renunciado. E preſentandoſeme tãbẽ por parte do meſmo Doutor Agoſtinho Barboſa outras petiçoẽs em que pedia, ſe lhe guardaſſe ò Aluarà referido, que ſe lhe tinha paſſado, è as ſentenças (em virtude das quaẽs eſta de poſſe) que tinha àuido no juizo Eccleſiaſtico, onde ſe deuia de remetter toda eſt, cauſa por ſer competente: è que para melhor conſtar de ſua iuſtiça mandaſſe eu, que ſe preſentaſſem as Bullas originaẽs da prouiſaõ, penſaõ, è regreſſo, e ſupplica original de ſua Santidade, em cuia virtude ſe expediraõ, procuras, e conſentimentos que ſe preſentaram, mandey ver todas as dittas petições, e os mais papeis que con ellas ſe iuntaraõ preſentados por huã, è outra parte, com a ditta ſupplica original, è Bullas de ſua Santidade da penſaõ, prouiſaõ, e regreſſo, que pella meſma ſupplica ſe expediraõ, e as diligencias que ſobre ellas ſe fizeraõ com os Curiaẽs de Roma que aſſiſtem neſta Corte, ſendo preſentes, e ouuidos o meſmo Agoſtinho Barboſa por ſi, è Balthaſar Diaz da Fonſeca por ſeu baſtante procurador Antonio Diaz da Fonſeca. E viſto todo, fui ſeruido reſoluer, que naõ auia que alterar na reſoluçaõ que tinha tomado pello Aluarà referido, que mandey paſſar neſta Corte em quatorze de Nouembro do anno paſſado de mil è ſeiſcentos è trinta è noue ao ditto Agoſtinho Barboſa, è que as partes podeſſem requerer no juizo Eccleſiaſtico, como lhes pareceſſe E hauendoſeme deſpoẽs repreſentado por parte do ditto Doutor Agoſtinho Barboſa, que eſtàndo para aſſinar as cartas em que ſe continha a ditta reſoluçaõ que fiqua referida, è fuy ſeruido tomar na ditta cauſa, fizera Balthaſar Diaz da Fonſeca petiçaõ para eu lhe mandar dar copia da tal reſoluçaõ, è dandoſe lhe ſe auia ſobreſtado no aſſinar, è depois de a auer, dera ſua repoſta, alegando as razoẽs que erã por ſua parte; è ſem embargo de tudo fora eu ſeruido ordenar, que a ditta reſoluçaõ ſe cumpriſſe, è ſe lhe entreguaſſe os deſpachos; pedindome, que por quanto as cartas que eu auia mandado eſcreuer ſobre a ditta reſoluçaõ eraõ de Agoſto paſſado, e podia fazer duuida ſerẽ tã antiguas, mandaſſe declarar por outra carta ſer eſta a cauſa porque nã ſe auia embiado em Agoſto as que leuauaõ à datta da quelle mez. E em conſideraçaõ do referido, e auer paſſado aſſy o que Agoſtinho Barboſa repreſentou, fuy ſeruido mandalo declarar, e eſcreuer à Princeſa Margarida minha muito amada e prezada ſenhora prima, para aſſi o ter entendido, è nã fazer duuida a antiguedade das cartas de Agoſto; e o meſmo mandey tãbem eſcreuer ao Gouernador da Relaçaõ e caſa do Porto. E porque deſtas minhas reſoluçoẽs ſe paſſaraõ as dittas cartas, huãs em trenta e huũ de Agoſto, e outras em quinze deſte prezente

te me de Nouembro, e agora se me reprezentou por parte do mesmo Doutor Agostinho Barbosa que auendo eu sido seruido de tomaras dittas resoluçoẽs na causa referid a nã podia con as dittas cartas fazer todas as diligencias que lhe erã necessarias, pedin dome lhe fizesse merce, de ordenar se lhe dessem por Aluarà as dittas resoluções insertas nas dittas cartas com as clausulas necessarias para sua validade; ouue por bem de lhe mandar passar este Aluarà que mando a todos meus Tribunaẽs, Ministros, Iustiças, Officiaẽs, e pessoas quaesquer a que tocar, o cũprã, e façaõ muy inteiramente cumprir e guardar as dittas resoluçoẽs aquy insertas, que na forma referida fuy seruido tomar. Este ditto Aluarà mando que valha, posto que naõ passe pella Chancelaria, e quero que tenha força e vigor de carta passada em meu nome, posto que seu effeito aja de durar mais de huũ anno; tudo sem embargo do que em contrario dispoem aOrdinaçaõ do segundo liuro titolo trinta e noue e quaranta. E nã pagou meja annata, por ser materia de justiça, e assi se nã deuer. Diogo Teyxeira o fez em Marird aos desoito dias do mes de Nouembro de mil e seiscentos e quarenta annos. Diogo Soarez o fez escreuer.

REY.

Per hæc expeditæ fuerunt controuersiæ omnes, & causæ finis impositus; quare vt etiam prætensionibus finem imponerem, & ad patriam meam redire feliciter possem, à qua abhinc viginti & quatuor annis discesseram, aduentus mei diem præfiniui, eo præcipuè animo, vt Dignitate mea contentus, in patria inter consanguineos, & amicos vitam transirem quietam & pacificam, B. Virgini ab Oliua inseruiendo, quam patronam singularem in his dirigendis litibus elegeram. A nostro Rege Catholico, & ab Excellentissimo Duce Comite de san Lucar habita proficiscendi licentia, ecce aduentitat rumor quidam de inopinato Portugaliæ successu, profectionis dies dilatatur, impeditur deinde ne aliquis in Lusitaniam proficiscatur, & omnis ab vtraque parte communicatio tollitur, vnde cogor hìc permanere à Dignitate & beneficiis meis alienus, & quod peius est, paupertate, & valetudine parum firma anxius, & tribulationibus plenus, quid agam, ignoro! quò me vertam nescio; demum nihil his sic stantibus potest esse securius, quàm illi omnia committere, qui nouit suis cultoribus congruè profutura præstare, tuti namque, vt inquit S. Bernardus, erimus à malis omnibus, si Deo nostra omnia committamus.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

Nouissima AVCTORIS hac de re
ADMONITIO.

VM liti & operi finem imponerem, inopinato succeßit euentu quòd vota aliqua per tabellarium ex hac Matritensi Curia ad Lugdunensem ciuitatem à me transmissa, in via amitterentur; vnde huius operis editio per annum cum dimidio plus solito dilata fuit, & sic nouissimè quædam litteræ è Portugalia, sine subscriptione, propter difficultatem illas huc transmittendi, ad manus meas forte fortuna peruenerunt, quibus nuntiabatur Balthasarem aduersarium, Regiæ resolutioni contradicentem, quæ maturo cum iudicio, & tempore habili hîc capta fuerat, causam hanc iam penitus extinctam falsis relationibus suscitasse, & varia à Regijs modernis Senatoribus Palatinis decreta præcedentibus resolutionibus directò contraria obtinuisse, opera & diligentia Doctoris Thomæ Pinheiro da Vega, acris ingenij viri, qui Regiæ Coronæ Procuratoris officio fungens, plures excitauit nouitates ad Ecclesiasticam iurisdictionem euertendam; tentauit namque, dicto Balthasare instante, & instigante, vt Regia lege lata caueretur, ne vlla causa Ecclesiastica, etiam beneficialis, aut matrimonialis, è Portugaliæ & Algarbrorum Regnis in secunda, tertia, vel alia vlteriori instantia ad sacram Rotam traheretur; necnon Auditoris Cameræ Apost. iurisdictionem Cameralium obligationum tanquam primis Ordinariorum instantijs præiudicialem in eisdem Regnis seruandam non esse ausus est affirmare; & id in mea causa pro impedienda Rotalis sententiæ & mandatorum Auditoris Cameræ executione, in meum fauorem latorum cœpit ad instantiam dicti Balthasaris cum magno scandalo practicari. Nouitati penitus inauditæ, & tantæ audaciæ cùm nullus publicè contradicere auderet, Ego solus verbis & scriptis, adeò Sacræ Rotæ, & Auditoris Cameræ Apostol. iurisdictionem non sine magnis expensis, & laboribus defendi Regijs Senatoribus, & præcipuè dictis Thomæ, & Balthasari intrepidè resistens, qui ideo me semper maximo odio prosequuti sunt, vt præter illorum opinionem, qui de Ecclesiastica iurisdictione malè sentiebant, victoriam contra eos reportassem, ac per Regios vtriusque Coronæ ministros selectissimos fauorabilem obtinuerim resolutionem, & sic, aduersariorum contradictione non obstante, mandatum fuit meas sententias & decreta Rotalia exequi debere, quorum vigore illico in pacificam & capitularem meæ Thesaurariæ possessionem, omnibus applaudentibus immissus fui, vt suprà dixi, & ex ipso possessionis instrumento satis patet.

Verùm succedente Superiorum, & Ministrorum mutatione, quorum operâ & diligentiâ finalis illa resolutio capta fuerat, ob rerum mutationes, remanserunt Portugalenses Senatores, qui prædictæ nouitatis inuentores extiterunt, absoluti huius rei moderatores, potueruntque secundùm suam primæuam intentionem ad vomitum reddere; & sic nulla de præcedentibus resolutionibus habita mentione, ad instantiam dictorum Thomæ & Balthasaris, cœperunt de hac causa cognoscere perinde ac si in ea nulla fuisset legitimo tempore capta resolutio.

Cùm autem facilè non esset modum inuenire, quo possent legitimè factum destruere, contra Cantorem dictæ Ecclesiæ Vimaranensis arma sua direxerunt; nam olim antequam de sententiarum ac mandatorum huiusmodi Rotalium executione in partibus tractarem, sine illius præiudicio, tentaui priùs ope dicti Cantoris in meis Bullis reseruationis pensionis Iudicis executoris specialiter deputati, terminos pensionis huiusmodi debitos, & nõ solutos vsque ad diem canonizationis regressus, exigere, qui seruatis de Iure seruandis, ritè & rectè mandatum executiuum,

executiuum, & sequestrum aduersùs Balthasarem relaxauit, contra quem idem Balthasar apud Iudices laicos Senatus Portugalensis de asserta vi conquestus est, quibus iniustis querelis ipsi, vt solent, detulerunt, & Iudicem exequutorem præfatum vim facere declararunt; sed cùm huiusmodi resolutioni, & eorum mandatis obedire idem Iudex non curasset, fuit per dictum Balthasarem ad dictum Regium Senatum Palatij prouocatum; sed ne in his procedimentis causa magis confunderetur, & ansam sumerent contrarij excitandi dubia, quæ non possent breuiter terminari, malui pensionis exactionem hac via prætensam suspendere, & prouocationis huiusmodi iudicium non sequi, & statim ad executionem mandatorum Rotalium super regressu & accessu, deuenire, & cùm coram Rege Catholico petiissem impedimenta à suis Portugaliæ Senatoribus contra illa indebita obiecta reiici, post longam disputationem, & plures eorum contradictiones obtinui in hac Curia illa exequi debere; & licèt idem Balthasar sæpissimè instaret iterum audiri, & interim mandari suspendi dictam resolutionem, & remitti causam ad dictum Regium Senatum Palatij, vt in eo capi posset resolutio super dictis procedimentis dicti Cantoris Iudicis executoris, necnon sibi ex fructibus Thesaurariæ assignari alimenta, illosque sequestrari; tandem sub diebus 31. Augusti, & 10. Nouembris anni 1640. ante rerum mutationem Iudices Matritenses vtriusque Coronæ à Rege Catholico ad hoc negotium specialiter deputati steterunt in decisis, & sic prætensa ab aduersa parte petita in totum ei denegata fuerunt, & causa remissa ad Iudices Ecclesiasticos competentes, vt constat ex litteris hanc resolutionem continentibus ante prædictam mutationem ad Principem Margaritam Regni Portugaliæ gubernatricem legitimo tempore transmissis, & executioni datis.

His ita habitis, & elapsis vndecim mensibus, à tempore, quo pacificam accepi possessionem, nullo illam eo medio tempore contradicente, habita mutationis notitia, surrexit dictus Balthasar, & temporis commoditate frui volens, me absente, & in hac Matritensi Curia detento, eo quòd nulli liceret ex hac Curia ad Portugaliæ Regnum conuolare, iterum allegauit ea super quibus in hac Curia fuerat iam acerrimè disputatum, & resolutio capta, illico obtinuit à Regiis Palatij Senatoribus procedimenta dicti Cantoris Vimaranensis reponenda esse, qui exinde Senatores indebitè, & de facto procedentes, ac sine iurisdictione, dixerunt Thesaurariæ fructus debitam pensionis quantitatem respicientes, sequestrandos esse, reliquos verò eidem Balthasari consignandos. Non possum non, Senatores amplissimi, vestram hanc mirari resolutionem, sacris Canonibus, & Pontificiis Constitutionibus, ac præcedentibus resolutionibus penitus contrariam. Quorsum enim cognitionem per Regium decretum vobis ademptam, extincta iam lite, suscitare in mei odium prætenditis? Quorsum in annullanda executione Cantoris Iudicis executoris elaboratis, si nunc de pensione nihil agitur, vtpote iam extincta per canonizationem regressus, & illius vigore captam pacificam, & Capitularem Thesaurariæ possessionem? Quorsum fructus, qui ad me vti verum Titularem pacificè possidentem spectant, Balthasari titulum non habenti adiudicatis, & consignari mandatis? Quorsum in his fructibus Ecclesiasticis diuidendis, & Balthasari consignandis manum imponitis, si hæc ad vos Iudices omnino incompetentes nullatenus pertinere dignoscuntur? Quorsum me absentem, impeditum, non citatum, & penitus inauditum in pacifica Thesaurariæ meæ possessione de facto perturbare procuratis, in contemptum supremi ac integerrimi sacræ Rotæ Tribunalis, cuius auctoritate possideo? Quorsum denique in Regiæ resolutionis tempore habili captæ propter nouam forsan rerum mutationem, illam sine causa, & contra communem omnium placitum, innouare, mutare, & alterare non sine scandalo intentatis?

Miror valde integerrimum Doctorem Ioannem Pinheiro præceptorem meum, vnum ex Palatinis Senatoribus, qui prædictis modernis resolutionibus subscripserunt, cùm illi ignota nunquam fuerint mei iuris fundamenta; tribus enim abhinc annis, dum ille in hac Curia moraretur, Regiæ resolutiones præfatæ in mei fauorem eo vidente captæ fuerunt;

& in domo ſolitæ habitationis recolendæ memoriæ D. Doctoris Franciſci Pereira Pinto electi Epiſcopi Portugalenſis examini Curialium Romanæ Curiæ, & Antonij Diaz Daſonſeca, dicti Balthaſaris germani, quod de ſpeciali Regis Catholici mandato ad veritatem eruendam factum fuit, præſens interfuit, quia eius præſentiam in his aliis ceſſionibus pro huius negotij expeditione factis, neceſſariam eſſe reputauit idem D. Epiſcopus electus, vt ſic poſſet cognoſcere dictum Balthaſarem malam & iniuſtam cauſam defendentem, eius fauore, quem illi non ſemel impartiebatur, indignum eſſe.

Non minor admirationis cauſa ſeſe mihi offert, dum audio dictis modernis reſolutionibus etiam ſubſcripſiſſe duos viros in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutos, & virtutibus, ingenio, ac nobilitate pares, per illuſtres ſcilicet, & ſapientiſſimos DD. Sebaſtianum Cæſarem, & Dominum Rodericum de Meneſes, Palatij huiuſmodi Senatores, quorum primus, licèt etiam mihi præſentialiter notus non ſit, eum tamen licèt abſentem ſemper veneratus fui propter egregiam, & doctiſſimam de Eccleſiaſtica hierarchia relectionem, quam cum communi omnium vtilitate, elapſis annis Conimbriæ in lucem edidit. Poſterior verò, dum in hac Curia moraretur, me non ſemel Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum D. D. Ioannem Cogtinum Archiepiſcopum Elborenſem eius patruum in hac cauſa informantem audiuit, & laudauit.

Quare, nobiliſſimi, & doctiſſimi viri, reſolutiones huiuſmodi nouellas à vobis ſubſcriptas non integro ac ſyncero veſtro iudicio captas exiſtimo, ſed ex certi cuiuſdam ſententia Eccleſiaſticæ iuriſdictioni infeſtiſſimi factas credo, qui ideo ineptiſſimis fundamentis & ventulis nihil ad rem pertinentibus doctrinas ipſas per ſe grauiſſimas, ac vehementer arduas prauo animo inficit, atque contaminat ad incautos nonnullorum animos vel illaqueandos, vel in contemptum Eccleſiaſticæ iuriſdictionis ad ſuas nouitates adducendos. Non potuiſſent Principes nonnulli (vt ad hoc propoſitum aduertit Boët. Ego de Regalib. n.150.) *qui noſtro ſæculo defecerunt ab Eccleſia Catholica, meliorem optare ſuarum cantilenarum præcentorem, quàm Regaliſtam hunc nouellum, ad cuius audaciam comprimendam veſtrum erat, viri religioſiſſimi, intrepido animo inſurgere, poſtpoſito omni offendendi temporalem iuriſdictionem timore; non ſic olim vanus hic timor doctiſſimos viros compreſſit. Albertus enim Pygius* toto libro Eccleſiaſticæ ſuæ hierarchiæ quinto, *fortiter Eccleſiæ cauſam defendit contra ſeditioſiſſimi nebulonis, Marſilij ſcilicet Paduani, conatus, qui temporibus Ioannis XXII. ſub anno Chriſti* 1330. *Ludouico Bauaro Imper. turpiter adulatus omnem omnino iuriſdictionem non modò temporalem, ſed ſpiritualem Clero & Eccleſiæ prorſus adimebat. Eodem ferè tempore noſter Aluarus pelagius Epiſcopus Syluenſis, eiuſdem Ioannis XXII. Pœnitentiarius, vir omnium ſui temporis doctiſſimus, tum Iureconſultus, tum Theologus, Petri Corbarij Pſeudo-Pontificis ab eodem Ludouico Imper. intruſi fortiſſimus oppugnator Eccleſiaſticam, & Apoſtolicam iuriſdictionem acerrimè defendit* totis duobus voluminibus, de planctu Eccleſiæ. *Vnde bene Boët. Epo* d.num.150.pag.83. *contra tales Nouatores Regaliſtas ſic loquitur.* Quibus fit vt hominum nouorum nouas Regalium defendendorũ vias ad aures Principum prurientes molliter fricandas nouè, & inſolenter inueſtigantium conatus iſte nouus nullo modo ſit ferendus. *Et rectè ac piè* ibidem num.141. *exclamat his verbis.* Dicimus igitur ac alta voce pronunciamus, nullam prorſus aliam Regalium defendendorum rationem fore iuſtam, præter ſolum, & vnicum ſolius Romani Pontif. Eccleſiæ Catholicæ capitis inter homines ſupremi diuinitus conſtituti priuilegium, quo laici rerum talium ſecundùm commune Ius alioquin incapaces, ex mera gratia, benignitatéque ſummi Moderatoris Eccleſiaſtici redduntur eorundem capaces, *&c. Tali namque priuilegio deficiente, quicquid alia via factum fuerit, nullius prorſus effectus eſſe poterit, & ſi quis ſecus fecerit, vel facere tentauerit, diuinum ſupplicium expectet, exemplo Oziæ Regis, qui, vt habetur* 2. Paralip.26. *repentè modo lepræ punitus*

fuit,

fuit, quia Sacerdotum munus ſubire tentauit, quod factum latè expendens Chryſoſtom. homil. 4. de verbis Iſaiæ, *ſic ad Regem affatur.* Mane intra terminos tuos, alij ſunt termini Regis, alij termini Sacerdotij. *Qui enim diutiùs imperare, & Regnum ſuum ad longam poſteritatem feliciſſimè perducere deſiderat, Sedem ipſam Apoſtol. eiuſque ſacroſanctam iuriſdictionem ſingulari quadam obſeruantia veneretur, & defendat; nam olim Hiſpaniam in turpiſſimum Maurorum iugum, & fœdiſſimam Mahometanæ gentis ditionem deueniſſe fertur, non ſolùm ob indomitam, effrænatamque luxuriam, ſed præcipuè, quia in debita reuerentia, & ſubiectione Sedis Apoſtol. defecit, vt referunt Cardin. Cæſ. Baron.* in annalib. Eccleſiaſt. anno Chriſti 701. *Cochier* in vindic. libert. Eccleſiaſt. part. 1. cap. 33. num. 23. *Franc. Longus à Coriliano* in Breuiario chronologico anno Domini 704. pag. mihi 208. *Illuſtriſſ. D. meus Rodericus à Cunha Vlixbonenſis Archiepiſc.* in comment. ad cap. ſi gens Anglorum n. 5. diſt. 56. *me citato Antonin. Diana* moral. reſol. part. 5. tract. 1. reſol. 23. verſ. nec deſinam.

PRINCIPALIORES SCRIPTVRÆ AD FAuorem D. AVGVSTINI BARBOSÆ, contra BALTHASAREM DIAZ DE FONSECA reproductæ, de quibus in hac praxi sæpe mentio fit.

I.

Instrumentum consensus, & obligationis Cameralis.

IN nomine Domini. Amen. Præsenti publico instrumento cunctis vbique pateat euidenter, & sit notum quod anno à Natiuitate Domini millesimo sexcentesimo vigesimo quarto, indictione septima, die verò secunda mensis Ianuarij, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Vrbani diuina prouidentia Papæ VIII. anno eius Primo: in mei Reuerendæ Cameræ Apostolicæ Notarij publici, testiumque infrascriptorum præsentia præsens & personaliter constitutus perillustris & Reuerendus D. Augustinus Barbosa Clericus Bracharensis ciuitatis, vel diœcesis, cui aliàs de Thesauraria secularis & Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ de Oliueira nuncupatæ, oppidi de Guimaraẽs Bracharensis diœcesis per obitum quondam Ioannis Nogueira illius dum viueret vltimi possessoris extra Romanam Curiam de mense Nouembris anni Domini millesimi sexcentesimi deciminoni defuncti vacante, Apostolica auctoritate prouisum fuit ex certis causis animum suum mouentibus cessioni omnis, & cuiuscunque iuris, actionisque sibi in dicta Thesauraria competentis litteris Apostolicis desuper expeditis, possessione tamen non habita, ac reseruata pensione infrascripta, & iure contra Capitulum dictæ Ecclesiæ super consecutione distributionum quotidianarum per eum propter impedimenta sibi per ipsum Capitulum indebitè præstita, non perceptarum, ac expensarum, damnorum, & interesse agendi validè reseruatis, & non aliàs, aliter, nec alio modo, in Sanctissimi D. N. Papæ manibus, & fauorem R.D. Balthasaris Diaz de Fonseca Clerici nullius Prouinciæ Vlixbonen. in decimo nono ætatis suæ anno constituti, & ad præsens actu in Vniuersitate studij generalis Colimbrieñ operam nauantis, cui de illa prouideri conceditur, qui R. D. Balthasar ne ex resignatione dicti D. Augustini nimium idem D. Augustinus dispendium patiatur, ideo reseruationi, constitutioni, & assignationi sibi iuris agendi contra dictum Capitulum, & pensionis annuæ ab omni decima, media, & quauis alia fructuum parte, subsidio etiam charitatiuo, & excusato, ac alio ordinario, & extraordinario onere, etiam pro reparatione Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & classis triremium manutentione, Cruciata sancta, expeditione contra Turcas, & alios infideles, etiam pro sustentatione seminarij puerorum Ecclesiast. & quauis alia etiam vrgentissima, & de necessitate exprimenda causa, etiam ad instantiam, & contemplationem Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum Apostolica, vel quauis alia auctoritate impositis, & imponendis, etiamsi in impositionibus huiusmodi caueatur expressè, quòd pensionarij quicunque pro rata pensionum suarum quamtumuis exemptarum præmissis omnibus contribuere teneantur, quam ratam dictus D. Balthasar tam suo, quàm successorum suorum prædictorum nominibus de suo, & eorum proprio soluere promittit, & quidquid propterea soluerit, vel soluerint, illud omne D. Augustino prædicto, donatione pura, perpetua, & irreuocabili, quæ dicitur fieri inter viuos, gratiosè donat, & remittit, ac donatum, & remissum esse vult, & fore promittit, nec non belli, pestis, incendij, grandinis, tempestatis, militum incursionis, agrorum deuastationis, & deprædationis, fructuum etiam omnium non recollectionis, & cuiusuis alterius quamtumuis sinistri, & inexcogitabilis, ac euenire insoliti casus fortuiti euentu, in Sanctissimi D. N. Papæ manibus, & prædicti Illustris D. Augustini fauorem, cui de illa, & dicto iure reseruari conceditur, liberæ, immunis, & exemptæ ducentorum ducatorum auri de Camera de & super dictæ Thesaurariæ fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, & emolumentis vniuersis, ac etiam distributionibus quotidianis, etiam D. Augustino quoad vixerit, vel procuratori suo legitimo per dictum D. Balthasarem, & successores suos dictam

Thesauratiam

Thesaurariam pro tempore quomodolibet obtinentes, annis singulis hic Romæ, vel alibi, vbi dictum D.Augustinum pro tempore ad voluntatis suæ libitum commorari, & residere contigerit, pro vna videlicet in Epiphania Domini à proxima incipiente, & altera medietatibus pensionis per præsentes reseruatæ huiusmodi in Natiuitatis sancti Ioannis Baptistæ festiuitatibus etiam litteris Apostolicis desuper expediendis eidem D. Balthasari, qui illas pro sibi legitimè intimatis habet, & successoribus prædictis, minimè intimatis, ac possessione dictæ Thesaurariæ per ipsos habita, vel non habita, ac sub consuetis sententiis, censuris, & pœnis integrè, expensis tamen, rifico, & periculo dicti D. Balthasaris, successorum suorum prædictorum, vigore tamen literarum Apostolicarum desuper infra nouem menses proximos expediendarum, nec aliàs, alioquin præsens reseruatio nulla sit eo ipso, persolueñ. Et cum decreto, ac concessione, & indulto, quòd dicto D.Balthasare, vel aliquo ex successoribus prædictis in solutione dictæ pensionis per præsentes reseruatæ modo, & forma præmissis facienda in toto, vel in parte cessantibus, vel deficientibus, aut illam ad minorem summam reduci, annullari, vel inualidari petentibus, vel procurantibus, aut pensionem ipsam per præsentes reseruatam ex quauis causa nullam & inualidam, seu malè, aut nulliter assignatam esse dicentibus, & allegantibus, liceat dicto D. Augustino (postquam ad id repertus fuerit idoneus) ad dictam Thesaurariam liberos habere accessum, & ingressum, [illegible] eius nomine propria auctorit[illegible]ám super præsentibus con-
ficien[illegible]acis prouisionis sibi de illa
ex nu[illegible] auctoritate factæ habere
absqu[illegible]vt prius, quoad vixerit, re-
tinere[illegible]huiusmodi minime fecisset.
Et cu[illegible]m alij in dicta Thesauraria
pro tempore quomodolibet succedentes p[illegible]æ pensionis per præsentes
reseruatæ modo, & forma præmissis facienda sese, ac suos hæredes, & successores, suaque, & eorum bona, ac successorum quæcunque, ac fructus huiusmodi in ampliori forma Cameræ Apostolicæ, dictus D. Balthasar videlicet ex nunc, successores verò quilibet prædicti infra bimestre à data prouisionis tam ordinaria, quàm Apostolica auctoritate cuiquam factæ computandum valide, & efficaciter obligare, ac cautionem banchariam ad arbitrium, & beneplacitum dicti D. Augustini sufficientem & idoneam ad sexcennium duraturam, sexto quoque anno, & per sex menses ante finem cuiusque sexcennij renouandam præstare teneatur, & ad id censuris Ecclesiasticis, etiam executiuè procedendo cogi possit. Necnon denique cum alio decreto quòd dictus D.Balthasar omnes, & singulas expensas circa pensionem ducento-um ducatorũ huiusmodi sic per præsentes reseruatam tam ratione compositionis, quàm expeditionis literarum Apostolicarum, vel aliàs quomodolibet necessarias dictum D. Augustinum tangeñ de suo proprio absque spe aliquid vnquã postea repetendi, aut ex terminis eiusdem pensionis per præsentes reseruatæ defalcandi facere; nec non eidem D. Augustino qui dictam pensionem antiquam centum quinquaginta ducatorum similium R. D. Ioanni Antonio Pauonio Clerico Apostolica auctoritate reseruata extitit, dicto D. Ioanni Antonio per duos annos cũ dimidio de suo proprio persoluit, ac quamplures alias expẽsas, & præcipuè circa expeditionem litterarum Apostolicarum prouisionis sibi de dicta Thesauraria factæ subiit, de fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, & emolumentis vniuersis eidem Thesaurariæ, & illi annexorum quorumcumque à die obitus, dictique Ioannis decursis, & etiam ex quauis causa pertinentibus, & per ipsum D.Augustinum non exactis, summam noningentorũ ducatorũ auri de Camera hic in Vrbe soluere, & numerare liberè, & licitè dictus D.Balthasar valeat, ac teneatur, & aliàs iuxta formã supplicationis desuper manu Sanctissimi signatæ sub datum Romæ apud S.Petrũ quarto nonas Ianuarij anno primo, Regist.libr.primo secretorũ fol. 168. ac litterarum expeditioni quoad D.Augustinum per illustrem D.Aloysium Gomez Romanum eius procuratorem, provt in mandato publico procuræ in actis D.Antonij Columnæ Notarij Auditoris Cameræ de anno præterito rogato, & illius fidem in actis meis, &c. Quo verò ad dictũ D Balthasarem per illustrem D. Antonium Diaz da Fonseca, prout in mandato publico procuræ in actis dimissis respectiuè constat, respectiuè consenserũt, iurarunt, &c. super quibus, &c. Actum Romæ in officio mei, &c. præsentibus ibidem D.D.Ioanne Raysa Romano, & Fabio Æmiliano Defara Sanctissimi D.N.Papæ Cursoribus testibus, &c. Successiuè & incontinenti nulla interposita mora supradictus D.Balthasar

SAN PEDRO NOLASCO, *à* 31. *de Enero.* Acuerdate de los cautivos, y encarcelados, como si lo estuvieras. *S.Padblo ad Hebræos.* Lea, ò oyga leer la vida de este Santo. En su vispera haga alguna penitencia. En su dia comulgue, y visite su Iglesia. Este mes ruegue por los Cautivos Christianos. *De todas las semanas vna limosna para Redencion de Cautivos.*

PRINCIPALIORES SCRIPTVRÆ AD FAuorem D. AVGVSTINI BARBOSÆ, contra BALTHASAREM DIAZ DE FONSECA reproductæ, de quibus in hac praxi sæpe mentio fit.

I.

Instrumentum consensus, & obligationis Cameralis.

IN nomine Domini. Amen. Præsenti publico instrumento cunctis vbique pateat euidenter, & sit notum quod anno à Natiuitate Domini millesimo sexcentesimo vigesimo quarto, indictione septima, die verò secunda mensis Ianuarij, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Vrbani diuina prouidentia Papæ VIII. anno eius Primo: in mei Reuerendæ Cameræ Apostolicæ Notarij publici, testiumque infrascriptorum præsentia præsens & personaliter constitutus perillustris & Reuerendus D. Augustinus Barbosa Clericus Bracharensis ciuitatis, vel diœcesis, cui aliàs de Thesauraria secularis & Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ de [illegible] de Guimaraẽs Bracharensis diœcesis per obitum quondam [illegible] ris extra Romanam Curiam de [illegible] imi deciminoni defuncti vacante [illegible] s animum suum mouentibus cessi [illegible] cta Thesauraria competentis litte [illegible] on habita, ac reseruata pensione [illegible] super consecutione distributionum quotidianarum per eum [illegible] per ipsum Capitulum indebitè præstita, non perceptarum, ac expensarum, damnorum, & interesse agendi validè reseruatis, & non aliàs, aliter, nec alio modo, in Sanctissimi D. N. Papæ manibus, & fauorem R.D. Balthasaris Diaz de Fonseca Clerici nullius Prouinciæ Vlixbonen. in decimo nono ætatis suæ anno constituti, & ad præsens actu in Vniuersitate studij generalis Colimbrien̄ operam nauantis, cui de illa prouideri conceditur, qui R. D. Balthasar ne ex resignatione dicti D. Augustini nimium idem D. Augustinus dispendium patiatur, ideo reseruationi, constitutioni, & assignationi sibi iuris agendi contra dictum Capitulum, & pensionis annuæ ab omni decima, media, & quauis alia fructuum parte, subsidio etiam charitatiuo, & excusato, ac alio ordinario, & extraordinario onere, etiam pro reparatione Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & classis triremium manutentione, Cruciata sancta, expeditione contra Turcas, & alios infideles, etiam pro sustentatione seminarij puerorum Ecclesiast. & quauis alia etiam vrgentissima, & de necessitate exprimenda causa, etiam ad instantiam, & contemplationem Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum Apostolica, vel quauis alia auctoritate impositis, & imponendis, etiamsi in impositionibus huiusmodi caueatur expressè, quòd pensionarij quicunque pro rata pensionum suarum quamtumuis exemptarum præmissis omnibus contribuere teneantur, quam ratam dictus D. Balthasar tam suo, quàm successorum suorum prædictorum nominibus de suo, & eorum proprio soluere promittit, & quidquid propterea soluerit, vel soluerint, illud omne D. Augustino prædicto, donatione pura, perpetua, & irreuocabili, quæ dicitur fieri inter viuos, gratiosè donat, & remittit, ac donatum, & remissum esse vult, & fore promittit, nec non belli, pestis, incendij, grandinis, tempestatis, militum incursionis, agrorum deuastationis, & deprædationis, fructuum etiam omnium non recollectionis, & cuiusuis alterius quamtumuis siniſtri, & inexcogitabilis, ac euenire insoliti casus fortuiti euentu, in Sanctissimi D. N. Papæ manibus, & prædicti Illustris D. Augustini fauorem, cui de illa, & dicto iure reseruari conceditur, liberæ, immunis, & exemptæ ducentorum ducatorum auri de Camera de & super dictæ Thesaurariæ fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, & emolumentis vniuersis, ac etiam distributionibus quotidianis, etiam D. Augustino quoad vixerit, vel procuratori suo legitimo per dictum D. Balthasarem, & successores suos dictam

Thesaurariam

Thesaurariam pro tempore quomodolibet obtinentes, annis singulis hic Romæ, vel alibi, vbi dictum D.Augustinum pro tempore ad voluntatis suæ libitum commorari, & residere contigerit, pro vna videlicet in Epiphania Domini à proxima incipiente, & altera medietatibus pensionis per præsentes reseruatæ huiusmodi in Natiuitatis sancti Ioannis Baptistæ festiuitatibus etiam litteris Apostolicis desuper expediendis eidem D. Balthasari, qui illas pro sibi legitimè intimatis habet, & successoribus prædictis, minimè intimatis, ac possessione dictæ Thesaurariæ per ipsos habita, vel non habita, ac sub consuetis sententiis, censuris, & pœnis integrè, expensis tamen, risico, & periculo dicti D. Balthasaris, successorum suorum prædictorum, vigore tamen litterarum Apostolicarum desuper infra nouem menses proximos expediendarum, nec aliàs, alioquin præsens reseruatio nulla sit eo ipso, persolueñ. Et cum decreto, ac concessione, & indulto, quòd dicto D.Balthasare, vel aliquo ex successoribus prædictis in solutione dictæ pensionis per præsentes reseruatæ modo, & forma præmissis facienda in toto, vel in parte cessantibus, vel deficientibus, aut illam ad minorem summam reduci, annullari, vel inualidari petentibus, vel procurantibus, aut pensionem ipsam per præsentes reseruatam ex quauis causa nullam & inualidam, seu malè, aut nulliter assignatam esse dicentibus, & allegantibus, liceat dicto D. Augustino (postquam ad id repertus fuerit idoneus) ad dictam Thesaurariam liberos habere accessum, & ingressum, illiusque corporalem, &c. per se vel alium, seu alios eius nomine propria auctoritate apprehendere, & liberè tam sui prioris tituli, quàm super præsentibus conficiendarum litterarum vigore, quas vim validæ, & efficacis prouisionis sibi de illa ex nunc provt ex tunc, & è contra, simili Apostolica auctoritate factæ habere absque alia sibi desuper de nouo facienda prouisione, & vt prius, quoad vixerit, retinere in omnibus, & per omnia, perinde ac si cessionem huiusmodi minime fecisset. Et cum decreto etiam quod tam dictus D. Balthasar, quàm alij in dicta Thesauraria pro tempore quomodolibet succedentes pro solutione dictæ pensionis per præsentes reseruatæ modo, & forma præmissis facienda sese, ac suos hæredes, & successores, suaque, & eorum bona, ac successorum quæcunque, ac fructus huiusmodi in ampliori forma Cameræ Apostolicæ, dictus D. Balthasar videlicet ex nunc, successores verò quilibet prædicti infra bimestre à data prouisionis tam ordinaria, quàm Apostolica auctoritate cuiquam factæ computandum valide, & efficaciter obligare, ac cautionem banchariam ad arbitrium, & beneplacitum dicti D. Augustini sufficientem & idoneam ad sexcennium duraturam, sexto quoque anno, & per sex menses ante finem cuiusque sexcennij renouandam præstare teneatur, & ad id censuris Ecclesiasticis, etiam executiuè procedendo cogi possit. Necnon denique cum alio decreto quòd dictus D.Balthasar omnes, & singulas expensas circa pensionem ducento-um ducatorũ huiusmodi sic per præsentes reseruatam tam ratione compositionis, quàm expeditionis literarum Apostolicarum, vel aliàs quomodolibet necessarias dictum D. Augustinum tangeñ de suo proprio absque spe aliquid vnquã postea repetendi, aut ex terminis eiusdem pensionis per præsentes reseruatæ defalcandi facere; nec non eidem D. Augustino qui dictam pensionem antiquam centum quinquaginta ducatorum similium R. D. Ioanni Antonio Pauonio Clerico Apostolica auctoritate reseruata extitit, dicto D. Ioanni Antonio per duos annos cũ dimidio de suo proprio persoluit, ac quamplures alias expẽsas, & præcipuè circa expeditionem litterarum Apostolicarum prouisionis sibi de dicta Thesauraria factæ subiit, de fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, & emolumentis vniuersis eidem Thesaurariæ, & illi annexorum quorumcumque à die obitus, dictique Ioannis decursis, & etiam ex quauis causa pertinentibus, & per ipsum D.Augustinum non exactis, summam noningentorũ ducatorũ auri de Camera hic in Vrbe soluere, & numerare liberè, & licitè dictus D.Balthasar valeat, ac teneatur, & aliàs iuxta formã supplicationis desuper manu Sanctissimi signatæ sub datum Romæ apud S.Petrũ quarto nonas Ianuarij anno primo, Regist.libr.primo secretorũ fol. 168. ac litterarum expeditioni quoad D.Augustinum per illustrem D.Aloysium Gomez Romanum eius procuratorem, provt in mandato publico procuræ in actis D.Antonij Columnæ Notarij Auditoris Cameræ de anno præterito rogato, & illius fidem in actis meis, &c. Quo verò ad dictũ D Balthasarem per illustrem D. Antonium Diaz da Fonseca, prout in mandato publico procuræ in actis dimissis respectiuè constat, respectiuè consenserũt, iurarunt, &c. super quibus, &c. Actum Romæ in officio mei, &c. præsentibus ibidem D.D.Ioanne Raysa Romano, & Fabio Æmiliano Defara Sanctissimi D.N.Papæ Cursoribus testibus, &c. Successiuè & incontinenti nulla interposita mora supradictus D.Balthasar

ar vt ſupra prouiſus volens dictum D. Auguſtinum pro conſecutione dictæ annuæ penſionis,& dictorum noningentorum ducatorum auri de Camera, vt ſuprà dictum eſt, per dictum D. Auguſtinum expoſitorum,tutum,& cautum reddere, ideo per dictũ D. Antonium procuratorem ſuum ſponte,&c.promiſit,& ſolemniter ſe obligauit,dictam annuam penſionem,vt ſupra reſeruatam,ducentorum ducatorum auri de Camera idem D. Auguſtino licet abſenti me,&c. annis ſingulis quoad vixerit,vel procuratori ſuo legitimo in locis,terminis, & temporibus,ac cum libertatibus,immunitatibus, exemptionibus, priuilegiis,decretis,conditionibus,clauſulis,promiſſionibus,omnibuſque aliis, & ſingulis in ſupradicta reſeruatione,& illius ſupplicatione latiùs expreſſis, inſertis, & contentis, & aliàs iuxta illius formam,tenorem,& continentiam, necnon etiam prædictam ſummam noningentorum ducatorum etiam modo, & forma quibus in prædicta reſeruatione, & ſupplicatione exprimuntur,& continentur hic Romæ liberè,&c.ſoluere, ac realiter, & cum effectu exburſare,etiam ſub conſuetis ſententiis,cenſuris,& pœnis;quia ſic, &c. Et vlterius pro faciliori conſecutione dictæ annuæ penſionis modo, & forma præmiſſis facienda,cedulam banchariam ſexcennalem dare, illamque de ſexcennio in ſexcennium, & per ſex menſes ante finem cuiuſlibet ſexcennij renouare liberè, &c.etiam ad id cenſuris liberè,&c.quia ſic,&c.Quæ omnia,& ſingula prædicta,nil penitus excluſo,promiſit habere grata,rata,valida,atque firma,& contra non facere, aliàs teneri, & obligatus eſſe voluit, & vult ad omnia,& ſingula quæcunque damna,expenſas,& intereſſe,pro quibus omnibus & ſingulis præmiſſis ſic tenendis, complendis, & inuiolabiliter obſeruandis, idem D.Balthaſar ſe ipſum,eiuſque hæredes,& impoſterum ſucceſſores quoſcunque, ac omnia,& ſingula ſua,& ipſorum hæredum, & ſucceſſorum ſuorum bona mobilia,& immobilia,ac ſe mouentia,& alia quæcumque præſentia, & futura, vbicumque exiſtentia, iuraque,& actiones ſibi quomodolibet competentia,& competitura,ac competentes, & competituras,nominaque debitorum,necnon dictæ Theſaurariæ fructus,redditus, emolumenta quæcunque,& diſtributiones quotidianas eidem D. Auguſtino pro ſe, ſuiſque hæredibus,& ſucceſſoribus quibuſcunque vt ſupra ſtipulanti, & recipienti, ac mihi Notario publico infraſcripto tanquam publicæ,& authenticæ perſonæ vice, & nomine, ac ad opus omnium,& ſingulorum,quorum intereſt, intererit, aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum,ſolemniter ſtipulanti,& recipienti in forma meliori, & ampliori Cameræ Apoſtolicæ ſolemniter obligauit,& hypothecauit, necnon ſe ipſum, ſuoſque hæredes,& ſucceſſores prædictos,ac bona prædicta iuriſdictioni, compulſioni, condemnationi,ſententiis,iuribus, & cenſuris, ac mero examini D. N. Papæ, ipſiuſque Camerarij, necnon Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditoris, Viceauditoris, Locuntenentis,& Commiſſarij,& alterius eorumdem;& per pactum expreſſum ſolemni ſtipulatione vallatum omnium aliarum Curiarum Eccleſiaſticarum,& ſecularium vbilibet conſtitutarum,in qua,ſeu quibus hoc præſens publicum obligationis inſtrumentum exhiberi,ſeu produci contigerit,& omnia, & ſingula in hoc publico inſtrumento contenta,& debita petita fuerint,propterea totaliter ſubiecit, & ſummiſit; per quarum quidem Curiarum Iudices, & officiales, Auditores, Viceauditores, Locumtenentes earumdem præfatus D.Balthaſar voluit poſſe conueniri, cogi, compelli, coarctari,condemnari,excommunicari,aggrauari,reaggrauari ac realiter,& perſonaliter capi, ac detineri, etiam cum inuocatione brachij ſecularis vſque ad integram ſatisfactionem omnium, & ſingulorum ſupra contentorum,& debitorum,ac damnorum,& expenſarum, & intereſſe, ita quod inchoato iudicio coram vno ex Iudicibus antedictis contra præfatum D. Balthaſarem,liceat præfato D. Auguſtino, & eius legitimo procuratori coram alio, ſeu aliis Iudicibus liberum habere recurſum vſque ad integram obſeruationem omnium, & ſingulorum in præſenti inſtrumento contentorum, nullum propter hoc eidem D.Balthaſari,aut ſuis præiudicium generando. Præterea dictus D. Balthaſar in præmiſſis omnibus, & ſingulis, exceptionibus doli mali, vis, metus, fraudis, non ſic celebrati contractus, rei non ſic geſtæ, nec non priuilegiis fori, feriis meſſium, & vindemiarum omni tempore feriato,quadrimeſtri,beneficio ceſſionis omnium bonorum, & dilationis, quinquennalis,cap.Odoardus,de ſolution.& cap.peruenit,cuiuſcunque prouocationis,reclamationis,& appellationis remedio, copiæ præſentis inſtrumenti, ſiue eius notæ non habitæ per modum actorum, & recurſus ad arbitrium boni viri, ac vtriuſque Iuris auxiliis, & quibuſcumque aliis conſtitutionibus, & ſtatutis Papalibus, Regiis, & localibus à Iure,vel ab homine editis,& edendis in genere,& in ſpecie conceſſis,& concedendis,omnibuſque aliis,& ſingulis,exceptionibus,iuribus, & defenſionibus, quibus mediantibus contra præmiſſa, vel eorum aliquod dicere, facere, opponere, vel venire poſſet, expreſsè,

expreſsè,vt præmittitur,renunciauit, & conſenſit relaxationi mandati exequutiui vnica citatione, & intimatione præcedente exequeñ hîc in Romana Curia coram Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Almæ Vrbis,& Sanctiſſimi D.N. Papæ Generali Auditore, eiuſque in ciuilibus Locumtenente, aliiſque Iudicibus Almæ Vrbis Ordinariis, & extraordinariis contra dictum D.Balthaſarem Diaz da Fonſeca in domo ſuæ ſolitæ habitationis,ſi habuerit hic in Curia,ſin autem ſuo legitimo procuratori, quatenus adſit,ſin autem per diligentias, vel per affixionem ad valuas curiæ aciei Campi Floræ per contradictas,ſiue edictum publicum, quæ ſic facta ita arctent, & afficiant, ac ſi ſolemniter, & perſonaliter facta fuerint, & exequutionem contra dictum eundem D.Balthaſarem habeant liberè,&c. & ſic tactis ſcripturis ad Sacroſancta Dei Euangelia iurauit, &c. Super quibus omnibus, & ſingulis præmiſſis petitum fuit à me Notario publico infraſcripto,vt vnum, vel plura publicum,ſeu publica facerem atque conficerem inſtrumentum,& inſtrumenta prout opus fuerit. Actum Romæ vbi ſuprà, præſentibus ibidem dominis quibus ſupra teſtibus ad prædicta omnia,& ſingula vocatis,habitis ſpecialiter, atque rogatis. *Et quia D.Ioannes Baptiſta Cennus R.C.A. Notarius de præmiſſis rogatus, ideo ego Dominicus Cennus eiuſdem R.C.A.Notarius,& in dicto officio ſucceſſor præſens inſtrumentum ſubſcripſi,& publicaui requiſitus.*

I I.

Inſtrumentum pro penſionis ſolutione.

VRbanus Epiſcopus, Seruus ſeruorum Dei, Dilecto filio Auguſtino Barboſæ Clerico Bracharen.Ciuitatis,vel Diœceſis ſalutem,&c. Cùm itaque hodie tu cui aliàs de Theſauraria Eccleſiæ S. Mariæ de Oliueira oppidi de Guimaraens Bracharen diœceſis tunc per obitum quondam Ioannis Nogueira olim ipſius Eccleſiæ Theſaurarij extra Romanam curiam *de menſe Nouembris anni* 1619. vacante, Apoſt. auctoritate prouiſum fuit, omni, & cuicumque iuri, & actioni tibi in dicta Theſauraria, vel ad illam quomodolibet competenti litteris Apoſt. deſuper confectis, poſſeſſione tamen non habita, in manibus noſtris ſpontè, & liberè ceſſeris,nóſque ceſſionem huiuſmodi admittentes Theſaurariam prædictam adhuc per obitum huiuſmodi vacantem,& antea diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruatam dilecto filio Balthaſari Diaz da Fonſeca Clerico nullius diœceſis prouinciæ Vlixbonen. per alias noſtras litteras Apoſtolica auctoritate contulerimus, & de illa etiam prouiderimus, prout in dictis litteris plenius continetur. Nos tibi,ne ex ceſſione huiuſmodi nimium diſpendium patiaris, de alicuius ſubuentionis auxilio prouidere, ac præmiſſorum meritorum tuorum intuitu ſpecialem gratiam facere volentes,teque *à quibuſuis excommunicationis,&c.* tíbi ius contra Capitulum dictæ Eccleſiæ ſuper conſequutione diſtributionum quotidianarum per te propter impedimenta tibi per Capitulum huiuſmodi indebitè præſtita non perceptarum, & expenſarum,damnorum,& intereſſe agendi,ac penſionem annuam ab omni decima,&c. liberã, immunem,& exemptam ducentorum ducatorum auri de Camera ſuper dictæ Theſaurariæ fructibus,redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, & emolumentis vniuerſis,ac etiam diſtributionibus quotidianis, ſuper quibus penſio annua antiqua centum,& quinquaginta ducatorum ſimilium dilecto filio Ioanni Antonio Pauonio Clerico Apoſtolica auctoritate reſeruata reperitur, quam ſaluam, & illæſam remanere volumus, & nos etiam hac die aliam penſionem annuam ſeptuaginta ducatorum parium dilecto filio Iulio Sampolino Clerico Spoletan. dicta Apoſtolica auctoritate reſeruari conceſſimus,tibi quoad vixeris,vel procuratori tuo ad hoc à te ſpeciale mandatum habente per dictum Balthaſarem, cuius ad hoc expreſſus accedit aſſenſus, & ſucceſſores ſuos dictam Theſaurariam pro tempore quomodolibet obtinentes annis ſingulis hic Romæ, vel alibi vbicumque te pro tempore ad voluntatis tuæ libitum commorari, & reſidere contigerit, pro vna videlicet in Epiphaniæ Domini à proximè futuræ incipiendo, & altera medietatibus penſionis inferiùs reſeruandæ huiuſmodi in natiuitate S.Ioannis Baptiſtæ feſtiuitatibus,& præſentibus Balthaſari,qui illas pro ſibi legitimè intimatis habet,& ſucceſſoribus prædictis minimè intimatis,ac poſſeſſione dictæ Theſaurariæ per ipſos habita,vel non habita,expenſis tamen, riſco, & periculo Balthaſaris, & ſucceſſorum prædictorum,ac vigore earundem præſentium, nec aliàs,alioquin præſens reſeruatio nulla ſit eo ipſo, integrè perſoluendam Apoſtolica auctoritate prædicta earundem tenore præſentium reſeruamus,conſtituimus,& aſſignamus. Decernentes tam dictum Balthaſarem quàm alios in dicta Theſauraria pro tempore quomodolibet ſuccedentes pro ſolutione penſionis per præſentes reſeruatæ huiuſmodi, modo, & forma præmiſſis facienda, ſeſe ac ſuos hæredes,& ſucceſſiones, ſuáque, & eorum bona quæ-

cunque, ac fructus, redditus, & prouentus huiuſmodi in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ, Balthaſarem videlicet ex nunc, ſucceſſores verò quoſlibet prædictos infrà bimeſtre à data prouiſionis tam Ordinaria quàm Apoſtolica auctoritatibus ſibi factæ computandum, valide, & efficaciter obligare, ac cautionem banchariam ad beneplacitum tuum ſufficientem, & idoneam ad ſexcennium duraturam, & ſexto quoque anno, & per ſex menſes ante finem cuiuſlibet ſexcennij renouandam præſtare teneri, & ad id cenſuris Eccleſiaſticis, & executiuè procedendo cogi poſſe, ipſos que Balthaſarem, & ſucceſſores ad integram ſolutionem penſionis per præſentes reſeruatæ huiuſmodi tibi faciendam iuxta reſeruationis, conſtitutionis, & aſſignationis prædictarum tenorem fore efficaciter obligatos; ac volentes, & eadem auctoritate ſtatuentes quòd ille ex Balthaſare, & ſucceſſoribns prædictis, qui in dictis feſtiuitatibus, vel ſaltem infra triginta dies illarum ſingulas immediate ſequentes, penſionem per præſentes reſeruatam prædictum per eum tibi tunc debitum non per ſoluerit cum effectu, lapſis diebus eiſdem ſententiam excommunicationis incurrat, à qua donec tibi, vel eidem procuratori de penſione per præſentes reſeruata huiuſmodi tũc debita integrè ſatisfactum, aut aliàs tecum, vel cum dicto procuratore ſuper hoc amicabiliter concordatum fuerit, præterquam in mortis articulo conſtitutus abſolutionis beneficium nequeat obtinere. Si vero per ſex menſes dictos triginta dies immediate ſequentes ſententiam ipſam animo, quòd abſit, ſuſtinuerit indurato, ex tunc effluxis menſibus eiſdem dicta Theſauraria perpetuò priuatus exiſtat, illaque vacare cenſeatur eo ipſo. Tibique quòd Balthaſare, aut aliquo ex ſucceſſoribus prædictis in ſolutione penſionis per præſentes reſeruatæ huiuſmodi modo, & forma præmiſſis facienda in toto, vel in parte ceſſante, aut deficiente, vel illam ad minorem ſummam reduci, annullari, vel inualidari petente, ſeu procurante, aut penſionem per præſentes reſeruatam huiuſmodi ex quauis cauſa nullam, & inualidam ſeu malè, & nulliter aſſignatam eſſe dicente, vel allegante, liceat tibi (poſtquam ad id repertus fueris idoneus) ad dictam Theſaurariam liberos habere acceſſum, & ingreſſum, illiusque corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem per te, vel alium, ſeu alios nomine tuo propria auctoritate liberè apprehendere, ac tam tui prioris tituli, quàm earundem præſentium vigore, quas vim validæ, & efficacis prouiſionis tibi de illa ex nunc, prout ex tunc, & è contra, Apoſtolica auctoritate factæ habere volumus abſque alia tibi deſuper de nouo facienda prouiſione, vt prius quoad vixeris, retinere in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi reſignationem huiuſmodi minime feciſſes, auctoritate, & tenore præmiſſis de ſpeciali gratia indulgemus. Decernentes ex nunc irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilectis filiis cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, & Cantori dictæ Eccleſiæ, ac officiali Brachareñ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium ſeu alios faciant auctoritate noſtra penſionem per præſentes ſeruatam prædictam tibi quoad vixeris, vel procuratori prædicto integrè perſolui, teque facultate iuris accedendi, & ingrediendi, ac in euentu acceſſus, & ingreſſus huiuſmodi paſſionem dictæ Theſaurariæ pacificè frui, & gaudere iuxta reſeruationis, conſtitutionis, aſſignationis, decreti, & indulti prædictorum continentiam, & tenorem, non permittentes te deſuper per dictum Balthaſarem, ſeu quoſcunque alios quomodolibet indebitè moleſtari. Et nihilhominus quemlibet ex Balthaſare, & ſucceſſoribus prædictis, quem huiuſmodi excommunicationis ſententiam incurriſſe eis conſtiterit, quoties ſuper hoc pro parte tua fuerint requiſiti, tandiu Dominicis, & aliis feſtiuis diebus in Eccleſiis, dum maior inibi populi multitudo ad Diuina conuenerit, excommunicatum publicè nuncient, & faciant ab aliis enunciari, ac ab omnibus arctiùs euitari, donec tibi, vel procuratori prædicto de penſione per præſentes reſeruata huiuſmodi tunc debita fuerit integrè ſatisfactum, ipſeque excommunicatus ab huiuſmodi excommunicationis ſententia abſolutionis beneficium meruerit obtinere. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus, &c. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1623. quarto Non. Ianuarij Pontificatus noſtri anno Primo. à tergo,

Anno à Natiuitate Domini milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto, die vero 2. menſis Ianuarij retroſcriptus R. D. Balthaſar Diaz per Illuſt. D. Antonium Diaz da Fonſeca Romanam Curiam ſequentem eius procuratorem retroſcriptæ penſionis annuæ reſeruationi, ac litterarum expeditioni conſenſit, iurauit, &c. Ioannes Baptiſta Cennus. Regiſtrata in Camera Apoſtolica pro D. Dominico Cenno. Ioannes Baptiſta Cennus. Locus † ſigni.

Fides

III.

Fides notificationis proprij transumpti reseruationis pensionis huiusmodi personaliter factæ Balthasari Diaz.

CErtum facio ego Antonius Barreiros Notarius Apost. approbatus ab Ordinario Curiæ Bracharen. & habitator huius oppidi de Guimaraens quòd die vigesima prima mensis Iunij 1625. in hoc oppido in via do Sabugal in habitatione Reuer. Balthasaris Diaz da Fonseca Thesaurarij maioris Ecclesiæ Collegiatæ eiusdē oppidi illi personaliter ego Notarius notificaui hoc proprium transumptum Bullarum Apost. cuiusdam pensionis annuæ ducentorum ducatorum auri de Camera, quam sua Sanctitas reseruauit ad fauorem Doctoris Augustini Barbosæ residentis in Curia Romana, in resignatione & dimissione, quam fecit de dicta Thesauraria maiori ad fauorem dicti Balthasaris Diaz da Fonseca, & illi declaraui omnes clausulas dictarum litterarum Apostol. insertarum in dicto transumpto, eo modo quòd ille bene intellexit, qui deinde à me requisiuit vt illi darem copiam dicti transumpti, quam ei de facto dedi: & cum ab eo requirerem quare nollet soluere pensionem dicto Doctori Augustino Barbosæ, respondit hoc facere quia ei illam minime soluere tenebatur. Et quia fides hæc à me fuit petita per Reuer. Canonicum Simonem Vaz Barbosam sufficientem procuratorem D. Augustini Barbosæ, illam ei dedi, in cuius potestate remansit d. transumptum, & subscripsit hic qualiter illud recepit, quod totum est verum. In quorum fidem subscripsi meo publico signo, quod tale est. Vimaranis die 28. Aug. 1625. Locus † signi.

IV.

Fides qualiter fuit Balthasar declaratus excommunicatus in Collegiata Ecclesia præsentibus dignitatibus, & Canonicis, ac aliis personis.

FIdem facio ego Antonius Barreiros Notarius Apostolic. approbatus habitans in hoc oppido Vimaranensi quòd vigore cuiusdam declaratoriæ Apost. tenoris retroscripti declaraui excommunicatum Balthasarem Diaz da Fonseca Thesaurarium insignis Collegiatæ huius oppidi, in eadem Collegiata, præsentibus aliquibus dignitatibus, & Canonicis præbendatis, & dimidiis præbendatis, ac aliis personis, quod feci die quarta istius mensis Iunij, & me refero ad acta in d. oppido scripta, hac die octaua dicti mensis, anni 1626. *Antonius Barreiros.* Locus † signi.

V.

Mandata exequutiua, litteræ declaratoriæ, & cedulones in Vrbe fuerunt sæpissime contra Balthasarem aliàs contumacem elaxati, & affixi.

IN nomine Domini Amen. Præsenti publico instrumento cunctis vbique pateat euidenter, & sit notum, qualiter per illustrissimum, & Reuerendissimum Almæ Vrbis, & Sanctissimi D.N. Papæ generalem Auditorem, siue eius in ciuilibus Locumtenentem ex mei Notarij publici infrascripti officio die 19. Ianuarij 1626. pro D. Augustino Barbosa fuit relaxatum mandatum executiuum contra D. Balthasarem Diaz da Fonseca pro ducatis ducentis auri de Camera nouis debitis occasione duorum terminorum decursorum, & non solutorum, videlicet S. Ioannis Baptistæ 1625. & Epiphaniæ Domini 1626. cuiusdam annuæ pensionis ducatorum ducentorum similium auctoritate Apostolica reseruatæ ad fauorem dicti D. Augustini Barbosæ super fructibus certis, & incertis, ac distributionibus quotidianis Thesaurariæ Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ de Oliueira oppidi de Guimaraens Bracharen. diœcesis: item qualiter diebus 16. & 20. Februarij 1626. pro eodem contra eundem vigore supradicti mandati fuerunt relaxatæ litteræ declaratoriæ, & cedulones. Item qualiter diebus 13. & 17. Iulij 1626. pro eodem contra eundem fuit relaxatum mandatum executiuum pro ducatis centum auri de Camera nouis debitis occasione termini S. Ioannis Baptistæ eiusdem anni prædictæ annuæ pensionis ducatorum centorum similium: item qualiter die 7. Augusti eiusdem anni 1626. vigore supradicti mandati pro eodem contra eundem fuerunt relaxatæ litteræ declaratoriæ, & cedulones. Item qualiter die 9. Ianuarij 1627. pro eodem contra eundem fuit relaxatum mandatum executiuum pro ducatis centum Cameræ

nouis, debitis occasione termini Epiphaniæ Domini proximè præteritæ eiusdem anni supradictæ annuæ pensionis ducentorum ducatorum similium: item qualiter eid 16. Februarij eiusdem anni 1627. pro eodem contra eundem vigore supra proximi mandati fuerunt relaxatæ litteræ declaratoriæ, & cedulones. Item qualiter die 17. Nouembris 1627. pro eodem contra eundem fuit relaxatum mandatum executiuum pro ducatis centum auri de Camera nouis debitis occasione termini S. Ioannis Baptistæ proximè præteriti eiusdem anni supradictæ pensionis annuæ ducentorum ducatorum similium: item qualiter die prima Decembris 1627. pro eodem contra eundem vigore supra proximi mandati fuerunt relaxatæ litteræ declaratoriæ, & cedulones. Item qualiter die 29. Ianuarij 1630. pro eodem contra eundem fuit relaxatum mandatum executiuum pro ducatis quingentis auri de Camera nouis, debitis occasione quinque terminorum dictæ annuæ pensionis ducatorum ducentorum similium, videlicet Epiphaniæ Domini, & S. Ioannis Baptistæ 1628. & Epiphaniæ Domini ac S. Ioannis Baptistæ 1629. & Epiphaniæ 1630. item qualiter die 15. Februarij 1630. pro eodem contra eundem vigore supra proximi mandati fuerunt relaxatæ litteræ declaratoriæ, & cedulones, citato prius ad omnia D. Thoma Lutiolo dicti D. Balthasaris Diaz procuratore, & pro potiori cautela eodem D. Balthasare citato per audientiam contradictarum S. D. N. Papæ vt moris est, seruatis seruandis, & alias latius provt in actis meis, ad quæ, &c. In quorum fidem, &c. Datum Romæ die 19. Februarij 1630. Locus † signi.

Ita est, Cæsar Columna Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Notarius.

VI.

Fides impugnationis validitatis pensionis per Balthasarem factæ.

IN Dei nomine Amen. Omnibus visuris præsentem fidem datam in complementum mandati supradicti Reuer. Licentiati Pauli Vellosi scholastici in sancta Sede huius ciuitatis Iudicis executoris Bullettorum in petitione supra proxima contentorum, fidem facio ego Dominicus de Aguiar Notarius Apost. approbatus in hac ciuitate Bracharen. & scriba actorum, quæ continentur in dicta petitione, qualiter veritas est, quòd in dictis actis Reuer. Balthasar Diaz da Fonseca Thesaurarius maior Collegiatæ Ecclesiæ oppidi de Guimaraens Bracharen. diœcesis, venit cum vna additione quibusdam exceptionibus cum quibus in illis iam venerat, cuius additionis tenor talis est qui sequitur de verbo ad verbum. Addendo materiæ suarum exceptionum dicit excipiens. Probabit ille excipiens *quod non consensit pensioni*, quam prætendit Doctor Augustinus Barbosa super Thesauraria illius excipientis, nec ad illam dedit aliquod mandatum procuræ, prout de Iure requiritur, & ideo non tenetur reformare cedulam banchariam, quam ille prætendit, quia non existente pensione non subsistit cedula bancharia. Probabit quod dato, & non concesso quòd Romæ aliqua persona consensum præstitisset dictæ pensioni, aut eam soluisset, aut pro illa dedisset cautionem banchariam, non poterat præiudicare illi excipienti sine suo mandato procuræ ad hoc specialiter dato, *igitur dicta pensio est nulla*, & non potest per assertum Breue illius procedi contra ipsum excipientem, dummodo contrarium non constiterit, & ita non est obligatus dare banchariam. Probabit quòd ille excipiens est minor viginti annorum, & læsus in oblatione, quam fecit se prorsus ignorante illius, quod in veritate erat, & ob ipsam causam non tenetur soluere terminum, qui petitur, eo quòd nunquam consensit dictæ pensioni, de qua agitur, & ita non est obligatus dare cautionem banchariam, quæ prætenditur in termino limitato, *quia est nulliter constituta pensio*, de qua agitur sine suo mandato procuræ ad illi consentiendum, petit vt supra recipi, & complementum iustitiæ, omni meliori iuris modo, &c. cum expensis. Quod totum constat ex dictis actis, & additione, quæ remanent in mea potestate, ad quæ me refero, & cum quibus ac Notario mecum infra subscripto feci, & est in veritate, absque re, quæ dubium faciat. In quorum fidem & testimonium subscripsi meo publico signo hac die 21. mensis Augusti 1625. Locus † signi, mecum Not. Apost. Benedictus Correa.

VII.

Mandatum de immittendo vigore accessus, & ingressus à Sacra Rota relaxatum ad fauorem pensionarij.

SEreniſſimo, Potentiſſimo, atque Catholico Principi, & D. D. PHILIPPO ab Auſtria diuina fauente clementia Caſtellæ, Legionis, Aragonum, vtriuſque Siciliæ, Neapolis,

Neapolis, & Portugalliæ, ac Hierusalem Regi, aliorumque Dominiorum vestrorum felicis prosperitatis augmentum, necnon Illustriss.& Reuerendiss. D. Collectori Apost. in Regno Portugalliæ residenti, ac Reuerendissimis, & Reueren.in Christo Patribus, & Dominis Archiepiscopis, & Episcopis Archiepiscopatui Bracharen. vicinioribus, eorumque, & cuiuslibet ipsorum Vicariis,seu Officialibus generalibus, Curiæque causarum Camer. Apost. generali Auditori, eiusque Viceauditoribus, seu Locumtenenti vniuersis quoque, & singulis DD. Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Thesaurariis, Succentoribus, Sacristis tam Cathedralium, quàm Collegiatarum Canonicis, Parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus, seu Locatenen.eorundem Plebanis, Viceplebanis, Capellanis, Curatis, & non Curatis, Vicariis perpetuis, Altaristis, cæterisque Presbyteris, Clericis, Notariis,& Tabellionibus publicis quibuscumque constitutis, & eorum cuilibet insolidum, necnon Illustribus Principibus, & DD. Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Vicecomitibus, Capitaneis, Potestatibus, Prioribus, Marescallis, Castellanis, cæterisque Iustitiæ Ministris, & eorum cuilibet insolidum. Vniuersis quoque & singulis DD. Thesaurariæ huiusmodi, de qua agitur, & infra mentio fiet fructuum, reddituum, prouentuum possessoribus, detentoribus, arrendatoribus, reddituariis, vindemiatoribus, colonis, agricolis,decimatoribus,pensionariis,censuariis,receptoribus,debitoribus, necnon D. Balthasari Diaz à Fonseca ex aduerso principali, ac dignitatibus Canonicis, & Capitulo insignis Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ de Oliueira oppidi de Guimaraens Bracharen.dioc. omnibusque aliis, & singulis quorum interest, intererit,aut interesse poterit quomodolibet in futurum, quibuscunque nominibus censeantur,& quacunque præfulgeant dignitate. PHILIPPVS PIROVANVS I.V.D.Sanctiss. D.N.Papæ Capellanus, & ipsius Sacri Palatij Apostolici causarum, causæque & causis, ac partibus infrascriptis Auditor, & Iudex Commissarius ab eodem S. D. N. Papa specialiter, atque expressè deputatus, salutem in Domino, & nostris huiusmodi, immo verius Apostolicis firmiter obedire mandatis. NOVERITIS, quod aliàs sub die xi. Octobris 1625. fuit nobis pro parte D. Balthasaris Diaz de Fonseca per vnum ex S. D. N. Papæ Cursoribus præsentata quædam Commissionis cedula ad instantiam illius in plena Signatura Iustitiæ contra D. Augustinum Barbosam citatum, & intimatum obtenta partibus vtriusque auditis tenoris sequentis, videlicet: BEATISSIME PATER. Dignetur S.V. causam, & causas appellationis, & appellationum infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum à quadam prætensa diffinitiua sententia, seu prætenso decreto vim diffinitiuæ habente, vt dicitur, lato, & promulgato per R. P. D. Bichium vigore assertæ obligationis ad assertum fauorem Augustini Barbosæ aduersarij, & contra deuotum S. V. oratorem Balthasarem Diaz da Fonseca, de & super prætensa renouatione cedulæ bancariæ de soluen. per sexcennium ducat. 200. auri de Camera, ac prætensa solutione ducat. 900. vnà cum aliis pecuniis, rebusque aliis, &c. nullitatisque & nullitatum, & iniustitiæ dictæ prætensæ sententiæ, seu prætensi decreti quomodolibet habit. & fact. attentatorumque & innouatorum quorumcunque, necnon quam,& quas Orator habet,& mouet,habereque & mouere vult, & intendit contra dictum Augustinum Barbosam aduersarium, omnesque alios, &c. alicui ex vestri Sacri Pal.Apostolici causarum Auditori,seu Locumtenenti, summarie, &c. & prout in causis beneficialibus procedi consueuit,audien. cognoscen. deciden. fineque debito terminan.committere, & mandare cum incidentibus, &c.& cum potestate dictum aduersarium, omnesque alios in Curia,& extra citandi, illique ac quibus, & quoties opus fuerit,inhiben.etiam sub censuris, &c. præmissis necnon constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, stylo Palatij, cæterisque contrariis non obstan. quibuscunque statum, &c.pro plenè, & sufficienter expressis haben.&c.Vel si magis placet alicui ex Sacri vestri Palatij causarum Auditori, seu Locumtenenti, qui procedat quoad renouationem cedulæ, cum clausula,si quid exequendum, in reliquis sine præiudicio legitimæ executionis. De mandato D.N.Papæ audiat Magister Philippus, vt in secunda parte petitur, & iustitiam faciat. Placet D.N.PP.de secunda parte. L.Ant.Virilis. CVIVS QVIDEM commissionis vigore Nos in causa, & causis huiusmodi, & inter partes in illa contentas, seu verius illarum procuratores procedentes à Nobis pro parte, & ad instantiam dicti D. Balthasaris Diaz de Fonseca principalis, & pro eo ad instantiam D. Thomæ Lutioli eius procuratoris, de quo in actis, fuit D. Augustinus Barbosa principaliter citatus, & inhibitus, & postea ad eiusdem D. Balthasaris, siue eius procuratoris vt supra instantiam emanarunt ad partes quædam litteræ inhibitoriæ, quæ cum inibi impedire possent executionem declaratoriarum, sequestrorum, aliorumque mandatorum relatorum

xatorum ab A.C.siue R.P. D. Bichio illius in ciuilibus Locumtenente pro terminis pensionis decursæ, & non solutæ à Nobis instante D.Augustino Barbosa principali fuerunt declaratæ stare, & intelligi debere concessæ quoad renouationem cedulæ bancharię, cum clausula, si quid exequendum, quoad reliqua sine præiudicio legitimæ executionis,& postea præfixo dicto D. Balthasari Diaz da Fonseca ex aduerso principali termino ad transportandum acta facta in Curia A. C. ad Tribunal Sacræ Rotæ, provt stante eius appellatione facere tenebatur, dictoque termino elapso, & eis non transportatis, easdem litteras inhibitorias in omnibus, & per omnia (ad hoc tamen prius citato D.Thoma Lutiolo ex aduerso procuratore) moderati fuimus, & reuocauimus, iuxta tamen formam,& tenorem cuiusdam rescripti,siue commissionis specialis nobis desuper factæ, & præsentatæ tenoris sequentis, videlicet. BEATISSIME PATER. Cum aliàs deuotus S.V.orator Augustinus Barbosa coram A C. siue eius in ciuilibus Locumtenente A.Bichio agitasset contra Balthasarem Diaz de Fonseca assertum Thesaurarium Collogiatæ Ecclesiæ S.Mariæ de Oliueira, oppidi de Guimaraens Bracharen. diœc. super solutione cuiusdam pensionis super dicta Thesauraria ad fauorem Oratoris auctoritate Apostolica reseruatæ, ac renouatione cedulæ bancharię sexcennalis, rebusque aliis in actis Curiæ, & causarum huiusmodi deductis, obtinuit ad suum fauorem sententiam diffinitiuam, à qua aduersarius appellauit, & in Signatura plena obtinuit causam committi R. P.D.Pirouano cum clausula, si quid exequendum quoad renouationem cedulæ bancharię, quoad reliqua verò sine præiudicio legitimæ executionis. Verum quia, Pater sancte, aduersarius d. commissionis obtinuit citationem cum inhibitione, & adhuc per biennium in circa nihil aliud in causa facere curauit. Ideo S. V. humiliter supplicat quatenus dignetur eidem R.P.D.Pirouano committere, & mandare, vt præfixo aduersario vnico breui,& peremptorio termino ad transportandum integra acta,quo elapso, & dictis actis non transportatis, & non productis, suam moderetur inhibitionem, iis verò transportatis, & præfixo alio breui,vnico,& peremptorio termino ad docendum de appellatione, eiusque legitima prosequutione,necnon de causis restitutionis in integrum, &c.quo elapso, & nihil, quod releuet, docto, constito de re iudicata, seu quòd aliàs exequutioni de iure locus sit,sententiam prædictam exequatur,expensasque in hac causa legitimè factas, & in quibus pars aduersa condemnata reperitur, vel condemnanda venerit,taxet, & moderetur, & tam pro iis, quàm aliis in sententiis contentis litteras executoriales, & mandata quæcunque necessaria, & opportuna, provt iuris fuerit, decernat, relaxet, & exequatur, cum potestate citan. & inhiben. etiam per edicta publica sub censuris, & pœnis, aliisque præmissis: non obstan. constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque in contrarium quibuscunque, statum, & merita causæ, & causarum huiusmodi pro plene, & sufficienter expressis haben. &c. De mandato D.N.PP.idem Auditor terminum præfigat, procedat vt petitur, & iustitiam faciat. Placet D.N.PP.L. Ant.Virilis. QVA CAVSA sic coram Nobis indecisa pendente, idem S.D N.PP.aliam commissionem nobis præsentari fecit tenoris sequen. videlicet. BEATISSIME PATER. Deuotus S.V. Orator Augustinus Barbosa obtinuit ab A. C. mandatum executiuum pro solutione cuiusdam pecuniariæ summæ, ac renouatione cedulæ bancharię annuæ pensionis ducat. 200. auri de Camera aliàs auctoritate Apost. sibi reseruatæ super fructibus certis, & incertis, ac distributionibus quotidianis Thesaurariæ Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ de Oliueira oppidi de Guimaraens Bracharen. diœc. contra Balthasarem Diaz de Fonseca modernum Thesaurarium. Cæterùm appellante dicti Balthasaris procuratore, & causa in Rota commissa R. P. D. Pirouano, & nunc in gradu appellationis huiusmodi indecisa pendente, quia idem Balthasar continuat in sua contumacia, & proterua denegatione de soluendo dictam pensionem, & renouan. cedulam, inde aperta est via regressui,siue ingressui, & accessui ad fauorem Oratoris in litteris Apostolicis reseruatis, & veretur idem Orator ne in prosecutione huius iudicij cogatur per tres sententias conformes defatigari: ideo S.V.humillime supplicat, quatenus dignetur committere, & mandare eidem D.Pirouano, vt in causa, & causis emergentis quæstionis super regressu,ingressu, & accessu huiusmodi, & illius canonizatione procedat omni, & quacunque appellatione remota, cum potestate tam dictum aduersarium,quam omnes quosuis alios, etiam per edictum publicum, constito summariè, & extraiudicialiter de non tuto accessu, tam in Curia, quàm extra citan.necnon inhiben. etiam sub censuris, & pœnis, &c.inobedientesque & rebelles easdem censuras incurrisse declaran.aggrauan.reaggrauan.interdictumque ponen seruata forma Concilij Tridentini, implorato, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, cæteraque facien. &c. necessaria, & opportuna. Præmissis, necnon constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis,

ſtolicis,ſtylo Palatij,cæteríſque contrariis,quorum tenores,&c. non obſtan.quibuſcumque,ſtatum,&c.pro plene, & ſufficienter expreſſis haben. De mandato D.N.PP. idem Auditor procedat omni,& quacumque appellatione remota, vt petitur, & iuſtitiam faciat. Placet M. Poſt huius quidem commiſſionis præſentationem vlterius procedentes, causáque huiuſmodi per nos diligenter, ac maturè diſcuſſa,illáque in plena Rota, vt moris eſt,propoſita, inibíque acerrime ventilata, & diſcuſſa præuia deciſione fuit reſolutum locum eſſe ingreſſui, & acceſſui ad Theſaurariam prædictæ Collegiatæ Eccleſiæ, de qua agitur, ob non ſolutam penſionem per Balthaſarem Diaz aduerſarium dicto D.Auguſtino Barboſæ, & illius validitatem impugnatam iuxta tenorem litterarum Apoſtolicarum deſuper expeditarum,& conſenſum ab eodem Balthaſare præſtitum, & ſic dictum D.Auguſtinum Barboſam principalem in illius poſſeſſionem eſſe immittendum,introducendum,immiſſúmque,& impoſitum manutenendum, interim verò comparuít in iudicio coram Nobis idem D.Auguſtinus Barboſa principalis, præuia citatione perſonaliter executa,prout in actis,ſe ipſum D.Auguſtinum plenum in poſſeſſionem dictæ Theſaurariæ immitti,imponi,& induci, ac manuteneri mandari, mandatúmque de immitten. imponen.ac manutenen.deſuper neceſſarium, & opportunum omni meliori iuris modo,& forma ſibi decerni,& concedi per Nos debita cum inſtantia poſtulauit. Nos tunc Philippus Pirouanus Auditor,& Iudex Commiſſarius ſupradictus, necnon executor vnicus ad infraſcripta ſpecialiter deputatus attendentes poſtulationem huiuſmodi fore iuſtam, idcirco Apoſtolica auctoritate nobis commiſſa, & quo fungimur in hac parte de DD.Coadiutorum noſtrorum conſilio, & aſſenſu, quibus de præmiſſis relationem plenariam fecimus,& fidelem,præuia citatione ſuperius, vt præmittitúr, principaliter prout in actis executa, ac præuio examine dicti D.Auguſtini Barboſæ principalis ad Theſaurariam huiuſmodi de mandato noſtro ab examinatoribus in Vrbe deputatis, à quibus fuit idoneus repertus, vt nobis per fidem Secretarij Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi D. Cardinalis Vicarij, & penes acta Notarij cauſæ exiſtente, conſtare fecit, eundem D.Auguſtinum Barboſam principalem inſtantem, & petentem in corporalem, realem,& actualem poſſeſſionem dictæ Theſaurariæ, iuriumque & pertinentiarum illius, connexorum, & annexorum immittendum,introducendum, & imponendum eſſe duximus,& mandauimus,prout imponimus, introducimus, & immittimus immiſſúmque, & impoſitum manuteneri, & conſeruari mandamus,omnibus iuris, & facti remediis,immittique induci,& imponi, ac manuteneri, & conſeruari reſpectiuè mandamus per præſentes has noſtras litteras deſuper decernendo, & concedendo opportunas. Quæ omnia,& ſingula præmiſſa Vobis omnibus,& ſingulis ſupradictis, quibus præſentes noſtræ litteræ diriguntur, & veſtrum cuilibet inſolidum tenore præſentium intimamus,& notificamus, & ad veſtram, & cuiuſlibet veſtrum notitiam deducimus,& deduci volumus per præſentes, vobíſque ac veſtrum cuilibet in ſolidum tenore præſentium in virtute Sanctæ Obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna (ſua Maieſtate Catholíca,Collectore, Archiepiſcopis, & Epiſcopis,ac Capitulo prædictis tantùm exceptis)committimus,& mandamus,quatenus ſtatim, & quoties pro parte dicti Auguſtini principalis, ſiue illius procuratoris fueritis requiſiti, ſeu veſtrum aliquis fuerit requiſitus,eundem D.Auguſtinum Barboſam principalem,vel procuratorem ſuum pro eo, & eius nomine in corporalem,realem,& actualem poſſeſſionem dictæ Theſaurariæ Eccleſiæ Collegiatæ S.Mariæ de Oliueira oppidi de Guimaraens Bracharen.diœc.iuriumq; ac pertinentiarum illius,annexorum,& connexorum immittatis,introducatis, & imponatis,ac quilibet veſtrum,qui deſuper requiſitus fuerit,imponat,introducat, & immittat, immiſſúmque,introductum,ac impoſitum manuteneatis, tueamini,ac defendatis,& veſtrum quilibet manuteneat.tueatur,& defendat, amoto exinde,eiecto, & expulſo dicto D.Balthaſare Diaz da Fonſeca ex aduerſo principali,ac aliis quibuſcumque occupatoribus,ac detentoribus,quos Nos amouemus,ac amotos denunciamus per præsẽtes, faciatisq; & veſtrũ quilibet faciat eidẽ D.Auguſtino Barboſæ principali, vel eius procuratori pro eo, ac eius nomine de omnibus, & ſingulis dictæ Theſaurariæ fructibus,redditibus, prouẽtibus.iuribus,obuẽtionibus,ac emolumẽtis vniuerſis realiter,&cũ effectu integraliter reſpõderi,nec permittatis,ſeu veſtrũ aliquis permittat eundẽ D.Aug.principalem,vel procuratorem de & ſuper præmiſſis aliqualiter moleſtari, perturbari, vel inquietari, ſeu quomodolíbet impediri, inhibeatisque & veſtrum quilibet,qui ſuper hoc requiſitus fuerit, inhibeat dicto D. Balthaſari Diaz da Fonſeca ex aduerſo principali,ac Dignitatibus Canonicis, & Capitulo prædictæ Collegiatæ Eccleſiæ, omnibusque aliis, & ſingulis, quibus opus fuerit, etiam ſub excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti,

aliiſque

aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, ac mille ducatorum auri de Camera pœnis, quibus Nos etiam,& eorum cuilibet tenore præsentium sic inhibemus,ne ipsi,seu eorum aliquis eundem D.Augustinum Barbosam principalem prædictum, vel procuratorem suum pro eo,& eius nomine de & super præmissis quoquo modo, etiam quouis quæsito colore,prætextu,causa,occasione,vel ingenio,molestare,perturbare,inquietare,seu quomodolibet impedire audeant,seu præsumant,aut eorũ aliquis audeat,seu præsumat,quod si secus factum fuerit,id totum reuocare,ac in statum pristinum reducere, ac ad pœnarũ, & censurarum prædictarum exequutionem procedere curabimus,iustitia mediante (suã Catholicam Maiestatem,& Collectorem Apostolicum prædictos,quia illos nostris cẽsuris ligari nolumus ad præmissorum exequutionẽ efficaciter adimplen.in Domino benignè hortamur) Archiepiscopi vero,ac Episcopi,& Capitulum dictæ Collegiatæ Ecclesiæ sub interdictu ingressus Ecclesiæ tantum. Cæteri verò prædicti præmissa omnia, & singula sub dicta excommunicationis pœna exequantur, ac liberè,& licitè exequutioni debitæ demandent,super quibus omnibus,& singulis præmissis vobis omnibus, ac singulis supradictis,& quibus præsentes nostræ litteræ diriguntur,licentiam,& facultatem plenariam concedimus,& elargimur per præsentes.Absolutionem verò omnium,ac singulorum præmissorum Nobis,vel Superiori nostro tantùm reseruamus. In quorum omnium, ac singulorum fidem, & testimonium præmissorum has præsentes exinde fieri, & per Notarium nostrum publicum infrascriptum subscribi, ac publicari mandauimus,sigillique nostri,vel Coadiutorum nostrorũ iussimus,& fecimus appensione muniri.Datum,& actum Romæ in Monasterio B.Mariæ de Pace,in quo iura reddi solent,& causæ partium audiri consueuerant hora audientiæ causarum consueta pro Tribunali sedente sub anno à Natiuitate D.N.Iesu Christi,millesimo sexcentesimo trigesimo,indictione decimatertia,die verò octaua mensis Martij,Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D.N.D.Vrbani diuina prouidentia Papæ Octaui anno eius septimo,præsentibus ibidem discretis viris DD. Clearcho Buscho, & Horatio de Marchis Sacri Palatij Apostolici causarum Rotæ Notariis,scribísq; nostris testibus ad præmissa vocatis,atque rogatis.

Et ego Archangelus Baronus Romanus Sacri Palatij Apostolici causarum,& huiusmodi causæ Notarius de præmissis rogatus præsens Instrumentum duplicatum subscripsi, signaui, & publicaui requisitus. Locus † signi, & sigilli.

VIII.

Instrumentum incursus censurarum.

SEreniss. potentiss. atque Catholico Principi, & Domino Philippo ab Austria diuina fauente Clementia Castellæ,Legionis,Aragonum,vtriusque Siciliæ,Neapolis,& Portugalliæ Regi,aliorumque dominiorum vestrorum felicis prosperitatis augmento, necnon Illustriss.& Reuerendiss.D.Collectori in Regno Portugalliæ residenti, ac Reuerendissimis, & RR in Christo Patribus, & Dominis Archiepiscopis,& Episcopis Archiepiscopatui Bracharen.vicinioribus,eorumque,& cuiuslibet ipsorum Vicariis, siue Officialibus generalibus, Curiæque causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori,eiusque ViceAuditori,siue Locumtenẽti,vniuersis quoque& singulis DD.Abbatibus,Prioribus, Præpositis,Decanis,Archidiaconis,Scholasticis,Cantoribus,Thesaurariis,Succẽtoribus, Sacristis tam Cathedralium,quàm Collegiatarum Canonicis, Parochialiumq; Ecclesiarum Rectoribus siue Locatenen.eorundẽ,Plebanis,Viceplebanis,Capellanis,Curatis,& non Curatis,Vicariis perpetuis,Altaristis, cæteríq; Presbyteris,Clericis, notariis,& Tabellionibus publicis quibuscumque vbicumq; constitutis,& eorum cuilibet in solidum, necnon Illustriss.Principibus,& dominis Ducibus,Marchionibus,Comitibus,Baronibus, Vicecomitibus,Capitaneis,Potestatibus,Prioribus, Marescallis,Castellanis, cæteríque iustitiæ ministris,& eorum cuilibet insolidum, vniuersis quoque & singulis Thesauriariæ huiusmodi,de qua agitur,& infrà mentio fiet,fructuum,reddituum, prouentuum possessoribus,detentoribus,arrendatoribus, reddituariis, vindemiatoribus, colonis, agricolis, decimatoribus, Pensionariis, Censuariis, receptoribus, debitoribus, necnon DD.Balthasari Diaz da Fonseca ex aduerso principali, ac Dignitatibus, Canonicis, & Capitulo insignis Collegiatæ Ecclesiæ S.Mariæ de Oliueira oppidi de Guimaraens Bracharen. diœcesis, omnibusque aliis, & singulis quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futuram quibuscumque nominibus censeantur,& quacunque perfulgeant dignitate. Philip.Pirouanus V.I.D. S.D.N. Papæ Capellanus, & ipsius Sac.Pal.Ap.causarum, causæque & causis, ac partibus infrascriptis, Auditor & Iudex Cõmissarius ab eodẽ S.D.N.Papa specialiter,ac expressè deputatus, Salutẽ in Domino,

&

& noſtris huiuſmodi, imò veriùs Apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Noueritis quòd aliàs ſub die 11.Octobris 1625. fuit nobis pro parte, & ad inſtantiam d.Balthaſaris Diaz da Fonſeca per vnum ex S.D.N.Papæ Curſoribus præſentata quædam Commiſſionis cedula ad inſtantiam illius in plena Signatura Iuſtitiæ contra D.Auguſtinum Barboſam citatum & intimatum obtenta,partibus vtriuſque auditis ſequen.videlicet.Beatiſſ.Pater dignetur S.V.cauſam,& cauſas appellationis,& appellationum infra legitima tempora interpoſita,& interpoſitarum à quadam prætenſa definitiua ſententia, ſeu prætenſo Decreto vim definitiuæ habente,vt dicitur lato,& promulgato per R.P.D.Bichium vigore aſſertæ obligationis ad aſſertum fauorem Auguſtini Barboſæ aduerſarij, & contra deuotum S.V.Oratorem Balthaſarem Diaz da Fonſeca de,& ſuper prætenſa renouatione cedulæ Banchariæ de ſoluen.per ſexcẽnium ducat.200.auri de Camera,ac prætenſa ſolutione ducat 900.vnà cum aliis pecuniis,rebuſque aliis,&c.nullitatíſque,& nullitatum,& iniuſtitiæ dictæ prætenſæ ſententiæ,ſeu prætẽſi decreti quomodolibet habiti,& facti, attentatorumque & innouatorum quorumcumq; necnon quã,& quas Orator habet,& mouet,haberéq; & mouere vult,& intendit contra D.Auguſtinum Barboſam aduerſarium,omnéſque alios,alicui ex veſtri Sac.Pal. Apoſt. Cauſarum Auditori,ſeu Locatenenti, ſummariè,&c. & provt in cauſis beneficialibus procedi conſueuit audien.cognoſcen.deciden.finéque debito terminan.committete,& mandare cum incidẽtibus,&c.& cum poteſtate dictum aduerſarium, omnéſque alios in Curia, & extra citandi illique,ac quibus,& quoties opus fuerit,inhibendi,etiã ſub cenſuris,&c.præmiſſis,necnon cõſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis, ſtylo Palatij,cæteríſque contrariis non obſtantibus quibuſcumq; Statum,&c.pro plenè & ſufficienter expreſſis haben.&c.vel ſi magis placet alicui ex Sacri veſtri Palatij Cauſarum Auditori,ſeu Locatenen.quòd procedat quoad renouationem cedulæ,cùm clauſula ſi quid exequendum,in reliquis ſine præiudicio legitimæ executionis.De mandato D.N.Papæ audiat Mag.Philippus,vt in ſecunda parte petitur,& Iuſtitiã faciat.Placet D.N.Papæ de ſecunda parte.Lucas Antonius Virilis.Cuius quidem Cõmiſſionis vigore nos in cauſa, & cauſis huiuſmodi,ac inter partes in illa contentas,ſeu verius illarum procuratores procedentes à nobis pro parte,& ad inſtantiam d.D.Balthaſaris Diaz da Fõſeca principalis,& pro eo ad inſtantiã D.Thomæ Lutioli eius procuratoris,de quo in actis,fuit D.Auguſtinus Barboſa principalis perſonaliter citatus,& inhibitus,& poſteà ad eiuſdẽ D.Balthaſaris,ſiue eius procuratoris, vt ſupra inſtantiam emanarunt ad partes quædam litteræ inhibitoriæ,quæ cum inibi impedire poſſent executionem declaratoriarum, ſequeſtrorũ,aliorumq; mandatorum relaxatorum ab A.C.ſiue R.P.D.Bichio illius in Ciuilibus Locumtenẽte, pro terminis penſionis decurſæ,& non ſolutæ à nobis,inſtante D.Auguſtino Barboſa principali,fuerunt declaratæ ſtare,& intelligi debere conceſſæ quoad renouationem Cedulæ Bãchariæ,cum clauſula ſi quid exequendũ,quoad reliqua ſine præiudicio legitimæ executionis, & poſtea præfixo d.D.Balthaſari Diaz da Fonſeca ex aduerſo principali termino ad trãſportanda acta facta in Curia A.C.ad Tribunal Sacræ Rotæ,provt ſtante eius appellatione facere tenebatur,dictóq; termino elapſo,& illis non tranſportatis eaſdem literas inhibitorias in omnibus,& per omnia, ad hoc tamen prius citato D.Thoma Lutiolo ex aduerſo Procuratore, moderati fuimus,& reuocauimus,iuxta tamen formã,& tenorem eiuſdem reſcripti,ſiue Cõmiſſionis ſpecialis nobis deſuper factæ,& præsẽtatæ,de qua in actis,hic breuitatis cauſa inſeri omiſſæ.Qua cauſa ſic coram nobis indeciſa penden.idem S.D.N.Papa aliam Commiſſionem ſua propria manu ſignatam nobis præſentari fecit tenoris ſequen.videlicet.Beatiſſime Pater. Deuotus S.V.Orator Auguſtinus Barboſa obtinuit ab A.C. mandatum executiuum pro ſolutione cuiuſdam pecuniarum ſummæ, ac renouatione Cedulæ Banchariæ annuæ penſionis Ducat.200.auri de Camera,aliàs auctoritate Apoſtolica ſibi reſeruata ſuper fructibus certis, & incertis,ac diſtributionibus quotidianis Theſaurariæ Collegiatæ Eccleſiæ S.Mariæ de Oliueira Oppidi de Guimaraens Bracharen.diœc.contra Balthaſarẽ Diaz da Fonſeca modernũ Theſaurarium.Cæterùm appellante dicti Balthaſaris procuratore,& cauſa in Rota commiſſa R.P.D.Pirouano,& nunc in gradu appellationis huiuſmodi indeciſa pendente,quia idẽ Balthaſar continuat in ſua contumacia,& proterua denegatione de ſoluendo dictam penſionẽ, & renouando cedulam, inde aperta eſt vna regreſſui,ſiue ingreſſui, & acceſſui ad fauorem Oratoris in literis Apoſtolicis reſeruatis,& veretur idem Orator ne in proſecutione huius iudicij cogatur per tres ſententias cõformes defatigari.Ideo S.V.humillime ſupplicat quatenus dignetur committere,& mandare eidem D.Pirouano,vt in cauſa,& cauſis emergentis quæſtionis ſuper regreſſu,ingreſſu,& acceſſu huiuſmodi,ac illius canonizatione procedat omni,& quacumque appellatione remota cũ poteſtate tam d.aduerſariũ,quàm omnes quoſuis alios, etiam per edictum publicum,conſtito ſummariè,& extraiudicialiter de non tuto acceſſu,tam in Curia,quàm extra citandi,necnon inhibendi ſub cenſuris & pœnis, inobedientéſq; & rebelles eaſdẽ cenſuras incurriſſe declarandi,aggrauandi,reaggrauandi,interdictumq; ponẽdi, ſeruata forma Concilij Tridentini,implorato,ſi opus fuerit,auxilio brachij ſæcularis,cæteráq; faciendi,&c.neceſſaria,& opportuna præmiſſis,necnon conſtitutionibus, & ordinationibus

Apoſtolicis ſtylo Palatij,cæteriſque contrariis,quorum tenores,&c. non obſtan. quibuſcunq; ſtatum,&c.pro plenè & ſufficienter expreſſis haben. De mandato D N. Papæ idem Auditor procedat omni,& quacunq; appellatione remota vt petitur,& iuſtitiã faciat. Placet Maffeus. Poſt cuius quidem Commiſſionis præſentationem vlterius procedentes, cauſáque huiuſmodi per nos diligenter,& maturè diſcuſſa,illáq; in plena Rota,vt moris eſt,propoſita, inibíque acerrimè ventilata,& diſcuſſa præuia deciſione fuit reſolutũ locum eſſe ingreſſui, & acceſſui ad Theſaurariam prædictæ Collegiatæ Eccleſiæ,de qua agitur,ob non ſolutam penſionẽ per Balthaſarem Diaz aduerſarium d. D.Auguſtino Barboſæ , & illius validitatem impugnatam iuxta tenorem litterarum Apoſtolicarum deſuper expeditarum, & conſenſum ab eodẽ Balthaſare præſtitum,& ſic d. D.Auguſtinum Barboſam principalem in illius poſſeſſionem eſſe immitten.introducen immiſſumq; & impoſitum manutenen. eſſe duximus, & mandauimus. Quapropter mandatum de immittendo,& manutenendo reſpectiuè ad d. D.Auguſtini Barboſæ principalis fauorẽ ſub eccleſiaſticis ſententiis,cenſuris,& pœnis in illo contentis in forma ſolita,& conſueta decreuimus,& conceſſimus,ac relaxauimus,quod cum in partibus eidẽ Balthaſari Diaz da Fonſeca ob impedimenta per eum præſtita perſonaliter intimari,& notificari non poſſet, & ſuper huiuſmodi impedimentis per illum præſtitis, & non tuto acceſſu fuiſſent in Curia examinati teſtes, & producta aliqua iura,& documenta,& illis lectis,& viſis per nos accuratè tam quoad intimationem dicti mandati de immittendo,& manutenendo reſpectiuè,quàm quoad alia in præſenti cauſa per edictum publicum in forma ſolita , & conſueta,& iuxta ſtylum Romanæ Curiæ procedi mandãdum duximus,atq; mandauimus,& cum deinde fuiſſet legitima dicti mandati intimatio quamuis per edictum facta,vtpote quia ordo de Iure requiſitus ſufficienter fuit ſeruatus , ac originales citationes probentur ex fide Curſoris,& Notariorum affixæ in locis ſolitis in Curia , & in aliis duobus locis vicinioribus temporali ditioni,nempe Ciuitate Tipherni,& Terræ Aquipendij in valuis earum reſpectiuè maioris Eccleſiæ,ac inſuper lectæ,& copiæ dimiſſæ,& illis parere , ac obedire neglexiſſet, ſeu recuſaſſet,eodem inſtrumento dicti mandati de immittendo , & manutenendo reſpectiuè vnà cum intimatione,& notificatione,vt ſuprà per edictum facta in actis reproductis , ac terminis ſubſtantialibus ad docendũ ſe d.mandato de immittẽdo,&manutenẽdo reſpectiuè paruiſſe, & obediuiſſe ſeruatis; ſubſequenter ad ſupradicti D. Auguſtini Barboſæ principalis inſtantiam(D. Thoma Lutiolo ex aduerſo procuratore dicti D.Balthaſaris Diaz de Fonſeca ex aduerſo principalis perſonaliter citato) cauſa huiuſmodi per nos diligenter , ac maturè diſcuſſa,illaq; in plena Rota, vt moris eſt, propoſita inibique acerrimè ventilata,& diſcuſſa, fuit firmata deciſio prout infra,videlicet: R.P.D. Pirouano Bracharen Theſaurariæ.10.Martij 1632.Quæſitum fuit an contra Balthaſarem ſit danda declaratoria, exindeq; ſit apponendũ ſequeſtrum,&affirmatiue fuit reſolutum:præceſſerat enim legitima litterarum executorialiũ intimatio , & ſeruati fuerunt quatuor termini ad docendũ de partitione iuxta ſtylum huius Tribunalis,quibus iam elapſis remanet probata negatiua partitonis. *Fel. in c. Rodulphus n.41. de reſcript. Veſtr.in prax lib.8.c. vlt.n.19* ex qua deſumitur contumacia, & per eam cenſuræ relaxantur *c.1.in fin.vt lite non conteſt. Abb.in c. reprehenſibilis n.2.de appellat.& in c.2.n.10.de iud.c. Caſſad.deciſ.5.n.7de conſtit. Mohed.deciſ.1.de ſentent.exomm.*quod paſsim ſeruatur cõtra rebelles, & inobedientes, *vt in Burgen. præeminentiarum* 8. *Iulij* 1582. *coram Card. Seraph.* & 439. *n.1* & 591.*n.5.p.2.recent.*in quibus aliæ deciſiones referuntur.Nec dubitari poteſt de legitima litterarum intimatione, quamuis per edictum facta,quia concurrunt omnia ad ſuſtinendum actũ de Iure requiſita, nempe iuriſdictio, cauſa,& ordo iudiciarius. Iuriſdictio eſt patens,quia non fuit proceſſum ex Ordinaria iuriſdictione, prout potuiſſet ſi verſaremur in foro Cæſareo, *per auth.qui ſemel.C. quomodo,& quando iud. Felin.c. quoniam frequenter n.* 13. *& lite non conteſt.* ſed vigore particularis reſcripti, vt poſſet procedi per edictum conſtito de non tuto acceſſu , quòd erat neceſſarium de Iure Canonico , *per Clem. dudum , de iudic.vbi gl. in verbo Papa, & ſequenti,* hoc adnotarunt *Felin. d.c. quoniam frequenter n.* 13. *Rota in addit. deciſ.* 8. *de dolo , & contum. in nouis, Vant. de nullit.defectu citationis n.* 126 & Rota idem ſeruauit,& ſeruat,vt *in Ianuen. ſeparationis thori* 8.*Martij* 1627.*in eadem cauſa* 16.*Febr.præteriti coram D.meo Decano.*Cauſæ etiam non deſunt,quæ iuſtificant nõ tutum acceſſum , quia Balthaſ.ſolitus erat recurrere ad Iudices laicos pro impediẽdo proceſſu,&ne perſonaliter,citaretur,vt ex relatione Notarij exhibita,quæ ne dũ ſufficeret pro cauſa nõ tuti acceſſus,ſed etiã ad hoc,vtpoſſet dici perſonaliter citatus, *Bal. in c.quoniã frequẽter,§.porro,n.2.vt lite nõ conteſt.*& idẽ fuit dictũ *in Ianuen.cẽſus* 10 *Ian.*1614.*corã me,* quãdo ſcilicet recurſus cõcludẽter eſt probatus;præterea teſtes fuerũt examinati formiter,deponẽtes quòd in Regno Luſitaniæ nõ poterãt exequi huiuſmodi mãdata & decreta Rotalia& alia,quæ ab Vrbe hac de re trãſmiſſa fuerũt abſque Iudicis Regiæ Coronæ beneplacito,quod ſufficit ad hoc,vt dicatur cõſtare de nõ tuto acceſſu, ſiue teſtes cõcludãt nõ tutũ acceſsũ per impoſſibile,ſiue hoc credãt difficile propter pœnas in Regiis cõſtitutionib.cõminatas,vt quis nõ audiat mãdata intimare, *Rot.dec.22.n.2.de reſcript.in antiq. & idem firmant de ſtylo huius Tribunalis*

bunalis adden.ad decis.5.n.2.& 4.cod.tit.de rescript.in nou.Cassad.decis.2. de dolo & contum. & idem fuit admissum in supradictis decisionibus *Ianuen.census* 10.*Ianuar.*1614. *& in Ianuen. separationis thori* 8.*Martij* 1627.Ordo etiam de iure requisitus sufficiẽter fuit seruatus,quia originales citationes probantur ex fide Cursoris,& Notariorum affixæ in locis solitis in Curia,& in aliis locis temporali ditioni vicinioribus,nempe Ciuitate Tipherni,& Terræ Aquipendij in valuis earum respectiuè maioris Ecclesiæ,ac insuper lectæ,& copiæ dimissæ,quæ omnia solent desiderari pro eadem forma adimplenda, *Cassad.decis.1.& 6.de dolo & contum.Rot.decis.5.de rescrip.in nou.Ægid.decis.*194.*Put.decis.*164.*lib.2.in correct.Vestr.praxi lib.4.c.3.n.4 & Rot.*eandem praxim sequuta est in allegata *decis. Ianuen.separationis thori coram D.meo Decano.*Quo verò ad sequestrum non dubitarunt DD. esse apponen. quia D. Augustinus fuit reintegratus ad suum beneficium,& Balthasar conatur manu Regia tueri se in possessione improba,& ideo Rota omnibus Iuris remediis esse succurrendũ censuit,provt & in pluribus causis relatis *per Gonzal.ad Reg.*8.*in proœm.*§.7.*n.*36.idẽ seruari voluit,& ita &c.Subsequenter ad supradicti D. Augustini Barbosæ principalis instantiam, D.Thoma Lutiolo ex aduerso procuratore d D.Balthasaris Diaz de Fonseca ex aduerso principalis citato ad videndum pœnas,sententias,& censuras in d.mandato de immittendo contentas ob illius non paritionem incidisse dẽ DD. Coadiutorum nostrorum consilio declarauimus,litterasque declaratorias de super necessarias, & opportunas in forma solita,& consueta decreuimus,& concessimus,nostramque in scriptis tulimus,& promulgauimus sententiam declaratoriam,provt infra,videlicet.Per hanc nostram declaratoriã sententiam,quam pro Tribunali sedentes, & solùm Deum præ oculis habentes de DD. Coadiutorum nostrorum consilio,& assensu ferimus in his scriptis in causa, & causis coram nobis penden.inter Ill.& R.D.Augustinum Barbosam ex vna,& D.Balthasarẽ Diaz da Fonseca de,& super paritione mandati de immittendo, & manutenendo respectiuè in possessione Thesaurariæ Ecclesiæ S.Mariæ de Oliueira Oppidi de Guimaraens Bracharen.dicœc.& illius annexorum per nos in fauorem præfati Domini Augustini decreti, & relaxati,rebusque aliis in actis causæ,& causarũ huiusmodi latius deductis partibus ex altera,sententiamus,pronuntiamus,decernimus, & declaramus præfatum D. Balthasarem Diaz da Fonseca ob non paritionẽ dicti nostri mandati de immittendo,& manutenendo respectiuè excõmunicationis,aliasque Ecclesiasticas sententias,censuras,& pœnas in eodem nostro mandato de immittendo respectiuè contentas,cõminatas ob illarum non paritionẽ damnabiliter incidisse,incurrisse,ipsumque excommunicatũ publicè denuncian. & ab omnibus Christi fidelibus arctius euitandum fore,& esse,provt illũ denuntiamus,& euitari mandamus,litterasque declaratorias desuper necessarias,& opportunas,& cedulones in forma solita,& consueta decernen.& relaxan.provt decernimus,& relaxamus,& eundem D.Balthasarem Diaz da Fonseca in expensis coram nobis pro parte eiusdem D. Augustini in hac causa factis condemnamus,quarum taxationẽ Nobis,vel cui de iure in posterum reseruamus,& ita dicimus,sententiamus,& declaramus non solũ præmisso,sed omni alio meliori modo,&c.Ita pronuntiaui Ego Phil.Pirouanus Rot.Aud.Quæ quidem declaratoria sententia cũ superius,vt præmittitur per nos lata fuerit, & dictus Balthasar Diaz ex aduerso principalis de mandato nostro Romæ in locis per quemdã S. D. N. PP. Cursorẽ excommunicatus declaratus,ac rebellis,& inobediens, & suæ salutis immemor d.excõmunicationis,& eius declarationis sententiã per decẽ dies post illius denuntiationem,& publicationem prædictos immediate sequen.pertinaciter sustinuerit,& ad sanctæ Matris Ecclesiæ gremiũ redire,& animæ suæ saluti prouidere nõ curasset, provt sustinet ad præsens.Nos in declarationis negotio huiusmodi vlterius ritè procedentes ad O. Augustini Barbosæ principalis instantiã d.D.Thoma Lutiolo ex aduerso procuratore personaliter citato ad viden.& audien.supradictã excõmunicationis,& illius declarationis sententiã,& processus nostros huiusmodi contra,& aduersus eundem Balthasarem Diaz da Fonseca suũ principalẽ iuxta litterarũ declaratoriarũ vim,& formã,& tenorẽ ob non paritionem earundẽ aggrauari, litteras aggrauatorias desuper opportunas in forma solita, & consueta per nos decerni,& concedi,vel ad dicendũ causam,si quã habeat, rationabilẽ,quare præmissa fieri non debeant,allegandũ, prout ad certũ peremptoriũ terminum cõpetentem citari mandauimus,& fecimus,quo termino elapso cõparauit in iudicio legitime corã nobis d.D.Augustin.Barbosa principalis,& prædictã excõmunicationis,& declarationis sententiã contra prædictũ ex aduerso principalẽ ob non paritionẽ prædictam latã aggrauari,& ipsũ aggrauatũ publicè denuntiari,litterasq; aggrauatorias desuper necessarias,& opportunas in forma solita,& consueta decerni,& concedi per nos instanter postulauit.Nos tunc attenden.postulationem huiusmodi fore iustã,& rationi consonamr quodq; terminus post prædictæ sentẽtiæ declarationẽ,& publicationẽ vt præfertur factã

effluxus fuerit, nullamque nobis de paritione D. Balthaſaris ex aduerſo principalis factam eſſe certificationem,& etiam quod creſcente contumacia, & inobedientia merito creſcere debeat, & pœna,ne facilitas pœnæ audaciam tribuat delinquendi, excommunicationis,& declarationis ſententiam ante dictam, ac proceſſus noſtros huiuſmodi aggrauan.duximus, & aggrauauimus, provt aggrauamus per præſentes litteras noſtras aggrauatorias,deſuper in forma ſolita,& conſueta decernentes opportunas. Quocirca Vos omnes & ſingulos ſupradictos, veſtrum quenlibet inſolidum auctoritate Apoſtolica nobis commiſſa, & qua fungimur in hac parte, tenore præſentium requirimus, & monemus primo, ſecundo, tertio, & peremptoriè, vobiſque nihilominus & veſtrum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna mandamus quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus, & poſtquam pro parte dicti D. Auguſtini Barboſæ principalis ſuper hoc fueritis requiſiti, vel alter veſtrum fuerit requiſitus, ſingulis diebus Dominicis, & feſtiuis in veſtris Eccleſiis, Monaſteriis, & Capellis infra Miſſarum, & aliarum horarum diuinarum ſolemnia,dum ibidem populi multitudo ad diuina audienda conuenerit, aut aliàs legitime congregata fuerit, dictam excommunicationis ſententiam reiterando, & innouando eundem D. Balthaſarem Diaz da Fonſeca ex aduerſo principalem excommunicatum, declaratum, & aggrauatum Campanis pulſatis, candelis accenſis, & demum extinctis, & in terram proiectis, cruce erecta, & religione indicta aquam benedictam aſpergendo ad fugandos dæmones, qui eum detinent ſic alligatum, & laqueis ſuis catenatum, orando quod D. N.Ieſus Chriſtus ipſum ad Catholicam Fidem, & ſanctæ Matris Eccleſiæ gremium reducere dignetur, & ne in talibus peruerſitate, & duricie dies ſuos finire permittat, & poſt ad ianuas Eccleſiarum veſtrarum vnà cum Clericis, & Parochianis accedendo, & ad terrorem vt ipſe Balthaſar ex aduerſo principalis eo citius ad obedientiam redeat, tres lapides verſus domum habitationis ſuæ proiiciendo in ſignum maledictionis æternæ, & etiam poſt Miſſam, & in Veſperis, aliiſque horis Canonicis, ſermonibus, & prædicationibus publicis ſolemniter publicetis, & denuncietis, ac ab aliis quantum in vobis fuerit, publicari, & denuntiari, necnon ab omnibus Chriſti fidelibus arctius euitari faciatis, donec, & quouſque aliud à nobis vel ſuperiore noſtro deſuper habueritis in mandatis. Verum poſtquam dictus Balthaſar ex aduerſo principalis excommunicatus vt præmittitur, & aggrauatus, aggrauationem huiuſmodi per decem dies poſt ipſius publicationem, & denuntiationem in dicta Curia in locis conſuetis publicè factam animo ſubſtinuerit indurato. Nos ad vlteriorem dicti D.Auguſtini Barboſæ principalis inſtantiam, prædicto Thoma Lutiolo ex aduerſo procuratore, de quo in actis perſonaliter citato ad videndum, & audiendum prædictam excommunicationis, & declarationis ſententiam ſiue proceſſus noſtros huiuſmodi contra eundem D. Balthaſarem ex aduerſo principalem iuxta dictarum litterarum declaratoriarum formam,&tenorem reaggrauari,litteraſque reaggrauatorias deſuper in forma ſolita & conſueta decerni, & concedi vel dicendum cauſam, ſi quam habeat rationabilem, quare præmiſſa minime fieri debere allegan. provt ad certum peremptorium terminum competentem citari mandauimus, & facimus. Quo termino aduenient comparuit legitime coram nobis D. Auguſtinus Barboſa principalis, & maxima ipſius Balthaſaris non comparentis contumaciam accuſauit, eo quòd ad ſummum malorum deueniens poſtpoſito Dei timore, & paruipendens Eccleſiaſticas cenſuras, & canonicas monitiones ſæpe ſæpius illi in diuerſis plurium annorum temporibus factas ſe Diuinis immiſcuerat, ac demum ſe fecerat ad ſacrum Subdiaconatus Ordinem ſubreptitiè promoueri, provt ex proteſtatione per principalem facta, de qua in actis, eum tanquam contumacem, & rebellem reputari,ac in eius contumaciam excommunicationis,& declarationis ſententiam,necnon proceſſus huiuſmodi contra eundē excommunicatum declaratū,& aggrauatū publicè reaggrauari mandari, litteraſque reaggrauatorias deſuper neceſſarias, & opportunas in forma ſolita, & conſueta decerni per nos inſtanter poſtulauit. Nos tunc poſtulationem huiuſmodi attendentes fore iuſtā, quodque iuſta petenti non eſt denegandus aſſenſus, quodque peruerſorū audacia præſumptiua idem exigit,vt vnica pœna non contenti fortioribus arceantur pœnis ne fides illorum lædatur,qui Superioribus ſuis ſemper obedientiam impēderunt, ſententiam excommunicationis, ac proceſſus noſtros antedictos reaggrauandos duximus, & reaggrauauimus, provt reaggrauamus per præſentes litteras noſtras reaggrauatorias deſuper decernentes opportunas. Quapropter Vobis omnibus & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet inſolidum modo, & forma præmiſſis mandauimus quatenus ſtatim poſtquā pro parte dicti D. Auguſtini principalis fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus, omnes, & ſingulos Chriſti fideles vtriuſque ſexus homines; & præſertim familiares

&

& ſeruitores d.D.Balthaſaris Diaz ex aduerſo principalis excommunicati denuntiati, & aggrauati dicta auctoritate Apoſtolica moneatis, & requiratis primò, ſecundò, tertiò, & peremptoriè, provt requirimus, & monemus eoſdem, ac ipſis, & eorum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna diſtrictiùs iniungemus, quatenus infra ſex dies poſt monitionem, & requiſitionem huiuſmodi ipſis factam immediatè ſequentes eiſdem à participatione, & communione, ac familiaritate, & ſeruitio ipſius D.Balthaſaris Diaz da Fonſeca ex aduerſo principalis denuntiati, & aggrauati, penitus, & omnino deſiſtant, & quilibet eorum deſiſtat, necnon cum eo ſeruiendo, loquendo, ſtando, ſedendo, ambulando, hoſpitando, comedendo, bibendo, conuerſando, coquendo cibum, potum, vel aquam miniſtrando, vel ignem, aut aliquo humanitatis ſolatio (præterquam in caſibus, & perſonis à iure præmiſſis) participare præſumant, aut eorum aliquis præſumat, & ſi contrarium fecerint, nos in eos, & eorum quemlibet cum dicto denuntiato, & reaggrauato rebelliter participantes, & contrafacientes ex nunc, provt ex tunc, & ex tunc provt ex nunc ſingulariter in ſingulos dicta ſex dierum canonica munitione præmiſſa excommunicationis ſententiam ferimus in his ſcriptis, & etiam promulgamus. Vobis omnibus & ſingulis ſupradictis modo, & forma præmiſſis diſtrictè præcipiendo mandantes quatenus ſingulis diebus Dominicis, & feſtiuis in veſtris Eccleſiis, Monaſteriis, & Capellis infra Miſſarum, & aliarum horarum præſcriptarum ſolemnia, ac vbi, quando, & quoties expedierit, prædictos Chriſti fideles, familiares, & ſeruitores, qui cum d. D. Balthaſare Diaz da Fonſeca ex aduerſo principali excommunicato, aggrauato, & reaggrauato rebelliter participauerint, excommunicatos tamdiu publicè denuncietis, & ab aliis, quantum in vobis fuerit, publicè denunciare, & ab omnibus Chriſti fidelibus arctius euitari faciatis, donec & quouſque aliud à nobis, vel Superiore noſtro ſuper hoc receperitis in mandatis. Præterea cum D. Balthaſar Diaz ex aduerſo principalis ſic excommunicatus declaratus, aggrauatus, & reaggrauatus, reaggrauationem noſtram huiuſmodi per alios decem dies, poſt ipſius publicationem, & declarationem in dicta Curia in locis publicis, & conſuetis factam, ac dictos decem dies immediatè ſequentes pertinaciter ſuſtinuerit, provt de præſenti ſuſtinet, Nos ad prælibati D. Auguſtini Barboſæ principalis vlteriorem inſtantiam (eodem D.Thoma Lutiolo ex aduerſo procuratore, de quo in actis principali citato) ad videndum, & audiendum omnes, & ſingulas Terras, Ciuitates, Oppida, Caſtra, Villas, Suburbia, & quarumcunque Eccleſiarum Collegia, Capitula, Communitates, Eccleſias, Monaſteria, Capellas, Parochias, & generaliter quæcunque alia loca, in, & ſub quibus, ſeu ad quæ dictum Balthaſarem Diaz da Fonſeca ex aduerſo principalem excommunicatum declaratum, aggrauatum, & reaggrauatum eſſe, morari, declinari, ſeu deuenire contigerit (quamdiu in dictis locis fuerit) interdici, & ſtrictiſſimo Eccleſiaſtico interdicto ſupponi & obſeruari mandari, litteraſque, deſuper opportunas in forma ſolita, & conſueta decerni: & concedi per nos inſtanter poſtulauit. Nos tunc attendentes poſtulationem huiuſmodi fore iuſtam, & rationi conſonam, quodque prædictus Balthaſar Diaz da Fonſeca ex aduerſo principalis pœnas, ſententias, & cenſuras prædictas in eum (vt præmittitur) latas Pharaonis duritiem imitando ad modum Aſpidum ſurdarum aures ſuas obturantium ne voces audiant incantantium, ſuſtineat, & per tot tempus in ſua pertinacia perſeuerat, & ad ſanctæ Matris Eccleſiæ gremium redire, & animæ ſuæ ſaluti prouidere non curet, auctoritate Apoſtolica nobis commiſſa, & qua fungimur in hac parte, omnes, & ſingulas Ciuitates, Terras, Oppida, Caſtra, Suburbia, Villas, Parochias, & alia loca quæcunque prædicta in, & ſub quibus dictum Balthaſarem Diaz ex aduerſo principalem eſſe, morari, declinare, ſeu deuenire contigerit quamdiu ibidem fuerit, ſeu moram traxerit, etiam per tres dies continuos poſt ipſius abinde receſſum, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc abſque alia deſuper facienda declaratione, aut intimatione, vel publicatione interdicimus, & ſtrictiſſimo Eccleſiaſtico interdicto ſuppoſuimus, & ſupponimus per præſentes has noſtras litteras, deſuper in forma ſolita decernentes, & concedentes: & nihilominus vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet in ſolidum modo, & forma præmiſſis diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus ſtatim in his partibus, & poſtquam pro parte dicti D. Auguſtini Barboſæ principalis vigore præſentium ſuper hoc fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit etiam priuatè requiſitus, ſeu monitus, ſeu ad notitiam veſtram deuenerit etiam extraiudicialiter abſque vlla requiſitione deſuper facienda (quia loca huiuſmodi pro nominatis, & denuntiatis eſſe volumus, & declaramus) in Ciuitatibus, Terris, Oppidis, Caſtris, Villis, Suburbiis, Parochiis, Collegiis, & quibuſcunque aliis locis ſupradictis in, & ſub quibus, ſeu ad quæ d.D.Balthaſarem Diaz da Fonſeca ex aduerſo

 principalem

principalem esse,morari,declinare,seu deuenire contigerit, cessetis, & ab aliis cessare faciatis, permittatis, & procurētis, apertis ianuis à Diuinis. Ita tamen, quod huiusmodi stante interdicto nulla Ecclesiastica Sacramenta in, & sub dictis locis, in quibus ipse fuerit, ministretur, nisi Pœnitentia, & Baptismus cunctis indifferenter, Eucharistia verò infirmis tantum, & matrimonium sine Ecclesiastica solemnitate contrahatur, ac inibi, ac sub eisdem locis decedentibus Ecclesiastica denegetur sepultura. Postremò autem ipsum, seu illos, qui interdictum huiusmodi non seruauerit, seu seruauerint, eo ipso pœnas contra violantes, vel non seruantes interdictum à Iure communi, & Pontificiis Constitutionibus latas, incurrere volumus, decernimus, & declaramus, & in his ita vos geratis donec & quousque dictus Balthasar ex aduerso principalis declaratus, aggrauatus, reaggrauatus, & interdictus omnia vt supra satisfecerit, paruerit, & ad sanctæ Matris Ecclesiæ gremium redierit, & beneficium absolutionis a supradictis censuris meruerit obtinere, & vos aliud à nobis desuper receperitis in mandatis. Quòd si fortè vos Serenissimus Rex antedictus executor præsentis processus nostri, ac mandatorum nostrorum transgressor fueritis, proculdubio iusti Iudicis iudicium incurreretis, licet nostris censuris ligari nolumus, sed in Domino ad prædictorum exequutionem benignè hortamur, Vobis vero RR. Archiepiscopis, & Episcopis prædictis, etiam exceptis, quibus ob reuerentiam vestrarum Pontificalium dignitatum deferimus in hac parte, si contra præmissa, vel præmissorum aliquid feceritis per vos, vel submissas personas (prædicta sex dierum Canonica monitione præmissa) ingressum Ecclesiæ interdicimus in his scriptis. Si vero interdictionem huiusmodi per alios sex dies immediatè sequentes sustinueritis, vos in his scriptis Canonica monitione præmissa suspendimus à Diuinis. Verum si vos prædicti interdicti, & suspensionis sententias huiusmodi per alios sex dies prædictos duodecim dies immediatè sequentes animo sustinueritis indurato, vos ex nunc, prout ex tunc, & è contra in his scriptis (dicta Canonica monitione præmissa) excommunicationis sententia innodamus. Absolutionem vero omnium, & singulorum præmissorum nobis, vel Superiori nostro tamen reseruamus. In quorum omnium & singulorum fidem, & testimonium præmissorum has præsentes exinde fieri, & per notarium nostrum publicum infrascriptum subscribi, & publicari mandauimus, sigillique nostri, vel Coadiutorum nostrorum iussimus, & fecimus appensione muniri. Datum & actum Romæ in Monasterio S. Mariæ de Pace nobis inibi pro tribunali sedentibus sub anno à Natiuitate D.N. Iesu Christi 1632. indictione 25. diebus 31. Martij quoad declarationem excommunicationis, 19. Aprilis quoad aggrauationem, 30. eiusdem quoad reaggrauationem, & 17. Maij quoad interdictum, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris D.N.D. VRBANI diuina prouidentia Papæ VIII. anno eius nono. Præsentibus ibidem DD. Clearcho Buscho, & Horatio de Marchis Sacri Palatij Apostolici causarum Notariis, scribisque nostris testibus ad præmissa vocatis, atque rogatis. Tenor verò Cedulonis vltimo loco affixi est, vt sequitur, videlicet. Hic auctoritate Apostelica denuntiatur excommunicatus declaratus, aggrauatus, reaggrauatus, & interdictus ad loca inquæ deuenire contigerit, ac proinde ab omnibus arctius euitari mandatur quidam Balthasar Diaz da Fonseca assertus Clericus Thomarien. Prouinciæ Vlixbonen. ob non paritionem mandati de immittendo, & manutenendo respectiue contra illum in causa Bracharen. Thesaurariæ per S. Rotam relaxati ad fauorem D. Augustini Barbosæ, & aliàs provt in actis, instante eodem D. Augustino Barbosa principali, siue, &c. Archangelus Baronus S. Palatij Apost. causarum Notarius. Die 18. Maij 1632. supradicta cedula affixa, & publicata fuit in acie Campi Floræ, & valuis Cancellariæ Apostol. per me Iulium Marzitellum S. D. N. Papæ Cursorem.

Et ego Archangelus Baronus S. Palatij Apostolici causarum, & huiusmodi causæ Notarius de præmissis rogatus præsens instrumentum scripsi, & subscripsi, signaui, & publicaui requisitus in fidem, &c.

Locus † Signi. Locus † Sigilli.

INDEX

INDEX

Legum, & Iurium, quæ in hac Praxi Pensionum referuntur, expenduntur, enucleantur.

Ex Digestis.

L. Apud Celsum, §. Labeo, de doli excep. *declaratur.* pag. 65. num. 7. & 67. 19
l. 1. de vsuris. *declaratur.* 86. 10

Ex Decretalibus.

Cap. cùm illorum, de sent. excom. *extenditur ad quamcumque excommunicationem.* 55. 21, 22

Ex VI. Decretalium.

Cap. Romana 1. §. contrahentes, de foro compet. *declarat posse quem in loco contractus conueniri si ibi inueniatur.* 28. 2

Ex Concilio Trid.

Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 20. *non sustulit modos legitimos, quibus quis ex iuris dispositione forum sortitur.* 36. 12

Non habet locum in causa, quæ fuit commissa per speciale rescriptum manu propria sanctitatis suæ subscriptũ. 36. 15

Ex Ordinatione Regia.

Ordin. lib. 1. tit. 9. §. 12. *declaratur.* 37. 17
Ordin. lib. 2. tit. 10. in princ. *refertur.* 42. 47
Ordin. lib. 2. tit. 13. *est pœnalis, & ideo non est trahenda extra casum, de quo agit.* 63. 22
Ordin. lib. 2. tit. 13. §. 1. *declaratur.* 39. 22
Ordin. lib. 3. tit. 6. §. 2. *expenditur.* 29. 9
Ordin. lib. 3. tit. 25. §. 1. *expenditur.* 47. 9, 16

Nouæ Recopilationis

Lex 6. tit. 15. lib. 4. & Doctores de eius intellectu agentes, *referuntur.* 85. 1

INDEX

INDEX
RERVM, ET VERBORVM notabilium.

Prior numerus paginam notat, alter eſt marginalis.

A

Abſentia.

ABSENTIA eſt impedimentum legitimum, vt præſcriptio minimè currere poſſit. 87.13

Acceſſus, Ingreſſus, & Regreſſus.

Acceſſus, & ingreſſus in reſignationibus beneficiorum conceduntur ob non ſolutionem penſionis. 61.2
Acceſſus, & regreſſus ex quibus cauſis concedantur. 3
Rota ſæpiùs ad regreſſus canonizationem proceſſit. 4
Rota non ſolet admittere acceſſum, & ingreſſum niſi concurrat nimia proteruia in denegante ſolutiones, vel aliter reſiſtente. 62.6
Rota quomodo in hac cauſa proceſſit. 7

Actio, & Actus.

Actiones omnes ſunt introductæ à Iure Ciuili. 31.18
Actio & ius exequendi perpetuatur quando in obligatione adeſt iuramentum. 87.16
Actus attribuitur ordinanti, & non exequenti. 15. 31

Adminiſtrator.

Adminiſtratores, & deputati pro exigendis fructibus Eccleſiæ vacantis, an ſoluendo penſionem, poſſint conſtituere penſionarium in quaſi poſſeſſione exigendi, & quid de ſequeſtrariis, ſubcollectoribus ſpoliorum, & reſeruatariis fructuum. 15.28

Ago.

Attenditur quod principaliter agitur, non quod incidenter. 39.26
Agens ad penſionem, vide *Penſio.*

Alimenta.

Alimentorum ſuppeditatio eſt finalis cauſa reſeruandi penſiones. 2.7
Alimentorum cauſa nullo modo eſt ſuſpendenda. 13.11
Penſio æquiparatur alimentis. 12

Appellatio.

Appellatio ſuſpenſiua non admittitur vbi fuerit pronuntiatum litteras tranſlationis eſſe exequendas. 20.61
Appellatio à ſententia lata per executorem pro ſoluenda penſione emiſſa à poſſeſſore condemnato non eſt admittenda. 48.17
Appellare non licet à meris executoribus, niſi in modo & forma executionis notabiliter excederent executores. 76.23
Appellatio ab exceſſu in executione datur quoad effectum deuolutiuum non ſuſpenſiuum. 26

Argumentum.

Argumentum valet à delictis ad contractus. 44.55

Auctor.

Auctor declarat quomodo poſſet ſine damno recurrentibus ſuccurri. 24.16
Auctor dicit ſe optare, vt in Luſitania Tribunal erigeretur pro cognoſcendis violentiis, & controuerſiis iuriſdictionalibus. 25.17

Auditor Cameræ.

Auditor Cameræ eſt Iudex ordinarius Curiæ cum facultate ſibi à Papa ſpecialiter attributa cognoſcendi priuatiuè de omnibus contractibus Camerali obligatione vallatis. 24.10
Auditor Cameræ omnibus contrahentibus in forma Cameræ eſt Iudex competens. 26.12
Auditor Cameræ poteſt procedere contra obligatum in ſuo Tribunali in forma Cameræ etiam abſentem per audientiam contradictarum. 30. 14
Auditor Cameræ excommunicat abſentem quoties virtute obligationis Cameralis procedit contra illum. 15
Auditor Cameræ habet in mandatis ampliſſimam facultatem cognoſcendi de omnibus contractibus Camerali obligatione vallatis. 31.17
Auditor Cameræ cauſas omnes Camerali obligatione

ne firmatas etiam in partibus existentes auocare potest. 36.9
Auditori Cameræ expresse demandatur executio obligationum Cameralium. 44
Auditor Cameræ procedit aliquando tanquam Iudex exequutor deputatus in Bullis pensionis. 39.23
Vel procedit tanquam Iudex Ordinarius Curiæ vigore obligationis Cameralis. 24
Auditor Cameræ quando procedat ordinaria iurisdictione sibi à legeratione officij concessa. 25

B

Balthasar.

B. Excommunicatur per Auditorem Cameræ propter terminos pensionis per eum debitos,& non solutos. 4.18
B.ad Rotam appellauit vbi mandata, & declaratoriæ litteræ Auditoriæ Cameræ fuerunt confirmatæ. 19
B.sententiam contrariam ab executore,& Metropolitano, ac Illustrissimo Collectore reportauit. 20
B.in sacra Rota fuit excommunicatus declaratus, aggrauatus,reaggrauatus, & interdictus eo,quòd noluit obedire sententiæ Canonizatoriæ regressus. 21
B.à Iudice executore in litteris Apostol. reseruationis pensionis deputato excommunicatur ob non solutionem pensionis. 5.22
B. Excommunicatus, 57.32
Interdictus, 33
Suspensus. 34
Irregularis. 35
Periurus. 36
Suspectus de hæresi. 37
Priuatus. 58.38

Baro.

Barones possunt suis inhibere vasallis ne suam in alium iurisdictionem prorogent. 26.3

Beneficium.

Beneficia simplicia, & curata quibus pensionibus grauari soleant. 2.8
Successor in beneficio spoliat, si pensionem integrè ab antecessore solutam soluere recusat. 18. 46
Pensionarius acceptando beneficium pensione grauatum censetur obligare se ad onera posita super tali beneficio,&c. 47
Successor in beneficio pensione grauato non tenetur soluere pensionem maturatam quando fructus non percepit. 49
Beneficium resignatum recuperans vigore regressus, recuperat locum,quem priùs habebat. 63.16

Breue Iulij III.

ad Breue Iulij III. quo loco respondeatur, ostenditur. 32.35
Breue Iulij III. refertur. 40.32
Breue Iulij III. euidenter loquitur de causis criminalibus. 41.54

Bulla.

Bullæ nunquam expediuntur sine consensu. 8.11
Bulla Gregorij XIV. de immunitate Ecclesiastica agēs,an fuerit recepta in Hispania.59.16 & seqq.
Bulla Cœnæ c.17. non includit modos, & casus à iure permissos. 80.4

C

Campsor.

CAmpsor, qui ex pacto in Bullis inserto dedit cedulam banchariam, si virtute illius soluerit pensionem, constituit pensionarium in quasi possessione exigendi. 15.30,38

Canon.

Canonem recipiens post incursam caducitatem, videtur illam remittere. 66.10

Capitulum

Capitulum si bona fide fructus inter præsentes distribuat,an post talem distributionē teneatur soluere terminos pensionis decursæ de tempore vacationis Canonicatus,ostenditur. 50.25
Vide *Pensio.*

Casus.

Casus duo quando sunt æquiparati dispositum in vno,censetur quoque dispositum in alio. 44.56

Causa.

Causæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes,etiamsi beneficiales sint in prima instantia coram Ordinariis locorum dumtaxat cognosci debent. 35.2
Cauiæ criminales, ciuiles, & mixtæ è Regni Portugaliæ finibus non extrahuntur. 39.31
Causis beneficialibus Regni Portugaliæ non possunt impetrare Sacræ Rotæ Auditores,secundùm vnius sententiam. 41.33
Causa criminalis propriè dicitur quando principaliter agitur ad commodum publicum ex delicto tantum. 42.41
Causa ciuilis criminaliter intentata est quando pro delicto principaliter agitur in iudicio ad commodum priuatum. 42
Causa mixta dicitur vbi pœna partim parti, & partim fisco venit applicanda. 43
Causarum ciuilium, & criminalium appellatione non comprehenduntur causæ beneficiales. 45
Causa quando produxit effectum perfectum,& consummatum,licet possit cessare ipsa causa,non tamen cessat effectus. 46,4

Cessionarius.

Cessionario datur via executiua quæ datur cedenti. 20.68

Ceuallos.

Ceuallos reprobatur. 60.54 & seqq.

Citatio.

Impediens citari etiam auxilio Consilij Regij habetur pro citato. 64.26

Citatio alia non requiritur quando fit executio super eadem re, super qua fuit pronuntiatum per eundem Iudicem contra eandem personam. 76. 33

Citatio in executione sententiæ quando sit necessaria, ostenditur. 77.34

Citatio in executione sententiæ Rotalis nunquam est necessaria. 35

Clausula.

Claus. *Cuius ad hoc expressus accedit assensus*, probat consensum interuenisse. 7.9

Claus. *Non aliàs, &c.* inducit formam, & præcisam necessitatem, & secum trahit conditionem. 9.28

Clausulæ, *siue per obitum dicti defuncti*, intellectus. 29

Clausulæ appositæ in contractu sequuntur naturam contractus principalis. 10.31

Clausulæ omnes appositæ in concessione subreptitia sunt quoque subreptitiæ. 32

Claus. *Dummodo, &c.* ita qualificat gratiam, vt siue modum, siue conditionem importet, nihil actum censeatur donec plena sit iustificata. 12.4

Claus. *Dummodo, &c.* non remittit formam obligationis Cameralis. 5

Claus. *Constito de litteris*, intelligitur simpliciter de litteris, nudáque earum existentia. 13.7

Claus. *Sine retardatione*, intrat stante quasi possessione exigendi, licèt ex ventre Bullarum constaret de vitio, seu nullitate pensionis. 19.56

Claus. *quam, & quas, &c.* quam vim habeat, ostenditur. 64.25

Clausula, *Rato manente pacto*, operatur quòd debitum principale simul, & pœna exigi possint. 65.5

Claus. *Rato manente pacto*, in emphyteusi operatur, vt emphyteuta possit expelli ob non solutionem Canonis, etiamsi dominus directus illum receperit de præterito. 6

Clericus.

